

1

AQVILA SAXONICA,

SVB QVA

IMPERATORES SAXONES

AB HENRICO AVCVPE, Vſque ad HENRICVM SANCTVM

OCCIDENTIS IMPERATOREM XV.

ELOGIIS, HIEROGLYPHICIS, NVMISMATIBVS, INSIGNIBVS, SYMBOLIS, IMAGINIBVS ANTIQVIS

Ad viuum exhibentur exculpti, & longa hiſtoriarum ſerie exarati.

Vt nihil relictum ſit, quod priſci, vel hodierni habeant annales;

Sed diplomata, leges, indulta, genealogiæ, donationes, priuilegia offeruntur congeſta.

Accedit cuique Cæſarum tractatus Sacrolegalis, & Hiſtoricopoliticus, Hiſtoricis, Concionatoribus I. Conſultis, atquè expolitæ eruditionis ſtudioſis perutilis, & neceſſarius.

AVCTORE

IOANNE PALATIO

I. V. D. in Veneto Gymnaſio Profeſſore Publico, &c.



VENETIIS, *Apud Io: Iacobum Herz.* M. DC. LXXIII.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

LVDOVICO XIV.
FRANCIÆ, ET NAVARRÆ
REGI.

A Sereniſſimo DELPHINO, ad Auguſtiſſimum PATREM, Regem ſemper adorandum aſcendo. Inuerſum ordinem objicienti occurro. Si Dei eſt, in filio honorare parentem, ne accuſer, ſi in Sereniſſimo DELPHINO tuam veneror Maieſtatem. Humanæ fœlicitatis, reuoluto in Orbe affero hieroglyphicum. AQVILAM INTER LILIA habuit filius, AQVILAM INTER SAXA habeat pater: Sic diſcernitur ætas. Duobus ferè ſæculis cum redolerent lilia, requieſcere indè Orbis pila non habens, ne rotaret, ſaxa natura ſuppoſuit. Diù tamen in ſaxeo vnaclinterio recumbere haud potens, in lapide quamuis ſanctificato Othonianam dereliquit progeniem. Vno durauit ſæculo lapidaria moles, & ſanctitatis columna nequijt eam fulcire ruentem. Odoratus inter lilia Dominus odorem ſuauitatis, mauult lilium habitare inter ſpinas, quàm inter lapides etiam pretioſos. Qui petra enim dicitur non inter lapides paſcitur, ſed inter lilia. Hæc illa arbor, quæ per vniuerſam terram ramos expandit. Sub hac Leones Hiſpani, Britani, Aquilæ Imperiales vnà canunt. *Deus nobis hæc otia fecit*. Quis iſte Deus? ſi Dij, omnes terrarum Principes? *qui ſtans in Synagoga Deorum*. hoc eſt *Regum*, Deos dijudicat. Dijudicaſti tu Carolorum, & Henricorum germen Deos terræ, cum capita Draconum confregiſti in aquis. Nec Leonum obſtitère phalanges quin Lunæ ſpatio Gallicum Iubar iter perageret. Ad aquam contradictionis trahentes vexilla tua in freno, & chamo maxillas eorum conſtrinxiſti, ne ſibi blandirentur Battauica maria eſſe illa paſcua, vbi graſſantur Leones. Oh hominum cœcitas, & vana fiducia, Regem plauditis *à Deo datum*, & poſtea tumidi manum extenditis *in Chriſtum Domini?* Cœleſtis vos pandite arcana miſſionis? Vos, qui habitatis *in introitu maris, negotiationi populorum ad inſulas multas*. Quomodo habitatis *in adiutorio* Altiſſimi, ſi in protectione *Dei* non commoramini? *Vnus eſt* Altiſſimus *Creator Omnipotens*, *&* *Rex potens*, *& metuendus nimis*. Oh Babylon magna, ubi catenata religio, nec pretio poteſt redimere lacrymas: & nemo uindicat? Vindicaſti tu Ludouice, & ſanctos à barbarico manumiſſos iugo, tua penè dicerem mancipia, ni Archangelus Michael Francorum duceret cohortes. Spiritus vobis Paracletus præeſt, ne inter homines, & cœlites gliſceret de primatu contentio, & viſus quondàm flagrare inter flammas amoris, modò ardet in

vin-

uindictam. Si libertorum eſt liberatori aperire caput in gratitudinis teſtimonium, quot animæ manumiſſæ? quot templa reſtituta? quot Præſules redempti? quot ſancti ſanctificati? te uictore triumphant? Vna pro cunctis Romana reſonet ſedes, quæ omni penè ſæculo, uel tyrannis ſæuientibus, uel mugientibus Hæreſiarchis, uel ſuperbientibus pſeudo-Papis non niſi inter Lilia requiem inuenit. Triumphi ipſa portam aperiat, ſic inſcripto faſtigio

LVDOVICO XIV. Gallorum Regi,
Batauorum Apoſtolo,
Catholicæ Fidei Liberatori,
Sanctorum Vindici,
Orbis Chriſtianus aperuit.

O Rex uerè Sanctus, uerè Benedictus, Rex, cui coniurati ueniunt in prælia Sancti. Quis dubitat in die Petri, quum Traiecti uictor Ludouicus quatiebat inferorum mœnia, armatum non deſcendiſſe clauigerum? Superis cede triumphum Ludouice. Satis ſit triumphaſſe de ſanctis, priuſquam Sancti triumpharent de homine. Hæc Belli ſumma, militem conſcribere, in quem portæ inferi non præualerent: & cum hoſtes ſuperbirent in mari, tecum pugnaret, cui mare obediunt, & uenti. Admirantur homines fatigatum Solem defeciſſe in uia, nec tua comitatum facinora non niſi alterna quiete tuos ualuiſse inuiſere triumphos: Te uerò Angelum Domini inter uigilias noctis cum uincta teneretur Religio exoluiſse catenas. Sed hiſtoriarum monumenta reuoluant; ibi te Redemptoris agnoſcent militem, & ſupremi Conſilij Legatum natum, ut Orbem protegas redemptum. Magnos Carolum, & Henricum, Saxonum illum, Hungarorũ iſtum ſi Apoſtolos dixere, quia Idòla conflarunt in cruces: Quis te Batauorum negabit Apoſtolum? cui poſt octoginta annos, *& in potentatibus octoginta anni* tot diſperſas Chriſtianorum miriades uindicare, dedere Fata; & quos Chriſtus redemit Deo, tu redimere Chriſto. Quis ſimilis tui in fortibus Domine? Quis ſimilis tui? Expande Cœlum interiora tua, aperi illius Amphitheatri ualuas, ut & mortales exultent inter melos, quos Ludouico canis. Mortalium fateor non eſſe Ludouici exarare triumphos, ſed tantæ molis elogium cœlitum non dabit laſſata manus, ni mortales aſſocient in ſubſidium. Dum itaq; Spiritus reſpirant ſuperni, extraneo indulgeas tuas concinere laudes, & infidelium omnium tibi præludere triumphos, ut te uictore, & ſemper Auguſto congaudeat unum ouile, & unus Paſtor.

Humilim. Deuotiſs. & ad pedes Proſtratiſsimus Seruus
Ioannes Palatius,
E R V.

ERVDITO LECTORI.

SVperbirem (Eruditiſſime Lector) ſi Fortuna eſſet merita pandere. Monarchiæ Occidentalis Tomus Primus *cadente Sal. An. 1672. expoſitus, nundinas fatigare deſtitit, An. 1673. nec tædet exaraſſe typographum. Sperare an liceat, vel pœnitere oporteat, angit animus veri, non lucri cupidus. En poculum propino ſecundum. Si delibaueris, non tam gratitudinis pignus erit, quàm imperium, vt quantocius in ſecula properemus ſequentia.*

Carolingiorum vidimus Fata; & à 751. Sal. Anno in 919. contexti annales in Carolingiæ ſtirpis expirarunt occaſu, vt alternis corruptionis vicibus per Othonianos reſurgerent, & ſolidiori petra in Saxonibus reædificarentur iam lapſi. Porrò circumuenti cadunt; & nè humanitas de brachio forti, & manu ſibi blandiretur potenti, Othoniana licet, expirat in quinto, & lapidibus deformata pretioſis, breuiori viuit vita inter marmora, & lapides, quàm inter flores, ac Lilia, vt florum caducitate, montium libretur durities, atque æternitas temporum; quibus non eſt diuturna Liliorum ætas diurna. Cadet in Sancto, ne ipſa ſanctitas præſumeret regna firmare periodica. Vel naturam pœnituit Caroli ſuccidiſſe ſtirpem, vnde nec Sancto ſaturari potuerit externo. Quinque ex Magni VVitiKindi progenie offerunt Saxonia, & Bauaria, Cæſares; & ne fecundum in petroſa ſemen volucres Cæli comederent, excubauit Henricus, inde cognominatus Auceps, quia venientem Aquilam ſuis interciperet caſſibus. Quid vltra poterant geminare ſaxa? Otho poſt Otho regnauit Tertius Otho. *Aruit in Sancto, vt ibi deficerent Saxa, vnde inceperant Lilia. Sanctus Carolus, Sanctus Henricus, ſed ille perdidit orbem, cum eius poſteritas ſanctitatem amiſit. Iſte cum acquiſita pietate regnum ſpreuit. Hac perguſtata Genus Humanum à gente imperium traduxit in gentem, vt ſimilem quæreret, ſed non inuènit. M. Caroli quùm declinauit geneſis, ſuper Saxones reclinauit imperium, & in petra quieuit, vſque dum viueret Sanctitas. Polluta cum ſuſpicarentur Saxa, experiri noluit, quid poſſet Henrici I. progenies.*

Primi itaque voluminis retenta methodo, quinque percurram Imperatorum ætates; in quibus exuberabit antiquitas, nouitas non deficiet. Imperatorum geſta contemporaneus exhibebit hiſtoricus, & quoad cimeliarchos ſpectat, ſtatuas, ſigilla, ſepulcra, imagines, ſymbola, numiſmata; monetas incìdet calcographus, hiſtoricus exarabit. Punctum an tulerim? videris. Miſcui ego vtile dulci.

Cuiuſque Herois, ſi nomen incidat, effigiem habebis, quam ex ſigillis, monumentis, ſtatuis, picturis, libris, & aliquando (quod rarò) ex hiſtoria deſcribere ſedulò elaboraui, non ſine magno labore, vigilijs, & argenti iactura, quam priuato homini imparem non negabis. Vnde verò tanta moliri potuerim, & vota ſperare propitia? conſtantia, & animi fortitudo reſpondet. In magnis voluiſſe ſat eſt. *Faxit porrò Deus, faue lector benigne, ne illudere poſſint dicentes* Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſumare. *Hominem cum Deus fecerit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, in hoc ſimilitudo conſiſtit, vt quemadmodum ex nihilo cuncta condidit, eius æmulemur imperium. Ad quid enim dicere,* Vos Dij terræ eſtis, & Dij excelſi omnes*? Cum omnes reſonat, non ad Principes tantùm ſermo dirigitur, ſed homines* omnes: *Quorum ſi futura prævidère, vel conſcientijs dominari non eſt, quale ſupereſt diuinitatis ſignum? Lumen illud litterarium, quod ex tenebrarum Chaos ignota educendo, & lucem à tenebris ſeparando, iure Creatio dicitur; quum intellectui poſſibili intellectus agens non ex materia deducendo potentia, ſed ex nihilo etiam ſuper rerum ordinem formando verbum, facturam exponit. Hac cum antea non eſſet, creatam dices, ni aduersùs Ariſtotelem cum Platone dicas* Scire noſtrum eſt Reminiſci. *Reminiſcor oppidò, vt participatam cognitionem noſtram deſuper à Verbo deſcendere in verbum: ſed participantis gloria non officit Creatoris imperium, quin mortales rerum dicantur Inuentores. Agit ille imperando, nos imperamus agendo. Maligni ſerpentis eſt opera ludificari ſuperna: Cuius verſutiam humana conduxit inuidia, vt damnaret in homine, quod laudare debet in Deo. Laboris noſtri ſi phænomena turgeant (præter hæc enim, quid certi gloriatur mortalitas?) quia ſine Deo factum eſt nihil, liberè increpa, ſed in doctrina. Lux aliqualis ſi fulgeat, nè reformides, nec veluti veſpertilio fugias.* Omne enim donum perfectum, deſurſum eſt. *Ex vngue vidiſti Leonem. In eum ſi quid habeas, buccina, reſona: cum mortuis, vel dormientibus congredi Leo dedignatur. Prouocatus, exultabo, vt gigas ad currendam viam. Obijcienti interceptam Leonis ſimilitudinem, reſpondeo, cum Leonis prius ſit cadere, quàm ex arena profugere; Veritatis obſtat Religio peruicacium inſequi phalangem. Receptui canam, quoties fidei, vel melioris frugis ſpes apparebit.*

INDEX TITVLORVM

LIBRI XI.

Cap. I. Henrici Aucupis Elogium, Hieroglyphicum. Pag. 1.
Cap. II. Catena Hiſtorica, Effigies, Hieroglyphica, Symbola. Pag. 6.
Cap.III. Atlantis Senectus, ſeù Periodica Regna. Pag. 36.

LIBRI XII.

Cap. I. Othonis Magni Elogium, Hieroglyphicum. Pag. 47.
Cap. II. Catena Hiſtorica, Effigies, Symbola, Hieroglyphica. Pag. 55.
Cap.III. Appellatio ad Tribunal Dei. Pag.158.

LIBRI XIII.

Cap. I. Othonis II. Ruffi Elogium, Hieroglyphicum. Pag.165.
Cap. II. Catena Hiſtorica, Effigies, Hieroglyphica, Symbola. Pag.170.
Cap.III. Numiſmata Rationis, & Senſus. Pag.192.

LIBRI XIV.

Cap. I. Othonis III. Elogium, Hieroglyphicum. Pag.197.
Cap. II. Catena Hiſtorica, Effigies, Hieroglyphica, Symbola. Pag.202.
Cap.III. Septemvirorum origo. Pag.229.
Cap.IV. Purgatio ex ferro candenti. Pag.237.

Numiſmata, Symbola, Hieroglyphica, Heroum Effigies, quæ ſparſim habentur in his XI. XII. XIII. XIV. Libris.

Sunt vel in	fol.	vel 4.	8.	Pag.
Adheleidæ		1.		59.
Arnulphi Mali			1.	P. 18.
Athonis Canuſſini,		1.		P. 83.
Bertoldi Bauari			1.	P. 69.
Boleslai			1.	P. 62.
Brunonis Archiepiſc.		1.		P.123.
Burcardi Sueui			1.	P. 17.
Berengarij I.		1.		P. 78.
Berengarij II.		1.		P. 79.
Berengarij III.		1.		P. 81.
Boſetislai Bohemi		1.		P.179.
Boleslai Bohemi			1.	P. 63.
Caroli Francorum Regis		1.		P. 21.
Dodonis		1.		P.173.
Edithæ Imper.		1.		P. 58.
Gerbirgæ Franc. Reginæ		1.		P. 68.
Giſelberti			1.	P. 20.
Goslini Epiſc. Patauini			1.	P.182.
Hatburgæ vxor Henrici		1.		P. 13.
Henrici Aucupis	1.			P. 12.
Eiuſdem Moneta			1.	P. 6.
Henrici Sancti Hierogl.	1.			P.
Henrici Saxonis			1.	P. 96.
Henrici Rixoſi			1.	P.182.
Hugonis Caperi		1.		P. 71.
Hermanni Sueui		1.		P. 75.
Hugonis Caperi		1.		P. 71.
Hugonis March. Thuſciæ		1.		P.224.
Idæ Sueuæ		1.		P. 75.
Idæ Sueuæ		1.		P. 75.
Io: Zimiſces Imper.			1.	P.172.
Lotharij Regis		1.		P. 68.
Ludouici Tranſmarini		1.		P. 97.
Ludouici XIV. Gallorum Regis	1.			P. 1.
Mariæ Aragonæ Imper.		1.		P.205.

	fol.	4.	8.	
Mechtildis vxor Henrici		1.		P. 14.
Mithildis filiæ Ludolphi		1.		P.178.
Nicephori Imper.		1.		P.171.
Othonis Ducis Bauariæ			1.	P.182.
Othonis Magni Hieroglyph.	1.			P. 48.
Moneta Aurea			1.	P.157.
Othonis Vvilelmi		1.		P.174.
Othonis Sueui			1.	P.182.
Othonis II. Hieroglyphicum	1.			P.166.
Othonis III. Hierogl.	1.			P.198.
Moneta			1.	P.201.
Othonis Ducis Saxoniæ			1.	P. 7.
Opizonis Angleriæ Comitis		1.		P.178.
Petri Vrſeoli		1.		P.219.
Phocæ Nicephori			1.	P.172.
Regni caducitas		1.		P. 37.
Eiuſdem		1.		P. 41.
Rationis Numiſma			1.	P.192.
Rat. Num.			1.	P 193.
Rat. Num.	1.			P.194.
Rat. Num.	1.			P.195.
Rudolphi Burgundi			1.	P. 79.
Sanſonis ProDucis			1.	P. 80.
Saxoniæ inſignis			1.	P. 8.
Saxonum Imper. Geneal.	1.			P. 9.
Theophaniæ Imper.			1.	P.172.
Thedaldi		1.		P.186.
Tribuni Memi Ducis Venet.		1.		P.190.
Vanitatis			1.	P.192.
Van.			1.	P.193.
Vgonis Arelat.		1.		P. 80.
Vvalterij Gonzach		1.		P.109.
Vvillæ vxoris Bereng.		1.		P.102.
Vvidonis Spoletani		1.		P. 78.
Zimiſcen Græcorum Imper.			1.	P.172.

Omnia ſunt 70.

INDEX RERVM,

Quæ in Libro XI. XII. XIII. XIV. continentur.

P. Notat Paginam. N. Numerum marginalem.

ADa vxor Ludolphi. Pag.10.Num.15.

Adalgadus Archiep. Bremenſis, p.208. n.30.

p.81.n.68.recuſat nuptias Adelberti p.82.n.73.carceri traditur à Berengario III.ibid. fugit n.74. victum corrogat ibid. confugit ad Athonem Canuſij ib. Othonis commater p. 91. nu.108. mors p.221. n.86. eius ſanctitas ibid.

Adelbertus Berengarij filius petitur in Regem ab Italis, pag.104 n.147. fugit ab Othone I. n.148.ad Sarracenos confugit. n.149 Romã reuocatur à Papa Io. XII.p.110.relegatur p.122. n.182. reuocatur ab Italis pag.123.n.185. vincitur à Burcardo. p.124. n.186.Bambergæ ſepultus,p.173.nu.9.eius vxor Gerberga, ſiue Gerſinda, num. 11.

Adheleida Regina Italiæ à Berengario obſidetur. p.51.n.19

Aidemarius Capuæ princeps p.213.n.58.

Albericus Frater Io: X. Sarracenos vincit, p.79. n.57. in Romanos adducit Hungaros.n.58.filium Octauianum deſignat Antipapam,p.99.n.130.

Albertus Epiſcop. Magdeb. ab Othone I. damnatur tot equos mittere,quot cãpanas ſonauerat Duci Hermanno p.134.n.213

Albertus ſiue Sigebertus Athonis Canuſſini filius ſtipes familiæ Eſtenſium p. 130. n.206.

Alderamus Dux Saxoniæ p. 129.

Alex. M. inſepultus. p.196. n.20.

Angleriæ Comites, hodie Plati vnde venerint. p. 173. n.10.p.175. n. 25. poſteritas, p.177. n.35.

Aquæ frigidæ,vel ſeruentis purgatio,quandò licita?p.237

Aqua Zelotypiæ cur antiquata, p.240.n.22.p.254.n.46.

Arnulphus Malus Bauarus ſubijcitur Henrico I. Imper. p.3. n.9. p.18. n.43.effigies, Henrici filiam ſuo filio deſpondet p.19.n.45 origo. n.46. eius filij Bauaria ſpoliantur, p. 69. n.36.

Arnulphus Arnulphi filius in Othonem M. molitur pag.88. n.96.

Arnulphus Archiepiſc.Mediol.legatus prò Othon. M. ad Imper. Græcor. p.151. n.226.ſerpentem æneum dono accipit,ib.

Appellatio ad Tribunal Dei licita eſt. p. 158. à Deo repelli non poteſt. p. 159. n. 4. qui ad Deum appellauerint, p. 160. n.15. iniuſta appellatio non timenda pag.164.n.28.

Atho Canuſſij Comes Reginam protegit Adheleidem p.83.n.75 Effigies,ib. Othonem Magnum vocat in Italiam.n.76.moritur p.120. n.172.

Atho Regis Adalberti filius,pater Opizonis,p.175. n.24.

Auris hieroglyphicum Dei, p.160. n.11.

BEnedictus Papa,p.120.n. 178.deponitur,p.121.exul.n.180.vbi mortuus. ib.iniuſtè relegatus.p.123.n.184.

Beneuentani Othonem II.produnt,p.187. n.95.

Berengarius I.ab Italis Imperator eligitur, pag.77.n.53.cum Arnulpho Imper.fœdera init,nu.54. effigies p.78.Hungaris ſe opponit p.79.n. 56.

Berengarius II.Berengarij I. filius Ludouicum Burgundiæ Regis filium vincit,p.79.nu.59. effigies. ab Italis odio habetur, ibid. pellitur à Rodulpho Burgundione p.80.n.61. ad Hungaros cõfugit.Redit in Italiam n.62.moritur p.81.n.64.

Berengarius III. nepos Berengarij I. ex filia Italiam occupat, ib. Hugoni cedens,reuertitur in Sueuiam, partitur regnum cum filio Hugonis n.65.auro adulterino Hungaros placat, n.66.Eccleſias ſpoliat,ib.vinculis tradit Adheleidem relictam Lotharij n.68.Auguſtus ſalutatur p.82.n.69.filium creat RegemRomanorum ibid.ad Othonem confugerat,p.81.n.69. fœdus renouat cum Venetis p.82. n.71. nuptias Adheleidæ cum filio ſuo tentat,n.72.obſidet eum in arce Canuſſij n.76. Germaniam petit ſupplex p.84.n.84.iurat fidelitatem Othoni p.85.n.85.vincitur à Lutolpho p.99.nu.131. Italis odioſus p.104. nu.147. fugit n. 148. relegatur p.122. n.182. moritur ibid.

Bertoldus Dux Bauarorum eligitur ab Othone M. p.64. n.15.ducit filiam Othonis M.p.67.n.31. moritur,effigies p.69. n.36.

Boleslaus Bohemus exoculatur à Boleslao Polono.

Bolislaus Bohemorum Dux fœdus init cum Henrico Bauaro in Othon.II.p.180.n.46.acurrit Henrico in Othon.III.p.206.n.21

Bolislaus Polonus,Rex creatur ab Othone II. p. 183. n. 64. vel ab Othone III. p.221. n.89.

Boſetislaus Bohemus rapit Iutham filiam Othonis II. p. 179. nu. 44. ſubijcitur Othoni. ib.

Bruno Ludolphi filius à quo Brunſuicum,p.11.n.17.obitus n.19.

Bruno Othonis M. frater Lotharingia donatur,p.98. n.129. effigies.conciliat nepotes, p.123.nu.184.accuſatur coram Deo de inani philoſophiæ ſtudio p.154.n.233

Brunſuicum vnde, & à quo p. 11. n. 17.

Bruno VVitiKindi filius p.10.n.13

Bulla Aurea cur inducta, p.236.n.12.

Burcardus Sueuus vincitur ab Henrico Aucupe Imp. p.3. n.10.

Burcardus Dux Adelbertum vincit, p.124.n.187.

Burcardus Comes duello vindicat honorem Lugdardæ filiæ Othonis I. p.128.n.201.

Burcardus Dux Sueuiæ, p. 17. n.42.effigies.

Burcardo, neptis Othonis M.nubit. pag.94. n. 116. pugnat in Hungaros.

CAloprini Veneti Othonem II.in patriam concitant p.190.n. 113.reconciliantur 114.trucidantur à Maurocenis,ibid.

Canem deducere infamia erat, p.64. n.17.

Carcanorum familia p.212. n.56.

Carolinæ ſtirpis defectio p.3. n.6.

Caroli M.oſſa effodit Otho II. p.222. n.91.

Carolus Francorum Rex Lotharingiam cedit Henrico Aucupi p. 4.n.11.p.20.48.effigies p.21.nu.50. an ſimplex dici debeat? p. 21.n.52.

Chriſti lancea Henrico Imp.donata. p.22.n.52. cur non exaudierit Iudæos clamantes, deſcende de Cruce p.254.n.48.

Clericorum filij in paternis dignitatibus non ſuccedunt,pag.132. vitia p.224.n.102.

Communitatis bona non occupantis pœna p.181. n.52.

Conradus Imp.veneno tollere tentat Henricũ Aucupẽ p.16.n.34

Conradus Sapiens militat pro Othone M. p.64.n.21.rebellat in Othonem p.87.n.93.reconciliatur p.89.n.101.pugnat in Hungaros,p.93.n.116.obit p.94.n.117.an rebellis obierit p.95. nu. 118.exuuiæ repertæ p. 128. n.200.

Conſtantini donatio an vera p.220. n.75.

Creſcentius Conſul Romanus Imperio inhiat p.311.n.48. Io: Papam Roma pellit,49.Papæ reconciliatur p.212.nu.53. inſultat Gregorio V.p.215.n.63.Antipapam creat,n.64.obſidetur:præceps de turri datur p.216. nu.70. an contra fidem deceptam damnatus, n.71. vbi ſepultus.

Cuno infamat Ludgardã filiã Othonis M. occiditur p.228. n.200.

DAni Saxoniam populantes trucidantur p. 208. n.28.

Dancmarus Henrici Imp.filius rebellat in Othonem M.p.64 nu.15.occiditur n.19.

Deus quid agat p.38.n.12.omnium iudex. p.159. nu.5. appellantem non repellit n. 7.

Dei titulus nemini conuenitur p. 38. n.13.

Deodericus Epiſc.Metenſis catenam S.Petri rapit,p.151.nu.223.

Diluuium quomodò prohibitum p. 193. n.9.

Dodo Adalberti Regis frater,filius Berengarij p. 175. n. 27. effigies,pater Regis Ardoini p.176.

Duello res dubia decidenda p.186.nu.87. ſenes, pueri, infirmi, viduæ,alijq; duello prouocati, poſſunt ſubſtituere n. 88.

ECcleſiæ bona laicis non concedenda p. 132. laicus non poteſt eſſe Aduocatus in rebus Eccleſiæ, ibid. p.181. nu.53. feuda vnde, & quando cœperint p.212. n.56.

Egbertus Othonis M.conſobrinus rebellat in Othonẽ p.88. n.95.

Electores Imper.quando,& à quo cœperint p. 229.

Epiſcopi tyranni iure cæſi p.5.n.22.

Epiſcopatus duos vnus habere non poteſt p.211.n.47

Eſtenſis familia à quo p.130. n.206.

Euchariſtiæ purgatio p. 240. n.19.

Euerardus frater Conradi Imp. defert inſignia imperij Henrico Aucupis p.38.n.16.in Othonem M.molitur p.64.n.16.Henricũ fratrẽ Othon.M.ſollicitat in fratrem n.20.occiditur p.66.n.28

Euictionem quis præſtet p.131. p.133.

Excommunicatio ſemper timenda à Regibus p.92. n.113.

FAcius de Platis filius Opizzonis, p.177. n.32.& n.36. duas habuit Vxores ibid.Filij. n.34.

Feriæ quando, p.132.

Ferri candentis purgatio an licita? origo, exempla, p.237.

Feuda Eccleſiæ vnde, & quando cœperint,p.212.n.56.

* Feu-

Feudatarius quomodo feudum perdat, p.131.
Fideiuſſor ad quid obligetur, & quomodò liberetur, p.181.n.55.
Fidelitatem iurare quomodò p.85.n.85.
Fridericus Archiep. Mogunt. rebellis in Othon. M. p.65. num.26. p.67.n.32. carceri datur, ibid. Monachos perſequitur p.71. nu. 38. moritur p.90.n.103.
Fuldenſe Monaſterium igne perit, p.71.n.38.
GAndersheimenſe priuilegium p.72.
Gerbirga vxor Arnulphi Bauari p.20. n.46.
Gerbirga ſoror Othonis M. vxor Ludouici Regis Franciæ. effig. p. 68. n.33.
Gerberga ſeu Gerſinda vxor Adalberti Regis Italiæ p.173.n.11. nubit Henrico Duci Burgundiæ n.15.
Gerbirga filia Caroli Ducis vxor Regineronis p. 179. n.43.
Germanorum origo. p.27.n.73.
Geronis Comitis origo, virtus p.152. n.219.
Gero Comes morti damnatur ob duellum initum p. 184.n.77.
Gigantes fulminibus icti p.193.n.10.
Giſelbertus Dux Lotharingiæ vrget Carolum Regem Franciæ in Henricum I. p.20.nu.47. effigies, ibid. molitur in Othonem M. p.64.n.21. fugit p.65.n.24. ſubmergitur p.66. n.28.
Goſuini Epiſcopi Pataiuini effigies p. 128.
Goufredus Archiep. Mediol. p.210. n.37.
Gradenſis Eccleſia Venetiarum Metropolis, p.129. n.203.
Græci Sarracenos ducunt in Italiam p.79.n.56. Græcorum perfidia, ſuperbia, vitia, p.134.nu.215. Germanos dolo trucidant, p.151.n.220. Sarracenos in Italiam conducunt, p. 185.n.83.
Gregorius V. Saxo, affinis Othonis III. Papa. p.212. n.54. an iure electus. p.215.n.64. ſedi eiectus à Creſcentio, ab Othone III. reſtituitur p.216.n.71. moritur, p.219.n.83.
Guido Spoletanus Imper. ab Italis eligitur p.77. nu.54. in Berengarium mouet: vincitur. ibid. effigies. p.78. expellitur ab Arnulpho Imper. ibid. moritur, ibid.
HAduuida filia Hugonis vxor Lamberti, p.179. n.43.
Halberſtadenſis Eccleſia conſecratur p.210. n.39.
Hamburgenſis Eccleſiæ priuilegium p.125.p.128.
Haroldus Rex Danorum baptizatur p.76.n.48.
Hatto Archiep. Mogunt. pauperes vt mures cremat, p.150. n.218 comeditur à muribus, ibid.
Hatburga Monialis vxor Henrici Aucupis p.13. effigies n. 30.
Heliprandus, ſeu Ruitprandus filius Facij Dux Mediolani, p. 176. n.31. p.77. n.34.
Henricus Dux Burgundiæ, p.173.n.16. frater Hugonis Capeti.
Henricus VIII. Angliæ Rex matris, & filiæ concubitum vt gallinæ irridet p.196.n.26. eius dictum de humana miſeria n. 25.
Henricus Dux Carinthiorum p.182.n.63. in Othonem II. molitur p.182. capitur n.63. moritur p.209.n.35.
Henricus Anceps Imp. XI. p.1.& p.3. n.5. coronari recuſat nu.7. p.15.n.33.p.17.n.39. eius hieroglyphicum p. 2. n.4. Monialem ducit in vxorem p.3.n.8.p.13. n.30. Arnulphum Bauarum vincit p.3.n.9.p.18.n.43. Burcardum Sueuum vincit p.3. nu.10.p.17.42. à Carolo Francorum Rege Lotharingiam, & munera accipit. p.4.n.11.p.21.n.50. Hungarorum Ducum captiuitate Hungaros eludit n.11.p.22.n.54. vincit. ibid. Vvandalos 120. mille trucidat. p.22.n.56.p.25. n.63. Brandeburg expugnat: in glacie caſtramentatur n.13.p.23.n.59. Slauos, Boiemos vincit. n.15. cane ſcabioſo Hungaros donat, n.16. p.26. n.66. pugnam exorditur à Kyrie eleiſon, p.5.n.17. p. 26.n.69. votum facit de tollenda ſimonia, & blaſphæmia, n.18. p.26.n.67. Hungarorum tributa pauperibus donat. n.19. Ludos equeſtres inſtituit n.20. p.27.72. Epiſcopos tyrannos iure cæſos à Vvandalis pronuntiat n.21. filium Othonem ſucceſſorem deſignat n.22.p.34.nu. 78. moritur n.23.p.34. n.79. Moneta Aurea Henrici nu.24. eius filius p.9.n.9.p.10.n.16.p.12.n.26.p.7.n.1.p.10.n.16. p.11. nu. 21. ex genere Caroli M. p.13.n.26. quando natus, imperauerit, obierit n.28. cur Auceps dictus n.29. Romam peregrinatur. n. 30. poſteritas p.14.nu.31. p.15. n.32. veneno tentatur à Conrado Imper. p.16.n.34. Conradi fratrem vincit, nu.35. Conradum effudit num.36. ſucceſſor imperii declaratur n.37. inuitus eligitur Imperator, p.17.n.41. Boiemos vincit, p.18.n.44. Chriſti lanceam dono accipit p.20.n.52. alimenta prouidet militiæ p.23.n.57. fures militiæ adſcribit p.24. n.60. Reges Normannos Chriſtianos facit, p.25.n.64. pater patriæ dicitur, p.26. nu. 70. Hungarorum cædem pingi mandat, conuiuium commiliti donat p.27.n.72. Gallias petit amici cauſa p.27. nu.71. in ludis omnes vincit p.33.n.76. Epiſcopatus Eccleſias erigit p.24.n.77 Othonis Epitaph. ſymbol. mons vbi ſepultus, fumigat. ib. quibus verbis vſus, dum filium declararet ſucceſſorem p.60.n.9.
Henricus Othonis M. frater capitur p.64.n.18. in fratrem molitur num.20. ad Giſelbertum confugit p.65. nu.24. humiliatur p.65.n.35. Bauaria donatur, ibid. moritur. effigies p.96. num. 122. eius piacula 123.
Henricus Othonis M. nepos ex fratre Henrico Bauaria donatur p.98.n.129. molitur in Othonem II. p.180. n.46. Rex vngitur, ibid. relegatur p.180.nu.47. fugit p.182.nu.59. effigies ibid. exauctoratur n.60. capitur n.63. reconciliatur p.189.n.105. rapit Othonem III. p.205.n.18. reſtituit p.207.n.23. moritur p.212. n.57. imponit filio Henrico fidem ſeruare regi.
Henricus Comes Hermanno Duci reſiſtit, torque aureo damnatur ab Othone I. p.134.n.213.
Haraldus Danorum Rex mouet in Othonem II. p.180. num.46. Othoni ſe ſubmittit, p.181.n.58.
Herebertus Colon. Archiep. p.221. n.88.
Hermanni Ducis Sueuiæ effigies, offert filiam in vxorem filio Othonis M. p.75.
Hermannus Præfectus Saxoniæ p.84. num. 78. omnes ſuos ſeruos morti damnat vt fures. ibid. regio more honoratur ab Archiepiſc. p.133. n.213.
Hieroglyphicum n.23.& 28.
Hominum malitia p.192.n.6. vita ſaltus, p.196.n.22.
Homo à Brutis cognitus vt princeps p.238. n.11.
Hugo Capetus Ludouicum Francorum Regem capit, p.71. n.39. effigies . ſuperbia.
Hugo Sigefridi Marchionis Ateſtini filius, Vicarius Othonis III. Capuam obſidet p.110. n.43.p.218.n.81.
Hugonis Marchionis Thuſciæ, origo, p.225.n.104. obitus. ibid. an fuerit cum Othone III. in tumultu Rom. p.227.& p.224.n.103
Hungari victi, deluſi ab Henrico Aucupe Imp. p.4.n.12. cane ſcabioſo donati p.4.n.16. Italiam populantur, p.79. nu.59. doloſè Bauariam populantur, p.92.n.116.
IDa filia Hermanni Sueui nubit Ludolpho, effigies. p.75.
Inauditum damnare tyrannis eſt. p.158. n.2.237.
Indicijs an iudicandum ? 237.
Iniuſtitiæ hyeroglyphica. p.158. n.1.
Ingelenhemenſe Concilium p.76.n.46.
Imperium ſpretum. p.3.n.7.
Imperator an coronandus à Papa p.17. nu.40. à quo conſecrandus p.60.n.9. modus conſecrandi n. 10. à quo eligendus nu.11. Imperatoris miniſtri Duces &c. ibid.
Imperij mutatio vndè præfiguretur p. 21. n.51.
Io: XII. Papa in Othonem M. Adalbertum reuocat Romam pag. 110. vitia. ibid.& p.114. tentat Othonem deludere p. 112. nu. 163. fugit ib. deponitur, n.164. accuſatur in Concilio Romano p.113. per epiſtolam Cōcilium Rom. excommunicat. p.114.n. 166. citatur ad Concilium p.115. deponitur p.116. n.167. an licitè n.148. inſidiatur Othoni. p.120. n.173. Leonis acta irritat. n.176. Cardinales punit. ib. miſerè obit. n.177.
Io: XIII. Papa Roma pellitur. p.124.n.188. reſtituitur ib. pellitur à Creſcentio p.211.n.49. ad Othonem III. confugit. ib. moritur p. 212. n.54.
Io: Zimiſces Imper. Græcus p.151.n.215. Theophaniam deſpondit Othoni II. p.152.n.227. effigies p. 172.
Io: Conſtantinop. Epiſc. Placentinus Antipapa. p.215.n.65. membris mutilatur p.217.n.75.
Italorum diſcordia p.77.n.54. 173.n.9. inuaduntur à Sarracenis produnt Othonem II. p. 187. n.94.
Iudex fœminæ aſſimilatur. p. 196. n.33. à Tuſcis quomodò corrumpatur. n.28. non ſit præceps in iudicando p.213. n.60. officium iudicis p.238.n.5.
Iuditha Henrici Bauari vxor infamata, purgatur p.96.nu.125.
Iupiter Europam rapit p. 192. n.4.
Iuſtitia diuina mortalibus imitanda exhibetur p. 237. n.1.
Iutha filia Othonis II. rapitur à Boſetislao Bohemo. p. 180. patrem cum marito conciliat. ibid.
KYrie eleiſon exordium pugnæ Henrico Imperat. erat. pag.5. n.17.
LAidulphus frater Landenulphi creatur Capuæ Princeps. pag. 210.n.40. deponitur. p.213.n.58.
Lambertus Guidonis Regis Italiæ filius p. 78.
Lambertus Regineronis filius p. 179. n.43.
Landulphus Archiep. Mediol. p.210. nu.37. vincitur à Creſcentio p.211.n.49. Othonem III. vocat in Italiam. ib. pacem init cum Mediol. p.212. n.53. dignitates Eccleſiaſticas Laicis tribuit in feudum n. 56.

Lan-

Landenulphus Princeps Capuæ occiditur. p.210.n.40.
Latro etiam die feriato damnandus p. 131.
Lauretum Venetorum eſt p. 209. n.33.
Laurishamenſi Monaſterio donat Otho I. p.125.
Leo Antipapa,p.116.n.167. electionem Papæ Othoni M. indulget,n.169.confugit à Romanis ad Othonem p.120. n.175. electionem Benedicti abrogat.n.178.
Leo Archiep.Rauennæ p.223. n.88.
Libido quando cœperit.p.193.n.12.
Lotharius Rex Francorum filius Ludouici.Effigies p.68.num.33. Aquas Granas occupat. p.184. n.68. mouet in Othonem III. p.207. n.24.
Lotharius Burgundus Rex Italiæ Adheleidem in vxorem ducit p. 81.n.65.effigies p.80.n.62.moritur p.81.n.68.Othonem II. fugat.ib.prandium Othoni paratum comedit n. 69. Aquilam pictam reformari mandat.ibid.
S.Ludgeri Eccleſiæ priuilegium dat Otho M.p.86.
Ludgarda filia Othonis M.infamata vindicatur p.128.n.201.
Ludgarda ſeu Mathilda Ludolphi filia.vxor Ludouici IV. Imper. p.10.15.
Ludi equeſtres inſtituti ab Henrico Imp.p.5. n.20. quibus prohibiti p. 27.
Ludouicus Rex Francorum ducit ſororem Othonis p.67. nu. 30. effigies, ibid.fugitiuus p.71.n.39.
Ludouicus filius Boſonis Burgundi capitur à Berengario II.p.79. reuertitur in Italiam n. 59. recedere cogitur.
Ludolphus filius Brunonis,nepos VvitiKindi p. 10. n.13. Romam peregrinatur n.14. poſteritas n.12.
Ludolphus Othonis M. filius Idam filiam Hermanni Sueui ducit in vxorem p.75.n.45.Berengarium ſubiugat, p.85. n.85. in patrem ſuccenſet. ibid. à patre prouincia donatur p. 87. num.90. rebellat in patrem n.93.recuſat patri coniuratos prodere.n.95 Moguntiam capit p.88.n.96.nudis pedibus rogat pacem p.90. n.102.in Berengarium mittitur p.99.n.130.vincit. moritur nu. 132.an patri obierit recõciliatus n.133.liberi p.177.n.38.& 40
Luitprandi Epiſc.Cremon.legatio ad Nicephorum p.134.
Lunam in terram trahebant mulieres Theſſalæ.p.241. n.24.
MAgdeburgenſium priuilegia p.61.nu.12.p.70.p.72. reædificatur p.73. Virginopolis dicta p.77.n.51.p.104.p.124.p.226
Malateſta feudo donatur ab Othone III.p.215.n.67.
Mammano Comes p. 127.
Mantua an ab Othone M. donata Pontifici, vel Vvalterio Gonzach p.108.
Maria Arragona vxor Othonis III.adultera p.200. n.16. & 19.p. 204.n.16.effigies.p.205.Mutinenſem Comitem accuſat p.200. n.19.igni damnatur p.213.n.60. p.200. n.22.
M.Attilius cur ſponte rediret in captiuitatem p.239.n.18.
Marchionatus origo an ab Henrico Imp.p.23. n.56.
Marcomannorum origo p.23. n.59.
Mauroceni Veneti Caloprinos trucidant.p.190.n.116.
Mectildis vxor Henrici I.Imp.effigies p.14.n.31. exequias mariti celebrat.p.35.n.80.obitus. pietas p. 152.
Mediolanenſes ſolam monetam de corio cudere permiſſi p. 131. n.209.Duces vnde venerint.p.175. p.176. ab Heliprando ibid.
Memius Dux Venetorum Monachus fit p.190. n.116. effig.
Mens tabula in qua nil pictum p.192.n.2.deprauata ſenſu p. 196. n.30.p.192. n.1.
Meregnanorum familia p.212. n. 56.
Merſemburg. Epiſc.remittitur S.Laurentio petente p. 208. n.25.
Milleſimus annus ſine pompa.p.222. n.92.
Militiæ alimenta vnde deducenda p.23.n.57.p.24.n.60. ordo.ib.
Monachos perſequitur Clerici p.70.n.38. vitioſi reformandi non deſtruendi p.218.n.80.
Mindenſi Eccleſiæ donat Otho I. p.105.
Mitildis filia Luitolphi,neptis Oth.M.nubit Opizoni p.177. n.38.
Mitzco Polonorum Regulus mouet in Othonem II. p.180.n.46.
Moneta Henrici I.Imp.p.6.n.24.
Montisferrati Marchionis filij feudis donati ab Othone III. pag. 215.n.67.
Moriuntur omnes p.37.n.3. n.5.
Mutiliana familia à quo p.230. n. 207.
NArſes recuſat iudicare inter Patauinos, & Venetos. p.196. n.30.
Nepotes ſuccedunt cum patruis p. 131.
Nicephorus Imp.Græcorũ occiditur p.151. n.225.effigies. p.172
S.Nilus intercedit pro Io: Antipapa,nec impetrat. p.217.nu. 74. ſuccenſet Othoni III. & Gregorio V. n.76.
ODa vxor Ludolphi, p.10.n.15.
Odericius Marſorum Comes, p.210.n.42.
Opizo militiæ Dux ſub Othone Magno,p.177. n.38. eius neptem in vxorem ducit, ib. effigies. p.178.
Otho Dux Saxoniæ Imperium reſpuit,p.3.n.7.p.7.n.1.p.11.n.23. p.49.n.6.effigies.n.2. à VvitiKindo venit, n.3. Rex cur dictus. n.4.carus Arnulpho Imper.p.11.n.21.Lucardam ducit.ib.
Otho Ludolphi filius à quo Tanquerode,p.11.n.18.
Otho Vvileſmus filius Adalberti Regis.p.173. n.14. fit Dux Burgundiæ. n. 16. ducit Alberadam filiam Ludouici Vltramarini. p.174.n.19.peregrinus cur dictus.nu.21. à Monaco furtim matri reſtituitur, n.22.effigies,ib.poſteritas regia. 23.
Otho Dux Sueuorum Bauaria donatur,effigies,p.182.n.60. filius Luitulphi,p.184.n.79.claſſis Othonianæ Imperator. p.187.nu. 91.eligitur Vicarius Imperij,n.106.tutor Othonis III.n.104.
Otho M.Imper.excommunicatur à filio,p.47. n.1.p.52.n.23. carceri filium tradit,p.47.n.2. citatur ad Tribunal Dei.p.47. nu.3. Amor Mundi dictus,p.49.n.7. mouet in fratres. p.49.n.8.oratione hoſtes vincit,p.49.n.9.& p.52.n. 22.p.65.n. 23. vincit Regem Franciæ,p.49. n.10. Francorum Regi ſororem in vxorem tradit,p.50.n.11.reconciliatur fratri p.50, n.11. Regi Franciæ ſuccurrit,p.50.n.13. Hugonem Capetum obiurgat, p.50. n.14. Regem Danorum vincit,p.50.n.15.Nationes ab eo victę,p.52. n.28.p.93.n.114.à Sarracenis munera accipit,p.51.n.17.in Italiam deſcendit,p.51.n.18.p.83.n.77.p.104. Adheleidam ducit. p.51.n.20.p.84.n.80. Hungaros vincit, p.52.n.27. p.94. n.117. p.63.n.13.filium ſucceſſorem deſignat. p.52.n.30. Pontifici reconciliatur.p.53.n.36. Papam obſeſſum vindicat, p.53.n.37. à Græcis decipitur.p.54.n.38.p.151.n.220. Græcos vincit, p.54. n.39.morientis verba.p.54.n.40.p.154. n.235. fœdus init cum Io: XII.p.53.n.31.Antipapam deligit,p.53. n.32. ex quibus, & quando natus,p.57.nu.1. quando regnauerit,& obierit.nu.2.p. 154.Magnus dictus,n.3.mores.ib. vita ſplendida. p.58. num.3. quando literas didicerit, ib. linguarum peritus.ib. duas vxores habuit.n.4.liberi,p.59. n.5. concubinæ.6. vita œconomica.7. à patre declaratur Imperij ſucceſſor, 8. Aquiſgrani coronatur, p.60.Adaldago Epiſcopo priuilega dat, pag.61. num.12. bona Bremæ confirmat, ib. Magdeburgenſibus dat priuilegia, ib.d. & pag. 70. Boleslaum Duce Bohemiæ vincit, pag.63. num.13. Ducatu Bauariæ ſpoliat Henrici filios, p.63.n.14. Bertholdum Ducem Bauariæ dat,15.militi Abbatiam petenti quid reſponderit,p.66.n.27. Briſacum obſidet,nu.28. victoria accepta Eccleſiam petit.n.29.Ludouico Francorum Regi auxiliatur,pag. 69.n.33.mouet in Hugonem Capetum,p.71.nu.40. Lugdunum obſidet,p.72.n.40.capit, p.76. n.47. eſt in Concilio Ingelenheimenſi, p.76.nu.46. Slauos, Danoſque ſubigit, & ad fidem conuertit,n.48. tres Epiſcopatus fundat, p.77.n.52. ſtatura Auguſtana,p.85.n.87.Oſnaburgenſi donat Eccleſię,p.86.n.88.à Deo punitus,quia Abbatiam fœminæ dederit, p.87.nu.92. in filium Lutholphum mouet & Conradum, n.94.eius oratio ad Principes, p.89.n.100. an obierit in die Pentecoſtes, p.91. n.109. excommunicatur ab Epiſcopo Halbeſtadenſi, p.92.n.111.Slauos vincit,p.96.n.126.p.99.p.100.pater patriæ,p.97.n.126.Brunoni fratri dat Lotharingia,p.98.n.129. iurat fidelitatem Io: XII. p.103.n.143.p.106.n.153. Mediolani coronatur n. 144. p. 104. n.150.donat Eccleſiæ Mindenſi,p.105.Romę coronatur,n.152, ſimilis Carolo M. ib. Pontifici donat,p.106.nu.154. confirmat donationes ab anteceſſoribus factas,p.107.n.155.p.118.p.129. Vvillam vxorem Berengarij capit, p. 110. Io. XII. criminatur, p. 111. num.162. duello prouocat,p.112. Leonem Antipapam creat,p.116. num.167. electione Pontificis donatur, n.170. in ponte Tyberino Romanos vincit,p.110. num.174. parcit.ibid. Benedictum Papam deponit, p.121. n.179. donat Eccleſiæ Patauinæ,n.181. Romanos punit, p.129. Romæ conuentum celebrat, ib. nu. 203. Venetis priuilegia dat, ib. Legatos mittit ad Nicephorum, p.230. num.208. Veronæ conuentum habet, ib. Legatos ab Africa audit, p.154. n. 234. ſepultura, p.155. iuſtitia,p.155.n.238. diuinitus inſpiratus Epiſcopatus diſtribuit,p. 156.ſymbolus, p.157. moneta aurea,ib.
Otho II.Imper.ſucceſſor declaratur, p.103.nu.144. ſex annorum erat,p.169.n.8. Romæ coronatur.p.133.nu.181. eius parentes, p.171.n.1.p.167. n.5. quando natus, p.171.nu.2. Sanguinarius, Rufus, mors Sarracenorũ, n.3.& p.167.n.6.& p.168.n.18.& p. 190.n.111.& p.189.n.109.an concubinam habuerit, p.172.n.8. filij,n.6.vxores.n.7.Reginerum, & Lambertum fugat,p.179. n. 43. Danos ſubiugat, ib. pag.181. mouet in Boleslaum Bohemum raptorem filiæ,n.45.leges,p.180.n.49. Henricum patruelem

lem vincit,p.182.n.59.capit.n.63.peregrinatur adoratum reliquias S.Adelberti,p.183.n.64.Bolislaum Regẽ creat,n.65.reliquijs donantur adinuicem.ib.Vvandalos vincit,nu.66. fugatur a Lothario Francor.Rege,p.184.n.68. fugat Lotharium,n.70, pacem init,n.73.Dalmatiam inuadit,p.185.n.84.Veronæ conuentum habet,n.86. Sarracenos vincit,p.187.n.92. dat priuilegium Monaſterio S.Vincentij,n.93,a Græcis victus,n.95.p.167 n.10.à piratis captus,96.fugit,quomodo,pag.188.n.97. piratas decipit,p.189.n.103.Veronæ conuentum habet.filiũ comendat Othoni Sueuo,104. Henrico patrueli parcit,105. Beneuentum diruit,n.107.Oſſa S.Bartholomei trãſfert. n.107. S.Petro vota perſoluit,n.108. in conuiuio perduelles Italos trucidat,p.190.n.109.pag.169. Sarracenos vincit,p.190.nu.110.moritur,p.190.n.111.p.169.n.20.in Venetos molitur,p.190.n.112.obit n.117 veneno tollitur,p.191.nu.119.Romæ ſepelitur,n.121.epitaph. ſymbol. ib.

Otho III.ex quibus natus p.303.n.1.p.199. n.4. puer dictus,ib. & p.203.n.6.cognomine Miraculũ Mundi,n.3.& p.199.n.3.quando,& vbi natus,p.303.n.3.religioſus,n.6.callet linguam Græcã p.199.n.5.& p.304.n.8.à quibus educatus,n.13. beneuolus,14. iuſtus 15.victu & veſtitu magnificus p.205.n.17.rapitur ab Henrico Bauaro,p.199.n.6.& p.205.no.31.reſtituitur,p.207.nu.23. Slauos vincit,p.210.nu.38.& 46.iubet ne vnus duos regat Epiſcopatus,p.211.n.47.filium Ducis Venetiar.de chriſmate leuat p.211.n.51.affinem ſuũ creari Papam iubet,p.212.n.54. S.Romualdum viſitat, In eius cellula dormit. eum cogit Abbatiã ſuſcipere,n.55. Romæ coronatur,p.213.n.58.ſeipsũ reum mortis dicit,n.60. Placẽtinis ius ſcholę dat,p.215.n.63. Abbatẽ S.Galli citat in iudicium,n.65.Creſcentiũ obſidet,p.216.n.69. illi parcere recuſat,ib.de turri præcipitat,n.70. Pontificem ſedi reſtituit n.71.Tyburtinis parcit p.217.n.77.penitentiam agit p.218 n.78. promittit clauſtrum ingredi, 79. ſomnium de reformandis Monacis,n.80.Venetias petit,p.219.n.82.

PApa an eligendus ſine Imp.cõſenſu,p.107.n.155.p.112.n.163.
Patauinæ Eccleſiæ priuilegia,p.121.
S. Paulini oſſa Romam delata, p.223. n.99.
Philoſophiæ ſtudium inane, p.154. n.233.
Pirouanorum familia, p.212. n.56.
Placentinia ius ſcholæ datum, p.215. n.63.
Platorum familia vndè? p.173. n.10. poſteritas,p.177.n.34.
Plato Angleriæ Comes,p.176.n.27.Platorum nomen vnde? ibid. poſteritas, n.35.
Petri catena miraculoſa,pag.151. num.222. rapitur à Deoderico Epiſc. Metenſi, ib.
Petrus Candianus in patriam mouet,p.100.n.136. Dux Venetorum eligitur,ibid.
Pompeius M.ridet ſui trunci ludibria, p.196.n.21.
Pontificum iniuria, p.220. n.85.
Poponis obitus,p.153.n.232. eius viſio, ib.
Porus victus ab Alex. quid dixerit, p.193. n.19.
Præſumptionibus an iudicandum p.237.n.2. vſque in finem.
Primogenituræ iura,p.24.n.62.an omia parentũ debẽtur,p.24.n.62
Probatio ferri candentis,p.237.Aquæ feruentis,ib.origo.ib.vide purgatio.
Promiſſores quandò liberentur,p.181.nu.50.
Purgatio ex Cruce. ex Euchariſt.Sacramento. p.239.n.14. 49. Aquę Calidę. Aquę frigidæ.ex rupto laqueo.Aqua Zelotipię

RAbodus vult in infernum deſcendere,ne a parentibus recederet,p.10. n.11.
Rainaldus Marſorum Comes, p.210. n.32
Raptor decollandus p.131. n. 209.
Ratio profuga p.192.n.3.p.296.n.31.Numiſma, n.7. p.193.n.10.
Ratisbonenſe priuilegium, p.82.
Reginero Longicolli a Brunone Arch.in exiliũ miſſus,p.178.n.41
Reginero Regineronis filius Brabantiam occupat, p.178. nu.43. fugit, eius vxor Gerbirga, ibid.
Regna periodica, p.1.nu.1.p.3. nu.7. hieroglyphico explicantur, p.2.num.4.à Deo dantur,p.18.n.44.omnia ſeneſcunt & cadunt p.36. Fato dantur & auferuntur, p.37. n.4. vſque in finem. in ſcala Iacobi figurantur, p.39.n.21.
Regnorum morbi,p.40.n.24.termini fatales,p.41.n.33.p.41. anni,n.30. initia fatalia,p.44.n.40. ſymbola,n.45.
Regulares vitioſi reformandi, non deſtruendi, p.218.n.80.
Regum vita breuis, p.38. n.10.
Rex apud Saxones qui diceretur p.7. n.4. Dei tenetur decreto p. 37.nu.2.mortalis p.38.n.6. homo eſt, nu.11. totius Orbis ſolus Deus p.42.n.32.fato ſeruatus p.43. nu.39. Sereniſſimus cur dictus? p.44.n.45.Deus Terræ cur dictus p.45. n.53.
Rodulphus Burgundionum Rex in Italiam vocatur aduersùs Berengarium,p.79.n.60.effigies. Berengarium vincit,p.80. n.61. cędit Italiam Hugoni Arelatenſi,p.80.n.63.
S. Romualdus pro Tyburtinis intercedit,p.217.num.77.mortem prædicit Othoni III. p.224.n.101.
Rugorum legati fictè petunt Epiſcopos,p.100.n.138.
Ruitprandus vide Eliprandus.

SAcerdotes quomodò expurgandi, p.239.n. 18.
Sacramenti purgatio,p.239.n.14.p.254.n.49.quanti facerent Romani, p. 239. n.17.
Sanlio Dux. p.100. n.136.
Sarraceni Slauos inuadunt, p.19. n.56.
Saturnus cur in equum conuerſus, p.192.n.5.
Saxonum Imperatorum arbor genealogica. p.9.
Saxonia quomodo regeretur,p.7.n.5. inſignia,nu.7. equos niger, quãdo mutatus in albũ p.8.quãdo imperio creuerit p.11.n.20.
Septem Virorum origo an à Gregorio V.vel X.p.229.
Sigefridus Dux Saxoniæ moritur, p.64.n.15.
Sigulfus Epiſcopus Placentinus Adelbertum Regem in Italiam reuocat,p.123.n.185.relegatur ab Othone, pag.127.n.197.
Sindacilda Viberti vxor, p.10. n.11.
Sinibaldus filius Arnulphi Imperat. ſimulat acurrere in auxilium Berengarij, p.77. n.54.
Suſanna Sueua vxor Brunonis, p.10. n.13.
Suſpenſus an iterum ſuſpendendus laqueo fracto,p.252.n.45.
Syluester II. Papa, p.220. n.85.

TAnquerode a quo, p.11.no.17
Sine teſtibus nemo damnatur,p.238.num.6.
Thammus ſuadet Othoni III.Creſcentium damnare p.218.n.78.
Thedald. Athonis Canuſſini filius March. Mãtuę,effig.p.186.n.90
Theophania vxor Othonis II.p.171.n.4.effigies,quorum filia n.5 exultat de Græcorum victoria p. 188. n.101. mortem marito accelerat p.191.n.119.mors p.209. n.34.
Temporis hieroglyphicum p.166.omnia conſumit p.193. nu.16. conculcatur.17.tibicem vitæ humanæ p.196.n.23.
Theſſalarũ mulierũ incãtatio,Lunã trahentiũ in terrã.p.240.n.24
D.Thomæ non eſt opuſculum de regimine Principum. p.230.n.4.
Tiburtes muros diruunt in honorem Othonis III. p.218. n.77.
Torneamentorum leges,priuilegia, p.29. ignobilis, vel vitio pollutus non ingreditur, ibid.
Tranſmundus Comes Theatinus Capuam obſidet p.210. n.42.
Turcæ baptizantur p.100.n.138.mos in corrumpendis iudicibus p.196.n.28. eorum incantatio p.251.n.42.

VValpertus Comes Ringelheimenſis p.14. n.31.
Vvalterius Gonzach Mãtua donatur ab Othone I.p.109.effig.
Vandali victi ab Henrico Aucupe Imp.p.4. n.13.
Vanitas humana p.36.
Vdalricus Bohemus p. 179. n.44.
Vgo Arelatenſis Rex Italiæ ſalutatur,p.80.n.62.effigies. Arnoldũ Baoarum vincit, p.81.nu.64. Italiam diuidit inter filium ſuum Lotharium,& Berengarium III.n.65. in Franciã reuertitur, ib. aurum exhibet Othoni I.Imp.vt Berengariũ tradat,p.82.n.69.
Vvilelmus Othonis M. filius Moguntię datur Archiepiſcopus, p. 90.nu.104.patrem excommunicat p.91. nu.106. carceri datur n.106. liberatus exire recuſat nu.107. patrem prouocat ad Tribunal Dei,n.108.educator Othonis II.p.103. n.145.& p.92.nu. 111.obitus p.150.n.217.Epitaph.ib.Mathildem viſitat, p.152. eius laus. ib. notus erat. ib.
Vvilla vxor Berengarij filia Boſonis improba p. 102. n.141. effig. recuſat regnum à patre filio dari, p.104. num. 148. capitur ab Othone M.p. 110.
Virgo corrupta non poteſt reintegrari, p.196. n.32.
VvitiKindus cum Carolo M.pugnat p.7.n.5.Saxonum Rex:Chriſtianus miracoloſè fit, ib.natalia,p.8.n.8.quando, & quomodo perierit,p.10.n.10.vbi ſepultus,ib.poſteritas, p.12.
VvitiKindus II.filius VvitiKindi I. p.11. n.25.
Venetorum priuilegia,p.129.n.203. hoſtilitas cum Othone II.p. 190. p.209. n.33.
Veſtalis virgo nauem trahit: aquam in cribro fert.p.241.n.25.
Voluptatis Numiſmata,p.193.n.11. non eſt poſt mortẽ n.13.voluptatis fructus,n.14.& 16.fabula eſt n.18.ſymboli p.196.n.27
Vrſeolus Petrus Dux Venetiarum compater Othonis III. p. 215. n.51.virtus militaris: effigies, p.219.n.82. viſitatur ab Othone III. n. 83.

ZAchariæ Sagredi reſponſio prouocanti ad Tribunal Dei,pag. 164.n.30.

FINIS.

MONARCHIÆ OCCIDENTALIS

LIBER VNDECIMVS.

CAPVT PRIMVM.

HENRICVS AVCEPS EX SAXONIBVS PRIMVS OCCIDENTIS IMPERATOR XI.

1 *Regna omnia figurantur periodica in Atlante ſenio confecto.* 7.
2 *Hieroglyphici explicatio.*
3 *P. Franciſci Macedo Carmina.*
4 *Henrici Hieroglyphicum.*
5 *Auceps cur diceretur Henricus?* 7 *Coronari recuſat.*
6 *Carolinæ ſtirpis defectio quando?*
7 *Otto Dux Saxoniæ oblatum reſpuit Imperium.*
8 *Monialē ducit in vxorem: ipſam dimittit.*
9 *Arnulphum Bauarum verbis vincit.*
10 *Burchardum Sueuum vincit.*
11 *A Carolo Francorum Rege Lotharingiā, & munera exigit.*
12 *Hungarorum Ducum captiuitate, Hungaros eludit; vincit.*
13 *Vvandalos vincit. Brandeburgum expugnat: ſuper glaciem caſtrametatur.*
14 *Trucidat* 120. *mille Vvandalos.*
15 *Nationes ab Henrico deuictæ.*
16 *Cane ſcabioſo Hungaros donat.*
17 *In Hungaros quomodò pugnam exordiretur.*
18 *De tollenda Simonia, & blaſphemia votum facit.*
19 *Hungarorum tributa pauperibus donat.*
20 *Ludos equeſtres inſtituit.*
21 *Epiſcopos à Vvandalis iure cæſos pronunciat.*
22 *Ottonem filium deſignat ſucceſſorem.*
23 *Eius mors.*
24 *Henrici Aucupis moneta aurea.*
25 *Micylli antiqua carmina prò Henrico.*

I. ATLAS ſenio confectus in Alcidis ſuccollantis humeris, Orbis machinam deponens, Carolinæ ſtirpis eſt hieroglyphicum; quæ
II. in Conrado Occidentis Imperatore X. termino circumſcripta fatali; Henrico Aucupi Saxoni gloriam vnà & imperium libens obtulit, vt ſui voluntate videretur de Neceſſitate triumphare. Henrici Imaginem in Alcide intuere, & iure; cum Orbis pilam vel proiectam ſolus ſuſcipere potuerit, vel fulcire ruentem; vt inde habeas non æterna, ſed periodica regna.

ALLVSIO AD HIEROGLIPHYCVM.

Vltimus à Caroli Conradus ſanguine Magni
Occidui molem ſuſtinet Imperij.
III. *Aſpice, vt Atlantis Cælum qui temperat inſtar*
Herculeam feſſus, pondere quærit opem
Repperit Henricum, qui nomine dicitur Auceps,
Herculis vt poſſit more ſubire vices.
Suſcipit hoc pondus Germano e ſtipite primus,
Et capit auſpicijs regia iura nouis.
Aucupium Henricus fælix exercuit, Auceps
Quando Gallorum regia Sceptra tulit.

P. Franc. à S. Auguſtino Macedo.



HENRICVS I. AVCEPS[a]
OCCIDENTIS IMPERATOR XI.

E L O G I V M.

Epidromides, caſſes, amites reponite venatores.
Sal. an. 919. Fallit non fallitur AQVILA ROMANA.
Cum marceſceret inter LILIA
Super montana euolauit ferax
Vt Imperatoris letho, imperij erigeret libertatem:
Et iuxta Solem
Legitimum ſucceſſorem probaret vicinior.
Sic quæ Atlantem preſſerat, fatigatura Alcidem,
Altiora conſcendit ſaxa,
Ne inclinaret, ſed reclinaret imperium.
Soli[b] tunc Saxones,
Qui poſſent ſine gradibus
Caroli Magni attingere Maieſtatem.
Orbem Terrarum cum Deus & homo luderent,
Ne homo illuderet Deo
Imperio quod[c] OTTO Henrici pater reſpuerat,
Filij captauit retibus.
Nunc ſcio quàm Magnus fuerit Henricus,
Ludendo potuit
Quod OTTO (licet Maximus) tentare non auſus.
Spernere credebatur coronam[d] ab Antiſtite oblatam.
Sed callidè reſpuit,
Vt pietate ſibi Numina centuriaret.
Sic Aquilam Saxo catenauit volantem:
Et lapidibus obruta agnouit,
Ignorauerat. Quod inter Lilia ignouerat
Cuncta creata mori.
Æmula naturæ Fortuna
Corrumpit, & generat.
Veritus ne ſibi darentur quæ Cæſaris,
Quia Sponſam[e] Dei, retinèret,
Adulteram prò Vxore dimiſit.
Imperium exorſus à verbo
Ipſe dixit, & facta ſunt.
Mandauit, nec creata ſunt
Qui facere & creare poteſt
HENRICVM potuit Cæſarem non Deum facere.
Fallor: ſolus Deus poterat
920 *Arnulphum*[f] *malum*, reddere bonum.
Et Burchardum Regis[g] Burgundi Socerum adiurare,
Ne Regni cauſa peierarent.
Ceſſerunt arma togæ;
Imperatoriam Maieſtatem armatam literis
Decorauit armis.

V.
[a] *Quia per totã vitã aucupio delectaretur: & tunc, cum ab Eberhardo Coradi fratre illi oblata fuere inſignia Imperij; AVCEPS dicitur.*

VI.
[b] *Extincta Caroli M. ſtirpe, licet multi ad ſucceſſionem contenderent; omniũ optimus viſus eſt Henricus Saxo.*

VII.
[c] *Poſt mortem Arnulphi proceres Germaniæ elegerunt Ottonem Saxoniæ Ducem, Henrici Patrem; ſed Imperium recuſauit propter ſenectutem.*

[d] *Noluit ab Epiſcopo coronari, cum ſe indignum tanto honore indicaret.*

VIII.
[e] *Hatburgam poſt obitum mariti monialem factã Henricus è Monaſterio eduxit, & matrimonio ſibi iunxit; ſed poſtea dimiſit.*

IX.
[f] *Arnulphũ Bauarũ imperij protũm verbis placat, & ſibi benignitate deuincit.*

X.
[g] *Henricus accepto imperio; cum Burchardus Dux Sueuia, ſocer Regis Burgundionis obedire renueret; arma mouit Henricus, & Burchardum in ordinem redegit.*

XI.

[h] *Henrico bellum mouenti contra Carolum; Carolus non ſolum Lotharingiam conceſsit, quæ ad imperium pertinebat: ſed munera dedit.*

XII.

[i] *Germaniā populantibus Hūgaris; cum Impar eſſet Henricus vt pugnaret; aliquot eorum duces arte capit; quorum manumiſsione pacem redemit.*

XIII.

[k] *Henricus in Vuādalos mouit ad Sueuum. Oderam, & Hauelum flumios. qui vt reſiſterent in vrbē Brandeburgi ſe receperunt. Sed ſaltus caſtris, licet ingruente hieme paludes glacie concretas tranſiuit, oppugnauit, vicit.*

A Carolo [h] Francorum Rege
Expilatæ hæreditatis exigens quadruplum,
Lotharingiam adèmit & munera. Sal. Anno 922.
Hungarorum gentem ad Germanorum natam interitum
Non primo obtudit, [i] ſed eluſit.
Vt quam ſanguine victoriam Hungarus arripuerat,
Saxo, clandeſtinè ſurriperet.
Hanc Barbaris gloriam dedit,
Vt viderentur aliter vinci non poſſe.
Vvandalos [k] inſequens; Brandeburgi, 925.
Cui circundabant aquæ terminum ſuum,
Obriguit *Mare, vidit & fugit*
Henricum.
Quid tibi Mare quod fugiſti?
Vox Domini ſuper aquas.
Percuſſit flumina, & fluxerunt petræ
Quà fluitarent Germanorum currus.
(Feruеſcere nequit Mare
Vbi gelat barbarorum ſanguis.)
Parent Vvandali,
Sed cui mare obediunt & venti.
Ipſa perterrita ſunt elementa
Quùm Gruna [l] expugnata, vidère
HENRICI Pietatem innocentium rubeſcere cęde. 927.
Dubito, pius an impius fuerit HENRICVS?
Pium, geſta negant; innocentium nomina volunt:
VvANDALI erant.
Vt Vvandalicam arborem ter excreſcentem ſuccideret,
Singulos humanitatis annos,
Mille clauſit
Vno cęſis in prelio.
Iuxta Balthicum pugna ſequitur:
Quia tot Manibus nonniſi Mare par erat Sepulcrum,
Vel cum Acheron non poſſet ſolus traſuehere
HENRICVS demerſit in Mare.
Cur non reſtitit Acheron naulo defraudatus?
Ambigo, an timèret poſt terram tartarum euerſuros.
Vel pontonem conduxiſſet HENRICVS,
Vt poſt Vvandalos traijcerent
Sclaui, Heneti, Sorabi, Bohemi, Poloni, Sileſij, Dalamincij,
Quos vt Fabius ſuſtinuit, vel oppreſſit Annibal.
Recurrite Hungari, iam feſſus HENRICVS,
Franconiam, Alſatiam, Thuringiam, Saxoniam 933.
[m] Grandi redimet tributo.
En, ſcabioſum recipite canem.
Si in Lunam latramus canes; canes:
Circumdederunt me canes multi,
Quos dormientes ſuſcitaſti.
Fateor, ſed inteſtina circum,
Et flammas veſtro reſtinguam ſanguine.

[l] *Vuandalorū non vna natio: Eorum Sorabi, & Obotriti cum quieſcere nequirent; in eos mouit Henricus, & Hanburgum vicepit. & omnes occidit: inde ad Balthicum ad 120000. trucidauit.*

XIV.

Anni hominum, centum, & viginti,

XV.

XVI.

[m] *Finitis induciis Hungari poſtularunt munera, & tributum. ſed Hēricus Hungarorū Legatos ſcabioſo donauit cane, propterea iterū Germaniam populantur, ſed ab Henrico licet corpore inualido ſuperantur: voto præmiſſo de tollenda ſimonia, & blaſphemia.*

Vllu-

Vlularunt barbari Cœlis ignotum *Hui* [n] *Hui*
Dubium, an in Deum vel Cæſarem bellicum canerent,
Sed *Kyrie Eleiſon* canentes Germani,
Noto pietatis exaudiuntur idiomate.

[n] Hungari congredientes exclamabant Hui, Hui.

XVII.

Victoribus an victis plaudam?
Noua obſtat pompa triumphi
Cum vno in curru Deus & homo triumphent.
Si Auguſtus HENRICVS, Auguſtiſſimi Hungari
Quos vt vinceret, Deus de Cœlo deſcendit.

Angeli vel Sancti viſi ſunt pugnare.

XVIII.

En diuidunt ſpolia:
Duo Deus mancipia tulit
Blaſphemiam & Simoniam,
Oh grande præſtigium,
Si in Domo Petri exſibilant Domum Dei:
Quando profugerunt è Cœlo?
Cum Deus luderet in Orbe terrarum.
A Petro ergo aberat, qui vbiquè Deus?
Cum Petro aderat non cum Simone.
HENRICE Cœlites feſelliſti?

Priuſquàm bellum ſubiret Henricus, votum emiſit de extirpāda blaſphemia, & ſimonia, vt poſt victoriam tentauit Henricus; quid egerit? tempora noſtra, & mores ne prætereas. Alludit auctor ad tempora primitiuæ Eccleſiæ cum Petrus Chriſti Vicarius Simonem vicit.

XIX.

Quid? pro congiario obtuli barbarorum [o] tributa;
Et Sanctorum villicos delègi pauperes;
Vt Cœlorum poſſim aperire valuas
Simonis auro, vel clauibus Petri.
Auri ſi quem teneat ſacra fames,
Feneretur egenis:
En pro paupere Chriſtus pignus & hypotheca,
Hiſce retibus nactus non natus Iouis aquilam,
Ne terra in Cœlum aufugeret,

[o] Munera Hungaris dari ſolita, pauperibus diſtribuit.

XX.

Equeſtrium [p] ludorum ſpetie obſedi;
Bellonæ clauam, Redemptoris [q] fabrefeci clauis;
Vt verſatilem Fortunæ figerem rotam
Ex Carolingis ad Saxones commigrantis.

[p] Inſtituit ludos equeſtres.
[q] Annuit lanceam ex clauis Dominicis confectam, quā dono accepit a Rodulpho Burgundo.

Cuius delitiæ; quia non cum hominum eſſe, ſed Filijs Dei:
Prudentiæ ſibi Domum elègit,
Quam Deitas ipſa ætate non fęlicitate vincit.
Iuſtitiæ;

XXI.

Sine qua cum Iupiter principem agere nequeat;
Vvandalorum [r] ſacrilegia iuſta dixi,
Quùm Præſides litarunt & Præſules,
Quia extra aras Epiſcopos vidi.
Religionis,

[r] Dum è bello Hũgarico reuerteretur Henricus; tumultuantes Vuandali trucidant Epiſcopos, & Præfectos: & cum Henricus vellet eos bello petere, de illorum cæde, ita ſe excuſarunt, vt iure cęſos pronuntiaret.

Quà ſtationarium in imperio meo Deum habui.
Tribus tantùm digitis cum Orbem ipſe appendat terrarum:
Impotens ſolus diù ſuſtinere ruentem
Tu fili Otto ſuccolas humeros
Vt poſt Ætat. Ann. 60. Imper. 17. Menſ. 6.
Quieſcam, ſed in ſepulcro.

XXII.
XXIII.

XXIV. *Moneta Aurea Henrici Cæſaris.*



De Imperatore Henrico I. Antiqua Micylli Carmina.

XXV. *Henricus Imperio potitur, vincitque feroces*
Pannonios, campos inde [illegible] obit.

CATENA HISTORICA.

CAPVT SECVNDVM.

1 *Henricus* 1. *Ottonis filius* 9. 16. *genealogia*. 26. *affinis Carolo Magno*. 28. *Mortis, natiuitatis imperij tempora* 29. *Auceps dictus*. 30. *vxores*. 32. *filij*. 33. *ſimultas cum Conrado Imper*. 34. *veneno tentatur ab Hattone Archiep. Mogunt*. 35. *vincit fratrem Conradi Imper. ſtratagema Henrici vt ſe liberaret a manu Conradi Imper.*

2 *Otto Dux Saxoniæ Henrici* 1. *pater: effigies* 21. *Lucardam coniugem accipit*. 23. *recuſat imperium*.

3 *VvedeKindus Rex Saxonum*. 5. *pugnat cum Carolo M*. 6. *equus niger VvidiKindi inſigne*. 7. *cur mutauit in album*. 8. *genealogia* 10. *mors, ſepulcrum*.

4 *Saxonia qualem diceret Regem*. 6. *eius inſignia*. 20. *quando incrementa acceperit*. 51. *quum ei præludium fuerit factum imperij*.

11 *VvigbertusVvedeKindi filius*.

12 *Vvalbertus filius Vvigberti*.

13 *Bruno filius Vvigberti*. 19. *mors glorioſa*.

14 *Ludolphus Saxo*. 15. *filij eius & filiæ*.

15 *Oda vel Ada vxor Ludolphi*.

17 *Brunſuicum vnde cognominatum*.

18 *Tanquerode vnde dictum*.

22 *Alheides ſoror Henrici I. Imp. Abbatiſſa*.

24 *Egbertus Dux Herciniæ*.

25 *VvedeKindus* 2.

27 *Carolingiorum Genealogia*.

30 *Hatburga Henrici vxor. effigies*.

31 *Mecthildis Henrici vxor. effigies: Genealogia*.

32 *Dancvverdus Henrici filius Imperatoris, effigies, mors*.

36 *Diethmari Saxonici ſtratagema militare*.

37 *Henricus Auceps à Conrado Imper. vocatus ad imperium*.

38 *Euerhardus Conradi Imp. frater inſignia defert imperij ad Henricum*.

39 *Henricus* 1. *humilis recuſat coronari*. 40. *an bene fecerit*. 41. *imperium ei prædicitur*. 42. *Burchardus Suauum ad deditionem cogit*. 43. *Arnulphum Malum verbis placat*. 45. *Boiemos ſubijcit*. 50. *dono accipit manum S. Dionyſij*. 54. *militem parat in Hungaros*. 55. *Vvandalos, Dalmatas, Bohemos ſubiugat*. 56. *Marchiones inſtituit*. 57. *alimenta militiæ prouidet*. 58. *Brandeburgum in glacie obſidet*. 61. *fures aſſumit in militiam* 62. *Parentum arma primogenitis deberi declarat*.

42 *Burcardi Sueui effigies*. 46. *Genealogia*.

43 *Arnulphi mali effigies*.

45 *Juditha Arnulphi cognomento mali filia, nubit Henrico Rixoſo filio Henrici Aucupis. effigies*.

46 *Gerbirga filia Henrici Aucupis nubit Ar-*

nul-

nulpho filio Arnulphi cognom. Mali.

47 *Giſelbertus Dux Lotharingiæ Henrico ſuadet occupare regnum Franciæ.*

48 *Robertus Dux Aquitaniæ vincitur à Carolo Francor. Rege.*

49 *Carolus Francorum Rex victor contra Robertum Aquitanum ab Heberto cuſtodiæ mancipatur. 50. implorat Henricum I. Imp. effigies. 52. cur ſimplex dictus?*

51 *Sanctorum Corporum translatio ad nouum locum auſpicium eſt, transferendi imperij.*

53 *Hungari Germaniam populantur. 53. inducias ineunt.*

56 *Marchionũ origo 59. Magdeburg. primus.*

61 *Fures in albo militum aſſumpti.*

62 *Parentum arma primogenito debita.*

63 *Henricus I. Imp. trucidat 120000. Vvãdalos. 64. Reges Normanorum Chriſtianos facit. 65. In Hungaros bellum decernit. 66. Hungarorum Legatos cane ſcabioſo donat. 67. votum agit de extirpanda blaſphemia, & ſimonia. 68. Hungaros vincit 69. Barbarorum tributa pauperibus diſtribuit. 70. Pater patriæ ſalutatur. 71. Gallias petit vt amico ſatisfaciat. 72. Victoriam Hungarorum depingi mandat. 73. leges Haſtiludiales, ſeu nobilitatis. 76. in ludis omnes vicit. 77. Monaſteria, Eccleſias, Epiſcopatus erigit. 78. Obitus. 79. Othonem filium deſignat ſucceſſorem.*

73 *Nobilitas Germanorum quomodo probetur. 74 Priuilegia.*

75 *Ludi ab Henrico I. inſtituti, vbi primùm exerciti.*

80 *Methildes Henrici vxor exequias viri celebrat. 81 Mons vbi ſepultus Henricus Auceps, fumigat. 82 Henrici I. ſymbol. 83 Epitaphium.*

DE HENRICI ORTV.

I. REgalem progeniem Henricus habuit: Saxoniæ Dux Otto illi pater. Pluſquàm ducem eum dicas, cui poſt obitum Ludouici 4. Imperatoris imperium obtulère Germani, licet ſenio confectus potuerit preſſa cupidine recuſare, & ad Conradum I. Franciæ Orient. Ducem referre: Moritur Anno I. Conradi,

II. qui eſt Chriſti 912. vt ait Sigebertus.



III. Ottonis geneſim in Vvedekindum referunt Saxonum Regem. Vnde Rex diceretur? ſoluit Krantzius. *Ferunt*, inquit, *ante Caroli M. aduentum, Saxoniæ prouinciam* *Lib. 2. Saxon cap. 2.* *adminiſtrari ſolitam per duodecim proceres alternis vicibus: quem verò grande bellum in ad-* IV. *miniſtratione deprehenderat, cum Regem habuere ad finem vſque belli. Inde factum eſt, vt veniente Carolo in Prouinciam, VvedeKindus Dux Anglariæ, Angariam vocant, in adminiſtratione erat, & ideo prò Rege illis fuit durante bello, ac perinde in nonnullis codicibus Rex Saxonum nominatur.* Cum Carolo M. diù colluctatus, annos ſupra triginta ferociſſimè dimicauit, & ceſſit quùm voluit. Ante ſuſceptum baptiſma, acerrimus Chriſtianorum perſecutor ſepties legitur periuraſſe, vt Chriſti legem, & Gallorum iugum V. excuteret. Quum tandem à Domino viſitatus, ad lumen reſpexit, & in Chriſto deuotè profecit. *In Mynda fuit illi ſalutis exordium. Tradunt enim ducem ſcrutandi auidum, lembo per pronum flumen deuectum, lacero habitu inter ſtipem poſcentes conſediſſe.* *Krant. cap. 23. Saxon. lib. 2.* *Quumque ſacratiſſimo die Paſchæ ex more Chriſtiano omnes ſacram communionem ſubirent, vidiſſe VvedeKindum ad os Regis, ludi-*

bundi

Cap. 24. 14. *bundi ſpeciem pueri, eoq; conterritum miracu-lo Chriſtiana ſacra poſtulaſſe. Rex ſuſceptũ in*
VI. *gratiam baptizari iuſſit, ipſe ſuis manibus VvedeKindum honoris gratia ſuſtollens; eius etiam inſignia mutauit, quæ militaribus (vt fit) ſignis VvedeKindus præferebat; pullum namque equinum cum atrum haberet.*

Talem ferebãt Saxonũ antiqui Duces, vt ſe animoſiſſimos, bellatores fortiſſimos, ac difficillimè inermes paſſuros indicarent. Videm⁹ enim nigros Equos, ſi nulla alba nota inſigniãtur, ferè indomitos manere.



Regi placuit, poſtquàm de tenebris gentilium errorum peruenit in lucem veritatis, vt candidum acciperet.



VII. *Pietra Santa pag. 371*

Ea ſunt vetuſtiſſima Saxoniæ arma, ſæpius inde mutata, vel leonibus ex Anglia allatis per Henricum Ducem cognomento Leonem; vel ſtratorijs in clypeo ligneis, quæ ruta ſertum ex obliquo condecorat, per Bernhardum prius Comitem de Anehold, inde verò ſurrogatum Henrico Leoni in ducatum Saxoniæ, quùm ille per Fridericum I. Solemni imperij conuentu per ſententiam deponeretur.

Vnde venerit VvedeKindus ſilent, vel ludunt hiſtorici. *Gabr. Bucelinus* ſequentem conglutinat arborem; ſed quomodò, & vndè habuerit, percurrit; vt in omnibus genealogijs penès ſemetipſum fidem reſeruat.

BODONIS SAXONVM REGIS POSTERITAS.

Bucelinus pag. 59. in part. 3. Genealog. German.

Bodo, ex Francis inter Saxones receptis oriundus, Rex Saxonum. Claruit A. C. 260.

Vvichta ſeu Vechta Rex Saxonum Legum Lator; pacis amantiſſimus, A. C. 300.

Vvittichius ſiue Vvitta Rex Saxonum, hoſtis aliquandiu Theodoſij Aug. deio Socius.

Vvittigiſilus Dux Angriæ, ſub quo Saxones à Clodio Pharamundi filio ſubacti.

Hengiſtus Dux Saxon. dum Britannorum Regi genero euocatus adeſt, ac dein Regnum ambit in prælio occ. A.C. 474. — Horſa ſiue Horſtus in prælio ſimiliter occubuit.

Oſcus ſiue Onicus Rex Cantiæ, à quo Oſcingi Reges cognominati. — Harugaſtus Dux Saxonum Auguſtulo deuicto Italiam ſubjugat, immiſſis Sicarijs occiſus A.C. 493. — Hebuſus al. Occa paternam viodicaturus necem, ipſe perijt.

Octus ſiue Occa Rex Cantiæ belliçoſiſſimus. — Childericus ſiue Huldericus Dux Saxoonum, interfectus ab Arturo Rege Brit. A. 540. — Idda ſiue Idas Rex Northumbriæ ob. A. 550.

Ermricus ſiue Iurminricus Cantiorum Regnum recipit, obijt 569. — Bodicus Dux Saxonum claruit ſub annum Chriſti 560. — Addas Rex Northumbriæ, nulla re memorabilis.

Ethelbertus Rex Chriſto dat nomen, obijt 626. — Bertholdus Dux Saxon. bello Francico occumb. 633. — Theodulphus Rex Nort. — Freodulphus ſimiliter. — Clappus, & Theodoricus — Ethelricus Rex Northumbriæ, claruit ſub A.C. 600.

Edbaldus Rex apoſtata aliquamdiu dein pœnitens, obijt anno 650. — Sigiſmundus Dux Angriuariorum in Vveſtphalia obijt 691. Vx. Iulanda Obotrit. Regina. — Ethelfredus Northumbriæ Rex, occubuit in prælio A.C. 616.


Ercombertus Rex Cantiorum, Rex Religioſiſſimus. — Theodoricus ſiue Dietericus Saxonum Dux ſæpe victus à Carolo Martello mœrore obijt. — Oſricus & Oſfredus, RR. — S. Oſuualdus S. Ebba. — Oſuuius Rex, Vx: Euſredi.

Egbertus Cantiorum Rex patrueles nefariè occidit. — Vvernerinus Princeps Rugiæ ab Vxore Cunhylde. — Hildegarda, Vxor Hermanni Comitis Aſcaniæ. — Egſredus in bello occubuit A.C. 685.

Vvithredus Cantiæ Rex optimus religioſiſſimè præfuit. — Vvitikindus Magnus Dux Saxonum de quo poſtea. — Bruno, Vxor Suſanna Filia Guelphi (ſi Dijs placet) Comitis Altorff. vltimi ex qua Ethico & Guelphi poſteri. — Haſala Vx: Atibonis Dynaſtæ Aſcanij &c.

At quò faciliùs Henrici geneſim habeas, arborem genealogicam percurrere libeat.

OTHO-


OTHONES SAXONES IMPERATORES.
Lotharius imperator 1126.
Rixa nat.
Eckbertus Senior March
Bruno occis. in prælio.
Eckb Episcop Hildesheimensis ob 1079.
Henricus 2. Imperat. dict. Sanct. 1002. ob: an. 1024
Bruno 2. Morit 1014.
Otho 3. Imperator a° 973 ob 1002
Maria f Sancy Garciæ Regis Arragoniæ et Navarræ.
Conradus March
Eckardus March Thuringiæ
Bruno Episcop Werden Gregorius V. Papa dict. an 994 obiit. 999.
Metilde ob.
Otho Ducis Suewiæ et Bavariæ m: 983.
Otho 2. Imper
Ludolphus Dux
Henricus Dux Bavariæ obiit 994
Wilhelmus Archiep. Mogunt. 954 ob 968.
Theophania fil Romani Imperatoris Imperat Constantinopolitani:
Henric Rixosus Dux Bavariæ m 955
Iuta fil Arnold Duc Bav.
Otho I. Magnus Imperat Rom. Coron. an 962 mor. 973
Bruno Archiep. Coloniensis. 954 mor 967.
Henricus I. Auceps Imperator nat. 876.
Otho Magnus Dux Saxoniæ ob: 916.
Hedwige seu Adelheis filia Arnulphi Imperatoris.
Tanquardus. mor. an 876.
Bruno Magnus Dux Saxoniæ Conditor, ut fertur Vrbis Brunsuigæ an. 860: ob. 876.
Ada fil. Willigisi Francorum Ducis:
BRVNO.F. Wigberti N. Witichindi baptizati
per Carolum magnum Imperatorem Dux Saxoniæ qui Arcē Brunstein prope Northeim extruxit

DEficere tamen videtur in ſtipite hæc genealogia, ſed facilè ſuppleri poteſt, ſi prò ſtipite Vvedekindum ponas, cui cũ ex magnis cauſis aduerſus Geroldũ Suæuorum ducem atrox bellum eſſet, ob confinia agrorum quæ Saxones in Hercinia, & Suæui in Turingia habebant; *eo conſumptus perijt VvedeKindus, chriſtiano ritu ſepultus in Eccleſia eius quod fundauerat collegij in*
Krant. X. *Anglaria: ibique aliquandiù quieuit, donec in Padeburnam à filijs transferretur.* Filium reliquit nomine, *Vigbertum ab adoleſcentia*
Krant. lib. 2. Saxon. cap. 25. *Chriſto deuotum, inter Saxones primarium: ſed an principatum geſſerit, mirum eſt ſilen-*
XI. *tium: quod Saxones ea tempeſtate, regnante poſt patrem Pio Ludouico Imperatore, ſub Chriſti Religione manſuefacti quieſcerent. Hic vxore accepta Sindacilda, de genere Rabodi Phriſonum Ducis: qui baptizandus rogauit, quonam conceſſiſſent patres eius: vbi audiuit omnes à Chriſto alienos in perditionem abijſſe, pedem è baptiſterio retraxiſſe fertur, eò ſe pro-*
Cap. 26. *fecturum conteſtans, quò maiorum ſuorum cętus demigraſſet. Ex ea coniuge Vvigbertus geminam ſuſtulit prolem, Brunonem, atque*
XII. *Vvalbertum. Profectum hunc Vvigbertum Romam comperio deuotionis gratia, indeque Sanctorum reliquias retuliſſe S. Alexand. mar. qui filius fuit Fęlicitatis, quæ in nouum Collegium, quod in Vvildeshuſen oppidum Bremenſis Diœceſis erexit, ſunt collocatæ. Ibique vir chriſtiani nominis amantiſſimus, poſt longam inter ſuos religioſamque conuerſationem in pace obdormiens requieuit, tumulatus*
XIII. *ibidem. Habuit hic fratrem Brunonem: qui accepta (vt ferunt) coniuge Suſanna ex Sueuia, genuit Ludolphum qui in principatu ſucceſſit: nã Vvalbertus prolem maſculinam non reliquit.*
Cap. 27. De hoc Ludolpho Krantzius ita ſcribit. *Ludolphus inter Saxones nobilitate preſtans ex eadem VuedeKindi ſtirpe prognatus eſt, filius an* Cap. 29.
ex fratre Vvalberti nepos, aut fratruelis, nonnulli relinquunt incertum: ſed compertum eſt, XIV.
hunc Brunonis, qui frater Vvalberti, filium. Ex eiuſdem (inquiunt annales) Saxonicæ gentis ſtirpe vir nobilis, & permagnificus eſt egreſſus, nomine Ludolphus: qui & ipſe Romam Religionis gratia profectus, S. Papæ Innocentij reliquias inde adduxit. Crediderim Saxones ea ætate cum ſubditos religioni, paruiſſe Pontificibus, nec ducis alicuius tuliſſe imperium, vſque ad aliquot ſequentes ex hac linea Principes. Sed tamen tradunt nonnulli hunc fuiſſe, qui dominaretur vltra Viſurgum in Orientali Saxonia: quæ nunc ſola nomen retinens, Saxonia dicitur: nam Vveſtphalia citra Viſurgum diuiſum habet imperium, ab Occiduo ductum. Accepit autem Ludolphus vxorem Odam (alij Adam) *filiam Principis de Orientali Francia, quam nunc vocant* XV.
Franconiam: ex qua tulit filios, Ottonem, infra.
Brunonem, Tanquardum, & quatuor filias. Quarum primæ tres Chriſto conſecrantur moniales, Abbatiſſæ poſt inuicem in Ganderſheyn, quod pater fundauit Monaſterium: quartam duxit Ludouicus Rex Franciæ. Vnde facilè datur conijci, non vile fuiſſe nomen his ducibus, quorum affinitates reges quæritabant. Fœminarum nomina Bucelinus numerat, quæ fuere. *Habundis Luitolphi* in Germ. ſacra p. 182.
Magni Saxonum Ducis, & fundatoris filia, præfuit ann. 18. & obijt 870. Secunda fuit *Gerbirga Saxonum Duciſſa, Habundis ſoror germana, præfuit ann. 13. & obijt 883. Chriſtina, & ipſa Saxonum Duciſſa prædictarum ſoror, conſecrata ab Epiſcopo Hildeſiano.* Quartam nomine Mathildam, ſiue Ludgardam duxit Rex Germaniæ Ludouicus IV. Imperator IX. Vnde arbor Ottonum ita debet ſuppleri.

Vvedechindus Dux Anglariæ

Vvitikindus II. ſiuè iunior Princeps Saxon. Comes Vvethinenſis. Vxor Iuliana Com. Rochlitij — Vigbertus —— Sindacilda filia Rabodi Ducis Phriſonum XVI.

Suſanna Sueua —— Bruno — Vvalbertus Auctor Comitum Ringelheimiorum, & Oldenburgiorum. *Bucelinus pag. 60.*

Oda vel Ada —— Ludolphus

Tanquardus — Bruno — Egbertus Dynaſta Herciniæ — Otto — Lucarda filia Arnulphi Imper. — Habundis Abbat. — Gerbirga Abbat. — Chriſtina Abb. — Ludgarda nupta Lud. IV. Imper.

Krant. 2. metro pol. c. 3. Henricos Auceps.

Tan-

Krant. c.31.lib. 2.Saxonia. *Tanquardus, Bruno, Otto liberi fuere Ludolpho. Quorum Bruno inſigne nomen reliquit vico, quem ille primus inchoauerat, qui*
XVII. *ex illo dictus eſt Brunonis vicus, iamdiu Brunſuuicum, inſigne oppidum in media Saxonia, ad riuum Onacri, qui influit Viſurgum. Cuius oppidi parua primùm initia, multas per tempora habuere acceſſiones, vt per vices amplificatum, nunc in eas excreuerit vires, atque opes, vt facilè principibus ſuis titulum indiderit: qui exindè vocantur Duces Brunſuuicenſes. Sed hoc longè poſtea. Sinum excurrentis fluminis, ſtagni aut maris, Saxones ſua lingua VvyckK appellant. Inde Bruno excurſum fluminis alterum, alterum Tanquardus non longo interuallo ædificijs honeſtarunt. Inde BrunſuuyckK, & TanquardeſuuyckK diù variata appellatione ſecernebantur. Obtinuit autem Bruno vt ſolus oppido nomen relinqueret: frater autem arcem communiuit vicino loco, quæ de eius nomine Tanquerode dicere-*
XVIII. *tur. Quo in loco Eccleſia S. Blaſio conſecrata, nomen retinuit, vt in vrbe diceretur, extantibus muris prioribus, quæ iam mœnibus ciuitatis ambiuntur. Brunonis autem inſignis viri glorioſus fuit exitus. Nam mortuo Ludouico Germaniæ Rege fortiſſimo, qui Germaniæ littoribus Normannos fortiſſimè repulit, cognita Regis morte ijdem hoſtes magno agmine Saxoniam inuadunt, media omnia ferro, igneque vaſtant, Albi transmiſſo, in vlteriora proficiſcuntur. Fama tanti mali Brunonem iam-*
XIX. *dudum præuenerat. Ille vocatis omnibus, quos ad pietatem tantæ expeditionis paratos inuenerat, duodecim (vt aiunt) comitibus, hoc eſt Saxonum primarijs ex nobilitate viris (nam comitum nomen illa ætate in hac prouincia erat incompertum) omnibus vicinis pontificibus Verdenſi, Mindenſi, Hildeſemenſi. Rembertus iam Hamburgenſi præſidens, tum in finibus Bremenſis Diœceſis agebat precibus adiuuans, quos armis carnalibus non poterat. Tantum agmen chriſtiani exercitus idololatris Normannis Daniſq; ſe obiectabat in loco, qui dicitur EbbeckKſtorp. Inito certamine pro ſe quiſque fortiter agebat. Chriſtiani enim aut vincere, aut mori diffinitum habebant, beatos ſe futuros, ſi in cauſa pijſſima religionis occumberent, fortunatos verò ſi vincerent: ſed beatos ſe malebant, quàm fortunatos. Ita factum eſt, vt pertinaci diù pugna extracta, totum agmen chriſtiani nominis prò Chriſto occumberet, dux ipſe cum Epiſcopis, & omnibus Chriſtianis militibus. Coniecta omnium in vnum aceruum corpora (quum nemo diù ad ſepulturam peteret, hoſteſq; veſtes & arma tuliſſent) iam nudata, poſt moram internoſci non poterant. Vno agmine ceciderant, vno loco ſunt terræ commendata corpora, vt neque Pontifices, neque nobiles internoſcerentur. Mindenſes ſuum Pontificem Theodoricum requirentes diſcernere non poterant. Idem Hildeſemenſibus contigiſſe reor, & Verdenſibus. Hic fuit exitus glorioſi ducis Brunonis, & Tanquardi fra-*
tris, cum ſubiungat Krantzius: *Otto dicti* Cap. 32. lib. 2. Saxon.
Brunonis germanus, poſt fratrum interitum XX.
iam iuſtum principatum arripuit, decreſcentibus paulatim viribus Germaniæ Regum. Quãtum deceſſerat Francis, tantum acceſſit Saxonibus, in quos iam rerum cœperat ſumma inclinare. Propterea Otto *etſi Germaniæ Re-* XXI.
gem ſupra ſe agnoſceret, iuſto tamen principa- Idem. cap. 33.
tu dominabatur in ſua prouincia, nec contemnendi erat nominis apud Rom. Imper. Arnulphum, regem etiam ſuum: qui tanti illum fecit, vt filiam illi ſuam Lucardam coniugem daret. Ex qua ille filium ſuſtulit Henricum, qui primus ex Saxonibus imperabat, filiamq;
Alheidim, quæ in Quedelenborg Chriſto conſe- XXII.
crata eſt Abbatiſſa. Huic legimus tantas fuiſſe vires, vt quamuis ſenio confectus; cum ab omnibus Germaniæ Principibus Imperator peteretur, fieri recuſaret. *Ludouicus* (ſcribit Krant.) *Imperator, imperium* Gotefr. Vuerbienſis in Cron. par. 17.
moriens reliquit. Voluit autem omnis Francorum, Saxonumque nobilitas Ottoni ſceptrum,
& diadema regni tradere: ſed ille cauſatus ſe- XXIII.
nium recuſauit: & peruenit ad Conradum Conradi, qui frater erat Ludouici, filium; Ducem Auſtraſiorum, hoc eſt Metenſium, & orientalium Francorum: in quo Conrado Krant. cap. 33. lib. 2. Saxon.
etiam finijt linea Karolorum maſculina.

De Egberto Herciniæ Dynaſta, Bucelinũ XXIV.
legas. Alius ſupereſt magni Vvedechindi filius, hoc nomine II. Frater Vvigberti, qui In p. 3. geneal. Germ. pag. 60.
ex Bucelino fuit Princeps Saxoniæ, Comes XXV.
Vvethinenſis; & Iulianam Com. Rochlicij vxorẽ habuit. Eius poſteros inſpicere libeat; Diſcrepat enim, vel deficit ſequens Arbor ab arbore Lebiziana, quã ſupra dedimus in p. 9.

VVITIKINDI POSTERITAS.

Buceli-nus pag. 60. in part. 3. Genea-log. Ger-man.

VvitiKindos cognomento Magnus Rex Saxonum Dux Angriæ, filius Vvernerini, nepos Theodorici &c. Occubuit anno Chriſti 807.

Vvigbertus Dux Saxoniæ Angriæ &c. obiit anno 825. Vxor Sindicilla Duciſſa Friſioru̅. — Vvitikindus II. ſiue Iunior.

Bruno Dux Saxoniæ Angriæ, Vveſtphaliæ &c. obiit anno 843. Vx. Suſanna Com. Montfortia. — Vvalpertus Author Comitum Ringelheimio-rum, & Oldeoburgiorum.

Ludolphus Magnus Dux Saxoniæ I. Orientalem Saxoniam Regno adiecit, obiit A.C. 855. Vxor Oda Oſtrofranca quæ obiit anno ætatis 108.

Bruno Magnus Saxoniæ Dux II. conditor Brunſu. ob. 876. — Egbertus Dynaſta Herciniæ. — Ottho Magnus Dux Saxo. II. delatum Imperiu̅ recuſat, ob. 916. Vx. Hedvv. fil. Arnulphi Imper. — Tanquardus Dux Saxoniæ &c.

Ludolphus Dux Saxoniæ ante patrem obiit. — Henricus I. cogn. Auceps à Conrado I. Imperatore, Imperator deſignatus, obiit 936. Vxor Mechtilda C. Ringelheim. — Dancomarus immaturè deceſsit. — Baba, Vx. Henrici Com. Franconiæ à qua Babenbergæ dicta.

Getburga Duciſſa Sax. Vx. Giſelberti Ducis Lotharingiæ. — Adelheida, vx. Hogonis Magni Comitis Pariſiorum, &c. — Bruno Arch. Colonië. qui primus Ducatū Angriuariæ eidem Eccleſiæ iunxit, ob. 965. — Otho cogn. Mag. Imper. ob. 973. vx. 1. Editha filia Edmūdi Reg. Angl. 2. Adelheid filia Rudolphi Reg. Burg. — Rixa, Vx. Arnulphi II. Ducis Banar. — Hedvvig. Vxor Eberhardi Com. Eberſtainij. — Mechtilda Abbatiſſa Quedlinburgenſis. — Tanquarius ex illicito coitu Hatteburgæ. — Henricus cogn. Rixoſus Dux Saxoniæ, & Bauariæ ob. 955. Vx. Iudithæ filia Arnulphi Ducis Baoariæ.

Ludolph. Dux Sueuiæ, Vxor Ithæ filia Herman. Ducis Sueuiæ &c. — Guilielm. Archiepiſcop. Mogunt. ob. 968. — Luidgardis, Vxor Córadi ſa. piētis Sueuię, Franconiæ, & Lotharingię Ducis. — Mathildis Abbatiſſa Quedlinburgēſis. — Richilda, Vx. Cunonis Com. Oeningenſis. — Hēricus Princeps nulla re memorabilis. — Bruno infans ob. — Ottho II. Imper. Aug. Theophania filia Romani Imper. Vxor 1. N. Marchioniſſa Auſtriæ Vxor 2. anno 983. — Adelheida, Vxor Borcardi C. Geiſenhauſ. — Henricus Hezelo Dux Bauar. Saxon. &c. vx. Giſala filia Conradi Ducis Burg. — Luitgarda, Vxor Borcardi Ducis Alemanniæ.

Mecthilda, Virgu. — Ottho Dux Sueuię reſtaurator Tegernſeenſis, & Altaichēſis Cęnobiorum ob. 31. Octobris anno 982. Vxor Ithæ Duc. Lothar. — Ottho III. Imper. Aug. obiit an. 1001. Maria Regina Arag. &c. — Hugo à quo per perxin deducit Duçes allobrogum Iuhanus Tabæotius. — Adheheid. Abb. Quedlinb. — Sophia Abb. Gandersh. — Vithilda, Vx. Theodorici III. Cō. Hollād. — Mecthilda, Vx. 1. Exelini C. Palat. 2. Gotofredi Barbati D. Lotharing. — Iuditha mon. Ratiſp. — S. Henricus Imper. obiit 1024. Vxor S. Kuneg. filia Sigfridi Comitis Palat. — Bruno Epiſcopus Auguſtan. obiit anno 1027. — Giſala Vxor S. Stephani Regis Vngar. poſtea Abbat. — Sophia Abbat. Paderboneoſis. — Gerbirga Abbatiſſa Chiemenſis. — Hedvig. vx. Lutberti Burggr. Magdeb.

Bruno Epiſcopus Vverdeoſis dein Gregorius V. PP. — Eckardus Marchio Saxon. occub. 1004. — Henricus Dux Franconiæ Princeps Sueuiæ, Vxor — — — Conradus Dux Carinorum.

Gebhardus Epiſcopus Ratiſponenſis. — Conradus II. Imperator Auguſtus cogn. Salicus obiit A.C. 1025. Vxor Giſilla filia Conradi Ducis Burgundiæ.

Alexia, Vxor Odonis Comitis Bleſenſis. — Iuditha, Vxor Azonis IV. Marchion. Eſtenſis. — Henricus III. Imp. Aug. cogn. Niger. Vx. Agnes fil. Vvilh. Ducis Aquitan. — Beatrix, Vxor Bonifacij Marcb. Tuſciæ.

Agnes, Vxor Rudolphi Com. Reinfeld. Electi Rom. Regis. — Henricus IV. Imp. obiit 1106. Vxor 1. Bertha filia Otth. Regis Ital. 2. Praxed. Regis Ruthen. — Conradus Dux Bauariæ anno 1054. obiit 1056.

Adelheida, Vxor Boleslai Criuouſti Ducis Polon. — Henricus V. Imp. obiit 1125. Vx. Mechtild. filia Hen. I. Reg. Angl. — Conradus Dux Franconiæ, Vx. Iolante Comit. Siciliæ. — Agnes Vx. Frid. D. Sueuiæ dein Leopoldi M. Auſtriæ.

Chriſtina, Vxor Ladiſlai Ducis Poloniæ. — Eliſabetha, Vxor Conradi Ducis Sueuiæ C. Palat.

MATER HENRICI.

Lib. 2. Saxon. cap. 33. Krant. Ottonem Ducem Saxoniæ cum tanti faceret Imper. Arnulphus filiam illi ſuam coniugem dedit. *Ex qua ille filium ſuſtulit Henricum qui primus ex Saxonibus imperabat, Vnde apparet Henricum Regem materno ſanguine pertinere ad lineam Karoli Magni, cuius mater erat Arnulphi filia, qui*

XXVI. *patrem habuit Karlomannum, & ille Ludouicum Germaniæ Regem, qui Ludouicum Imperatorem I. & ille Karolum Magnum: ſexto gradu atauum ſuum numerat Henricus. Et vt lineam generis à plerisque turbatam agnoſcamus, videndum qui Imperatores exierint à Karolo Magno: cui primùm ſucceſſit Pius Ludouicus, & illi filius Lotharius, Karoli nepos: illi Ludouicus filius, Karoli pronepos: illi Carolus*

rolus Caluus, proximi Ludouici patruus, Karoli Magni nepos: illi filius Ludouicus Balbus Karoli iterum pronepos: & illi Caroli Craſſus Ludouici Regis filius, Magni quoque Karoli pronepos: illi autem Arnulphus, Karlomanni, qui frater erat Ludouici Regis Germaniæ filius, Karoli Magni abnepos. Is erat Henrici regis Germaniæ maternus auus: vt trinepos Karoli ille computetur. Arnulpho ſucceſſit filius eius Ludouicus, Henrici auunculus. Erat & alius filius Arnulpho Conradus, dux Lotharingiæ, quem Albertus Francus, Comes de Bamberga, prælio oppreſſit, ob hoc proditione Archiepiſcopi Moguntini Hattonis, publico gladio cæſus ab Imperat. Ludouico fratre eius. Hic Conradus reliquit filios, Conradum qui imperauit ante Henricum, & Euerhardum Ducem Lotharingiæ. Hæc idcirco, vt non alie-
XXVII *num ſciamus Henricum Regem, de quo ſtatim, à ſanguine Karoli Magni.*

Annotatio Temporis.

Onuphrius natum ait 876. in Saxonia:
XXVIII ad imperium perueniſſe 919. imperaſſe 17. obijſſe 936. 6. Non. Iul. vixiſſe 60. annos. Dietmarus, & VvitiKindus 16. imperij 60. ætatis annos numerant Herman. Contract. 18. Imperij annos numerat. Krantzius verò ita ſcribit: *Defunctus eſt Henricus anno regni ſui 17. vitæ autem 60.* Mortem Henrici ſub anno 937. ponit *Sigibertus.*

XXIX. ### Appellatio.

Nomen HENRICVS fuit, huius nominis primus.

Krant. lib.3.c.4 Saxon. Cognomen AVCEPS, quia in adoleſcentia, quum Pater rebus præeſſet, plurimùm indulgeret aucupijs. Maximè cum ei à Duce Eberhardo Conradi fratre Imperij afferrentur inſignia. Vnde Sabinus

Fallere quod volucres laqueis viſcoq; ſolebat
Aucupis aucupij nomen ab arte tulit.

In Chron. par. 17. Et Gotefridus Viterbienſis

Henricus Dux Saxonicus regnare vocatur.
Legati mittuntur ei, qui ſæpè rogatus
Noluit imperium ſumere ritè datum.
Inuenere ducem veterano more ſedentem,
Aucupis officio ſua retia perficientem
Vt modicas caperet inſidianter aues.
Et quia ſimpliciter fuit his præſentibus auceps,
A modo perpetuò cognomine dicitur Auceps
Cum tamen egregium Mundus haberet eum.

VXORES HENRICI I. IMPER. XXX.

I. Duas habuit Henricus. HATBVRGA Comitis Oldenburgenſis, filia. Hæc poſt obitum primi mariti monialis facta eſt, ſed *Math. Christ. Henrico.*



HENRICVS Auceps eam è cœnobio eductam matrimonio ſibi iunxit: licet poſteà diuortium fecerit, perſuaſus à Sigiſmundo Halberſtadenſi Epiſcopo, quod ſacratam Deo non poſſet in coniugio retinere. Ita *Chriſtian. Matthias.* filiam Ervvini Comitis Dhersburgenſis, & Altemburgenſis ducit Albicius in ſtemmate Saxon. Cuius vlteriorem genealogiam quæſiui, ſed non inueni: *Inp. 10.*
Henricus (Ditmar.) *pater Ottonis filiã Eruuini Senioris viduam velatam ducit vxorem. Redarguitur à Sigiſmundo Halberſtatenſi Epiſcopo, qui eos ad Synodum citat, ſed intercedente Imperatore, cuius Henricus auxilium petijt, res non eſt vltrà progreſſa.* Et inferius. *Audiui quod hic Henricus Romam cauſa orationis petens, plus pedibus, quàm equo laboraret, & à multis interrogatus, cur ſic ageret, culpam profiteretur.* *Ditmarus lib. 1.*

II. Po-

XXXI. II. Poſterior fuit Mecthildis *Filia Theodorici Comitis de Ringelhein, antiquæ Saxonum nobilitatis; quæ illi genuit Ottonem, Henricum, Brunoldum, Mathildim, Rixam, Hadevuigam, Garburgam.* Huius Mecthildis ſtemma ſequentibus Bucelinus deſcribit.

Krant. 3. Saxo. cap. 4.



Vvalpertus VvitiKindi Magni nepos Dux Saxoniæ, Angriæ &c. primus Comes Ringelheimenſis, Vx. Altburga filia vnica Comitis de Leſmona, à qua Alteburgum dictum.

Theodoricus 1. Comes Ringelhein, & Alteburg. Vx. Reinhildis C. Merſpurg. & Altenburg.

Bucelin. pag. 63. geneal. Germ.

Reginobertus Dux Angriaiæ, & Vvettphaliæ, 918.	Theodoricus Com. Ringlheimius, Vxor Reinhild. Comit. Cleuenſis.	VvitiKindus IV. in Itinere Compoſtellano obijt.	Immodus ſiue Amadeus Com. Ringelheim in Bauaria occiſ.		
Hato Dynaſta Felix Com. Altenburgius, Vxor Richſa.	Otho C. Alteburg. Vx. Mathild. Com. Aluesleuiana.	Mecthild. Ringelh. Vx. Henrici I. Imp.	Alramus in Italia ſubſtitit I. March. Montferr. Vx. Adelheit fil. Otthonis I. Imp.	Berthodus C. Moriennæ, Vxor Cathar. C. Schyrenſis.	
Eilmarus I. Vxor Richſa C. Stadienſiz.	Ioannes 1107. Vx. N. Com. Stadienſis.	Vvilhelmus 997. Vx. Helena D. Normann.	Bonifacius à quo Carettanij, & Finarij.	Gualterus à quo March. Saluzij.	Humbertus I. Vx. Adela M. Segufiana.
Eilmarus II. C. Alteburg. Vx. Heilca C. Cappenburg.	Huno C. Oldenburg. Vxor Guilla C. Vechtenſis.	Bonifacius II. March. Montferrat. Vx. Maria fil. Philippi Regis Gall.	Amedeus C. Moriennæ Marchio Segufian. Vx. Iana C. Burgund.	Eliſab. Vx. Otthonis C. Matiſcon.	
Chriſtianus C. Alteburgius, Vx. Kuneg. Com. de LoKen.	Frider. Com. Altenb. lineæ ſuæ vltimus.	Guilhelmus II. obijt 1183. Vxor 1. N. Moriennæ C. 2. Itha Conradi III. Imp. filia.	Humbertus II. Com. Moriennæ, &c. Vxor Laurentia Comitiſſa Veneɛæ.		
Mauritius C. Alteburgius, Vxor N. Comit. Schuvalemburgia.	Vvilhelm II. Longaſpata Rex Ieruſ. Vxor. Sibylla Almerici Regis filia.	Bonifacius III. M. Montferrat Vx. Maria Regina Vngariæ.	Amadeus II. Comes Sabaud. I. Vxor Albonia C. Matiſcon.	Adelheit, Vxor Ludou. Craſsi Regis Gall.	
Chriſtianus C. Alteburgius, Vxor Mathild. C. Stadenſis.	Balduinus Solymorum Rex Necatus puer 1185.	Conradus March. Monſ. Vx. Iſabella Reg. Solym.	Guilhelmus IV. M. Monſ. Vx. Sophia filia Frid. I. Imper.	Humbertus III. Comit. Sabaudiæ, &c. Vxor 1. Mathild. C. Flandriæ.	
Ioannes C. Altenburg. Vxor Anna Com. Hoienſis.	Iole ſiue Maria, Vx. Ioannis Brenni Regis Solymorum.	Bonifacius IV. March. Montferrat. Vxor Marg. filia Amedei IV. Com. Sabaud.	Thomas C. Sabaud. Princ. Pedemontan. Vxor Beatrix C. Gebennarum.		
Ioannes II. C. Altenb. & Delmenhorſt. Vxor Margareta Com. Lippienſis.	Bonifacius V March. Montferrat, Vxor Beatrix filia Alfonſi Reg. Caſtellæ.	Amedeus III. C. Sabaud. Vx. Cæcilia Com. Toloſ.	Thomas Sabaudus Priorops Pedemont. Vxor Ioanna filia Freſconis Genuenſis.		
Conradus C. Altenburg. 1366. Vxor Kunegunda Com. Diepholtiana.	Ioannes March. Montferr. vltimus ἄτεκν.	Iole, Vxor Andronici Senioris Imp. Conſtã.	Bonifacius V. Com. Sabaud.	Amedeus IV. Magnus Vxor Sibylla Beugiaci Comit.	

Chri-

Conradus — Ioannes — Amedeus IV.

Chriſtianus C. Altenburgianꝫ, Vx. Agnes Com. ab Honſtein. | Theodorus Palæologus Marchio Montferrat. Vxor N. Spinula Genuenſis. | Amedeus V. Com Sabaud. ob. 1342. Vxor Iole Palæologa filia Theodori. | Margarita, Vxor Ioan. Montferr.

Theodoricus C. Altenb. & Delmenhorſtanus, &c. Vxor Hedwiges Duciſſa Sleuicenſis, ille obijt 1440. | Ioannes Palæologus Marchio &c. Vxor N. ſoror Iacobi Reg. Maioricarum. | Amedeus VI. C. Sabaud. ob. 1373. Vx. Bona Duciſſa Borbonij. | Blanca, Vxor Galeatij P. Mediolan.

Chriſtianus Dux fit Rex Daniæ, obijt 1481. Vxor Dorothea Brandeb. anteceſſoris vidua. | Gerardus Com. Altēburg. obijt 1500. Vxor Adelh. C. Tecklæburgia. | Theodorus II March. Montferr. Vxor Ioanna filia Rob. Ducis Barri. | Amedeus VII. Sab obijt 1398 Vxor Anna P. Bituricenſis.

Ioannes I. Rex Daniæ ob. 1513. Vx. Chriſtina filia Erneſti Elect. Sax. | Ioannes Com. Altenburg. Vxor Anna Princ. Anhaltina. | Iacob-Ioannes March. Montferr. Vxor Ioanna filia Amed. VII. C. Sabaud. | Amedeus VIII. Dux I. deīn Felix V. Papa, Vxor Maria Duciſſa Burgund.

Chriſtianus II. Rex Dan. ob. 1559. Vx. Iſabella ſoror Caroli V. Imp. | Antonius C. Vxor Sophia Duc. Saxon. Lauburg. | Bonifacius VI. 1487. Vxor Maria fil. Seruiæ Deſpotæ. | Ludouicus Dux Sab. Vxor Anna filia Iani Regis Cypri.

Ioannes C. Altenb & Delmenh. Vx. Eliſ. filia Guntheri Schwartzburg. C. | Chriſtianus Comes. | Antonius Comes. | Guilielmus VII March. Vx. Maria C. de Foix. | Ioann. Georgius vlt. Palæologus. | Amedeus IX. Vx. Iole filia Caroli VII. Reg. Gall. | Philippus Breſſeus Vxor Claudia Pouthieurana.

Margarita Marchion. Montferr. Vx. Frid. I. Ducis Mantuæ. | Bonifacius Vltimus Marchio equo delapſus moritur 1530. | Carolus D. Sabaud. Vx. Maria Montfer. | Carolus III. Dux Sabaud. obijt 1554. Vxor Beatrix filia Emmau. Reg. Luſit.

Vvilhelmus Dux Mantuæ, Vxor Leonora filia Ferdinandi I. Imp. | Ludouicus Dux de Niuers, Vxor Henrica Niuerſia. | Carolus. Dux Sabaudiæ obijt 1496. | Emmanuel Philibertus Dux Sab. Vxor Margarita filia Franciſci Reg. Gall.

Vincentius Dux Mantuæ, Vx. Leonora filia Franciſci Magni Ducis Hetruriæ. | Carolus Dux Niuerſij, Vxor Henricta de Sabaudia Marchion. de Villars. | Carolus Emmanuel Dux Sabaud. Vxor Catharina filia Philippi II. Regis Hiſp.

Franciſcus Princeps Mantuæ, Vx. N. Filia Caroli Ducis Sabaudiæ. | Franciſcus Dux Niuerſij, Vxor Maria hæres Mantuæ. | Philippus Emmanuel, obijt 1608. æt. 22. | Vict. Amad. vx. Chriſtina filia Henrici 4. Gall. Regis. | Maurit. Emmā. Vxor neptis ex fratre Victore Amad. | Thom. Vxor Chriſtina filia Caroli Soiſſon. | Margarita, Vx. Franciſci Duc. Mantua m. | Iſabella, Vxor Cæſaris Ducis Mutinę. | Maria Virgo.

Maria filia, & hæres vnica, Vxor Franciſci Ducis Niuerſij. | Carolus D. Mantuæ, Vxor Clara Iſabella Archiduciſſa.

LIBERI HENRICI IMPER.

XXXII. *Krant. cap.15. lib.3. Saxon.* Ex priore vxore Hatburga vnicum tulit filium nomine *DancKwuerdum* ab Ottonis fratris occiſum milite.

Ex poſteriore vxore Mectilde octo ſuſcepit liberos: tres maſculos, quinque fœmellas.

1 *Otto, qui patri in imperio ſucceſſit; licet natus ante regnum. Quem facie ſatis ornatum, conſilijs prouidum, vultus nitore gratioſum, oculorum vigilantia placidum Luitprandus* pingit.

2 *Henricus* cognomine *Rixoſus*.

3 Bruno Archiepiſcopus Colonienſis, hi duo nati poſt adeptum Regnum. *Luitpr. lib.4.c.7*

FOEMINAE.

1 MECTHILDIS *Abbatiſſa Quedlinburgenſis.*

2 GERBERGA *nupta Giſelberto Duci Lotharingiæ; hæc nata eſt Henrico antequam Imperium ſuſciperet.*

3 ADHELEIDA *nupta Hugoni Magno Comiti Pariſiorum.*

4 RIXA *nupta Rudolpho Duci Bauariæ, filio Arnolphi, Com. Altorfij, Rauenſperga, & Amberga, & Commitiſſa Eberſteinenſis.*

5 QVINTA *quæ ab hiſtoricis non nominatur nupta fuit Comiti de Eberſtein in Suewia, vt notat* Chriſtian. Matthias ex Chron. Hedionis. Chronic. Saxon. Pomeran. Chron. Spangenh. Philipp. Schafnab.

Henricus Auceps Imper. electus, à coronatione ſe abſtinet. XXXIII.

HENRICVS (ſcribit Krantzius) *Ottonis Saxoniæ Ducis filius Arnulphi Imperatoris ex filia nepos, qui regiam dignitatem primus inuexit in domum Saxoniæ, in qua diù permanſit; meritò nobis initium tribuit noui orſus. Erat enim inter omnes regni principes prævotens ac viribus formidabilis, qui primus libera poteſtate principatum Saxoniæ adminiſtrabat: nam maiores eius ſub Regibus delituerunt. Henricum autem Ducem ſibi ſemper aduerſaturum Conradus Rex ſuſpexit: mouiſſetque in eum, ſi non omnium in ſe principum motum formidaſſet. Nam quos diximus* *Lib. 3. Saxon. cap.1.*

prin-

Sal. an. 919. *principes, non vnum de Conrado ſentiebant. Hoc veritus Rex, aperta vi congredi cum Henrico non præſumpſit: cæterum* conſilium fertur habuiſſe cum Hattone Moguntino præſule (qui Albertum Henrici ex ſororem nepotem prodiderat) vt Henricum

XXXIV. quoque ſubuerteret. Aureum torquem fertur procuraſſe fieri Pontifex, quem dono daret Henrico, vt perinde nactus fidem apud illum, pro arbitrio proderet. Conſiderandi operis gratia Pontifex diuertit ex itinere ad aurificem, viſoque torque fertur ingemuiſſe. Tum familiaritate fretum opificem, rogaſſe: quid ſibi vellent ex alto ducta ſuſpiria? aliquando (ait) torques ille cruore fortiſſimi viri madidabitur. Iam antea intellexerat opifex aurum Henrico duci deſtinari: & ille quàm potuit ſecretiùs curauit rem Henrico, quàm audiuit, notam fieri. Ille tacitus obſeruat omnia. Mittitur magno munere torques ab Archiepiſcopo duci, inuitaturque ad conuiuium. Henricus autem conuerſus in nuncium, dic (inquit) Hattoni, non eſſe Henrico ceruicem qualem habuit Albertus: donum ſuum illi ſit: melius eſt Henricum domi ſedentem de Hattonis ſeruitute cogitare quàm domum eius comitatu magno grauare. Ita dolus non proceſſit. Rex autem Conradus

XXXV. miſit fratrem ſuum ad vaſtandam Saxoniam. Qui approprians vrbi Eresburg ſuperbè (vt inquiunt) loquutus eſt, quod nulla maior ſibi cura eſſet, quàm Saxones ſe pro muris oſtendere Francis non accederent: hoc ſe formidare primùm ne vllum

Franci a Saxonibus cæſi. haberent hoſtem in proſpectu. Adhuc ſermo erat in ore eius, & ecce Saxones occurrunt mille paſſibus ab vrbe: initoque certamine tanta cæde ſtrati ſunt Franci, vt à mimis declamaretur, vbi tantus ille infernus, qui eam capere poſſet deſcendentium multitudinem? Ita à timore ſuo Francus liberatus eſt, quod formidaret Saxones ſe non viſurum: nam ab ipſis turpiter fugatus diſceſſit. Audiens autem Rex malè pugnatum à fratre, congregata omni Francorum virtute perèxit ad requirendum Henricum. *Superuenit autem Henrico imparato in vrbe Grunna, quàm obſidionem cingere parauit. Præmiſſis tamen oratoribus obtulit Henrico, amicum illi venturum, ſi ad dedendam arcem deſcendat. Interuenit autem huic legationi Diethmarus vir callidus ex Orientalibus Saxonibus, militaris rei ſcientiſſimus.* XXX-VI. *Qui vbi vidit adeſſe regis nuncios, clara voce ducem ſciſcitatur, quanam parte velit caſtra figi legionibus, quas aduxiſſet. Nullas autem adduxit; ſed eam ſpeciem prætenderat ob præſentes. Dux callidi conſilij ſatiſgnarus, rogat quot adduxerit legiones. Triginta, inquit, millia in armis habeo loco deſignato. Nuncios ſine fructu dimiſit. Illi regem de adductis legionibus terruerunt: itaque dimiſſis copijs rex fruſtratus in Franciam ſuam redit. Nulla te Lector perturbet æquiuocatio: Franciam dico Theutoniæ, non Galliæ: illam enim (vbi opus fuerit) ad ſpeciem dicam. Septimo autem anno Regni ſui rex Conrádus cæpit ægrotare: ſentienſquè fati horam propinquare, principes regni præter Henricum euocauit, & eos ita conuenit. Vocationis meæ, inquit; tempus agnoſco, & (vt cernitis) præſto eſt. Proinde pacem, atque concordiam ſectari etiam, atque etiam vos oro: nulla vos regnandi comprehendat ambitio. Henricum Saxonum Turingorumque Ducem prudentiſſimum, regem vobis eligite, dominum conſtituite: is eſt enim ſapientia pollens, & iuſtè ſeueritatis cenſura ſubnixus. Quibus non recuſantibus, ſeuocat germanum ſuum Euerhardum. Vides, inquit, frater, quia ad fatum peruenio: tu tibi poſt hac conſulito. Sunt copiæ, ſunt arma, ſunt exercitus, ſunt vrbes, & mœnia: ſatis inter principes quocunque loco fulges. Vni te cedere non diſſimules Henrico Duci Saxoniæ propinquo noſtro. Eſt apud illum, & virtus, & conſilium, fortuna ſe ſociam iungit. Si me audis, accipe regni inſignia, & ad illum perfecto, teque illi quantum potes, facito comendatum. Nam rei noſtræ publicè gloria ad Saxones commigrauit. Tu te illi, ſi ſapis, contempera. Ceciderunt fratri lachrimæ: & ille obdormiuit. Accepta autem Regni inſignia* XXXV-III. *Euerhardus, de his fratris mandata peregit, Henrico ſe ſuaque omnia, & regni iura commendans. Conuocata autem omni Francorum atque Saxonum nobilitate in Friſlaria vnanimi conſenſu Henricum Saxoniæ Ducem regno præficiunt Anno Chriſtianæ ſalutis DCCCC. XX. Nec dum enim erat legitima ele-*

Conradus moribundus principes alloquitur. XXX-VII.

Romani Pontificis non tam vetuſta auctoritas, quàm prædicant.

Sal. Anno 919. n.3 *electorum principum conſtitutio, nec ſummus cum Pontifex conſulebatur: quamuis magna ſe inſtantia immiſcuerint Romani Pontifices ad dandum Imperium, vt ſuam perinde amplificarent poteſtatem.*

Cap. 2. *Henricus ergo Dux Saxoniæ primus ex ea familia ad Romani Regni culmen aſcendit, quod ea domus per continuata ſæcula perſeuerauter ſeruauit: vt in contextu docebimus. Cui, ſi in Italiam prædeceſſorum more venire dignaretur, diadema cum conſecratione ad Imperatoriam dignitatem, Ioannes eius nomi-*
XXXIX. *nis X. Summus Pontifex repromiſit. Henricus autem ſatis ſibi videri reſpondet, quod primus ad regni culmen immeritus perueniſſet: Diadema Imperij maioribus deditum, ſe nihil ambire ſupra id, quod accepiſſet, etiam ſic maiora, quàm obire poſſet ſuſtollentem onera. Leuauere in cælum manus viri ſenſati, quod ea modeſtia principem haberent.* Sed hanc papalem benedictionem non ſine damno ab Henrico prætermiſſam conatur Baronius oſtendere ex viſione, quam habuit S. Vdalricus Epiſcopus Auguſtanus, cum ei ab Apoſtolo Petro ad id ſignificandum oſtē-
XL. ſi ſunt duo gladij, vnus cum capulo, ſine capulo alter, dictumque ab eo ipſi: *Dic Henrico Regi: Enſis ille, qui ſine capulo eſt, ſi-*
Dum. lib. 1. Idem in vita S. Vdalrici. *gnificat Regem, qui ſine benedictione Pontificali regnum tenebit: capulatus autem, qui benedictione diuina regni tenebit gubernacula.* Hæc tamen pugnare videntur cum his, quæ ſcribit *Otto Friſingenſis*, qui gladium ſine
Lib. 6. XLI. capulo ad Arnolphum Bauarum rebellem, gladium cum capulo ad Henricum Imperatorem referri oportere, dicit: *Arnolphus* Baioariorum Dux, *dum primùm regnare moliretur, Beato Vdalrico Auguſtenſi Epiſcopo duo gladij, quorum alter capulo carebat, in viſu monſtrati ſunt, audiuitque gladium cum capulo regem Henricum, Arnolfum autem gladium ſine capulo, tanquàm ſine capite, & iuſtitia eſſe.*


Inuito autem Henrico delatum impe-
Chron. par. 17. rium, Gotefridi reſonant carmina.

Henricus Dux Saxonicus regnare vocatur
Legati mittuntur ei, qui ſæpè rogatus
Noluit imperium ſumere, ritè datum.
Inuenere ducem veterano more ſedentem,
Aucupis officio ſua retia perficientem,
Vt modicas caperet inſidianter aues.
Et quia ſimpliciter fuit his præſentibus auceps
A modo perpetuò cognomine dicitur Auceps,
Cum tamen egregium mundus haberet eum
Dux igitur cum plus petitur ſibi ſumere Romam,
Iurat in æternum capiti non ferre coronam,
Cum ſibi ſufficiant, quæ tenet ampla bona.
Cogitur Henricus regnantis numine fungi,
Cogitur in Regem tandem reuerenter inungi,
Nulla tamen capiti miſſa corona fuit.
Coram rege ſecus ferri diadema iubetur,
Vt bene ſeruetur quicquid iuraſſe videtur,
Signa tamen plenè Regis vbique tenet.
Ex hoc Henrico Rex primus naſcitur Otho,
Cuius, & egregia nunc geſta referre peropto,
Iam tres Othones promere muſa monet.

Henricus Auceps Burchardum Sueuiæ Ducem ad deditionem cogit.

Sal. Anno 920.

ACcepto Imperio in id incubuit Henricus, vt motus ſedaret inteſtinos, XLII.
& Germaniam pacaret. *Prima illi militaris* (Krantzius) *expeditio in Burchardum Sueuiæ* *Cap. 2. lib. 3. Saxon.*



Ducem contumacem fuit. Intumuit autem quod filiam eius vxorem haberet Ludolphus Burgundiæ Dux, quem cæſo Rodulpho, patre Ducis Hugonis, fratre autem Regis Vtonis, inimici Karoli Regis in Francia regnum eleuauerunt. Sed nihil profuit Burchardo magni generi regia fortuna: nam impar viribus Henrici Romanorum Regis ad obedientiam redijt,

Sal. Anno 920. *ſe ſuaque omnia permittens Romanorum Regi.* Itaque *Rebus proſperè geſtis trãnſijt in Baioariam, cui præſidebat Arnulphus Dux.* Ita ſcribit VvitiKindus, vt pateat prius in Burchardum, quàm in Arnulphum ab Henrico illata arma.

II. Bellum contra Arnulphum.

Sal. Anno 920.

XLIII. ARnulphus Dux Bauariæ, cognomento Malus, quòd vt bellicoſiſſimo



erat ingenio, multorum malorum, bellaque conſequentium, vulgò author haberetur. Defuncto Conrado I. Imper. à quo ducatu erat pulſus, e latebris prodijt, in ducatum reuerſus, & à Bauariæ ducibus Rex ſalutatus: cum Ducatum ordinaſſet, & exercitum collegiſſet, de Henrico Imper. deijciendo conſilia iniuit. Kram. cap.2. Saxon. lib.3. *Fecerant illi animos quidam ſuorum, quod regio Francorum ſanguine creatus, ſceptris propior eſſet homine Saxone,* (vt infra ex geneſi videbis) *Itaque rebelles animos oſtendit Henrico. Rex componendo intentus regno, expeditis copijs duxit in illum in Ratiſponam. Hic variant Scriptores. Nam alij dicunt Arnoldum mænibus egreſſum ſe ad pedes miſiſſe Regis, inque amicitiam, & perpetuam ſocietatem ab illo ſuſceptum. Alij verò tradunt Arnoldum agmine parato obuiam Regi profectum, ad pugnam exiſſe. Vbi caſtra hoſtilia non longe aberant, Rex (vt erat modeſtia, & pudentia ſingulari) fertur euocaſſe ducem, ſolus cum ſolo loquuturus. Ille ad duellum ſe prouocatum reputans, non cunctanter occurrit. Henricus rex armis poſitis, familiariter cum illo loquebatur. Quid eſt, inquiens, mi Arnolde, quod inuicem nos, noſtraque in diſcrimen proijcimus? Ego ſi tu procerum, populique conſenſu Rex eſſes aſſumptus; primus te venerarer. Crede, quod ſcriptum ferunt, non eſſe niſi à Deo principatum, cui quiſquis reſiſtit, Dei ſe opponit ordinationi, quem debet contumax iratum metuere. Conſule tibi, tuiſque. Me in vtrumque paratum habes: amicum, an hoſtem malis elige: mallem, quid amicus poſſim, quàm quid hoſtis experireris. Hæc ſuaui ſermone, qui regem plurimùm ornabat, proloquutus, incertum dimittit. Ille ad ſuos refert regis verba. Vera dixiſſe fatentur; ſuadetque pars ſanior, rege malit vti pacato, quàm irato. Ita poſitis armis egreſſus caſtris Arnoldus, regem ſalutat, & veneratur, iuſta implens maiori ſuo.*

Auentinus autem adiungit, firmata pace, iunctis viribus mouiſſe in Boiemos; nec Annal. Boior. tædeat ab eo rem fuſiùs enarratam percur- 4. Ann. Sal.918 rere.

Arnulphus vbi certior factus eſt de morte XLIV. *Cæſaris, è veſtigio ex latebris prodit, Reginoburgiumque redit, certatim ad eum Optimates, Pontifices Boiorum conueniunt, reditum gratulantur: eundem denuò regem Boiariæ ſalutant. Hainricus Saxo poſteaquàm hæc accepit, Boiariæ fines cum exercitu petit. E diuerſo Arnulphus intrepidus procedit. Vbi in conſpectum vtraque acies ia dimicaturæ ſteterunt, Hainricus caduceatorem cum mandatis præmittit, qui denuntiaret intereſſe Reip., vt Arnulphus ſolus cum ſolo, communis ſalutis cauſa, de ſummis vtriuſque rebus ſecretò colloquatur. Non reſpuit conditionem Arnulphus, amboque duces abſque cunctatione, æquo ferè ſpatio à copijs vtriuſque ad colloquium venerunt. Priorque Hainricus: Non te tam* Eadem leguntur apud Goldaſtum; imò Arnulpho fuiſſe ab Henrico reſcripta. *barbarum (inquit) aut imperitum religionis noſtræ exiſtimo, quin planè intelligas regem non à fortuna temerè dari, nec à fatis imponi, ſed à ſupremo Cœli numine conſtitui. Cuius mandata, qui non facit, haud dubiè is cœlo, naturæquè repugnat; Senatus, proceres, populus*

Sal. An. 930. *lus, plebs, quæ multorum capitum bellua eſt, me Regem vno omnium conſenſu declararunt. Horum mentibus niſi vnus, & ſummus Deus author pacis, & concordiæ incubaret, atque moderaretur, haud vnquàm fieri poſſet, vt non ſuus cuique mos eſſet: non tot ſententiæ, quot homines eſſent. Vndiquè inimici imminent. Galli, Burgundi, Itali, Vgri lacerant, diripiunt, in nos ſæuiunt, incurſant. Si quis gregem ab immortali maieſtate creditum non tutetur, non vniuerſa ad plebis vtilitatem, veluti parens communis à Deo datus refert: nihil aliud quàm latro, & eius regnum publicum eſt latrocinium. Proinde ſi Senatus, populuſquè Francus me hoc faſce leuarit, tibiquè hoc oneris impoſuerit, libens ceſſero, libentiſſimè tibi paruero. Atque vt apertè tutè ſententias, quàm nihil minus mihi cordi, quàm dominandi libido, fiet, non ſolùm Boiariæ regnum locupletiſſimum, Nariſcos, Alemannos, Chamabos, Boethos, Sudinos, Iliſſos, Marcomannos, Quados, Vindelicos, Noricos, Auſtriacos, Tyrollios, Atheſinos, Vennonas, Stirios, Charinos, Venedos, Carnos, Pannonias tibi, ſicuti poſſides, permitto: verùm ſacratarum ædium quoque opum Eccleſiaſticarum, Epiſcoporum, Sacerdotum, Myſtarum, Monachorum, antiſtitum omnium curatorem te eſſe iubeo, & patronum, illos tibi in clientulos dico, modò nomen regis inutile abdicato. Cuncta alia tibi habeto: quid aliud tibi vis? quid nunc vltrà deſideras? quæ concupiſcis? quæ poſtulas? Vniuerſa tibi fauore, & gratia mea abſque periculo, ſine vi, ſine armis obtinère licet. Facilè ratio tam ſalubris conſilij ab Arnulpho recepta eſt. Quocirca principes abſque cunctatione dextris datis, pacem faciunt, quam liberorum connubio, ſponſalibuſque confirmant, Iuditha filia Arnulphi, Henrico filio Cæſaris deſpondetur. Gerbirga filia Cæſaris Arnulpho filio Ducis datur in matrimonium. Coniunctiſque viribus Boiemiam vndique pro natiuo muro ſaltibus Hercyreis clauſam penetrant, Boiemos ad obſequium cogunt. Tuto Regino-Burgenſis Epiſcopus, cuius prouincia tum erat, ibidem Pragæ (caput eſt gentis) Templum Diuo Vito dedicat.* XLV.

Vnde fuerit Arnulphus iſte, qui & Conrado, & Henrico Imperatoribus ſtimulus militaris erat; inſpicere libeat.

ARNVLPHI COGNOMENTO MALI, Ducis, & Regis Bauariæ Geneſis. XLVI.

S. Carolus Magnus Aug. Imper. Germaniæ, & Galliæ Rex, de cuius poſteris iam ſupra ſatis. Vxor S. Hildegarda, Sueuiæ Duciſſa.

Apud Bucelin. in Hiſt. Agilolfingica pag. 382.

Pipinus Italiæ Rex, Venetorum debellator, Mediolani ante patrem, vita exceſſit, anno octingenteſimodecimo. Vxor Adhelheides.

Bernardus, Italiæ Rex, optimæ indolis, à malis demum Conſiliarijs contra Ludouicum Pium Imper. patruum concitatus, Legibus Salicis, capitis damnatur, ſed vita donatus, in Monaſterium detruditur. Vxor N.

Pipinus, cognomento Iunior, ob rebellionem patris in Comitum Ordinem, cum tribus filijs, Bernardo, Pipino, & Heriberto redigitur. Vxor N.

Bernardus Comes Lengenfeldenſis in Norico. Vxor incomperta.

Arnulphus, Cæſarei exercitus Dux, glorioſè contra hoſtes occubuit.

Luitbaldus ſiue Leopoldus, ab Arnulpho Cæſare limiti Bauariæ Auſtriaco Præfectus, contra Cuſſalem Vgrorum Regem feliciter pugnans, poſtea opprimitur, Anno 907.

Arnulphus, cognomento Malus, Boicæ Rex, obijt 937. Vxor Gerburga filia Rudolphi. Infer. Bauariæ, Com. Altorff.

Bertholdus poſt fratrem Boijs præfuit, obijt 948. Vxor Vvilletrud. Duc. Lothar.

Eberardus, quod Ducatum non rogato Cæſare inuaſiſſet, proſcriptus atque exul moritur. Vxor familiæ incompertæ.

Arnulphus Schyrenſis, à quo vſque hodie omnes Com. Palat. Bauar. DD. & Sereniſsimi Electores.

Hermannus, & Otho, & Heroldus, Salisburgenſis Archiepiſcopus.

Iuditha, Vx. Henrici, Ducis Saxoniæ, ac dein etiam Bauariæ, auia S. Henrici, Imp. Aug.

Leopoldus, Orientalem Bauariæ limitem aduerſus Vngaros adminiſtrare iuſſus, primus ſe Marchionem Auſtriæ nuncupauit, à quo deinceps Auſtriæ March. & Duces.

Bertholdus Schyrenſis, Comes Palatinus Bauariæ, pater Vvernheri, Othonis auus, &c. obijt Anno 982.

Sal. an. 920. Gerbirga Arnulphi Vxor Guelphica fuit Ethiconis Epiſcopi, & Rudolphi ſecundi ſoror germana, Rudolphi I. filia, inſigni formæ elegantia, omni virtutum fulgore nitida, quam pro egregijs naturæ talentis, & diuinæ gratiæ donis, ſponſam enixè exambijt, & coniugem meruit Arnulphus. Eius variæ fortunæ ſocia fideliſſima fuit Gerbirga noſtra, longi eiuſdem exilij gratiſſimum ſolatium. Plures ex ea liberos ſuſcepit, quorum coniugio pacem cum Henrico Aucupe firmauit. Auent. Annal. Boiorũ lib. 4. *Nam Iuditha filia Arnulphi Henrico filio Cæſaris eſt deſponſata. Gerbirga verò filia Cæſaris Arnulpho filio Ducis datur in matrimonium.* Horum principũ nomina Hiſtoricis diuerſa prædictas non redarguant nuptias. quia, etſi Arnulphi Mali filium, alij dicant RVDOLPHVM, alij ARNVLPHVM: & Arnulphi Mali filiam, IVTAM vel IVDITHAM: & Henrici Aucupis filiam, RIXAM vel GERBIRGAM, de nuptijs tamen vnà ſentiunt.

III. Bellum contra Carolum Regem Franciæ.

Anno Sal. 922.

HVius Belli occaſionem non vnam referentibus hiſtoricis; altiùs repetendo Krantzius ita ſcribit. Cap. 5. Saxon. lib. 3. *Giſelbertus Dux Lotharingiæ, ex genere Karolino, gener erat*



XLVII. *Henrici Regis Romanorum. Hic ſocerum ſtimulabat, vt regnum Franciæ, quod ad degeneres perueniſſet, occuparet. Nam Ludouicus Balbus, Karoli Calui, quum legitimam prolem non haberet, natos ex meretrice filios, Ludouicum (quem nihil facientem agnominauère prò deſidia, & ignauia) & Karolum fratrem eius ſcripſit heredes. Ludouicus autem* Nihil-faciens *quùm moreretur, filium reliquit Karolum cognomento ſimplicem: ſic enim indito cognomine diſcreuerant Reges æquiuocos. Quem quum per faſtidium ſuſtinerent proceres, Giſelbertus inter primos ſategit, vt ſocero ſuo, iam regi, regnum quoque Franciæ proueniret. Recuſabat Henricus regno pellere legitimum poſſeſſorem. Non quiuit Giſelbertus. Eudo (quem alij Vdonem vocant) legitimus tutor Karoli pueri Comes Andegauenſis, tutelam gerens, regium nomen aſſumpſit. Rex* XLVIII *erat, qui pro ſuo arbitrio omnia adminiſtraret. Huius fratrem Robertum, Celticæ (hoc eſt Burgundiæ) Ducem, adijt Giſelbertus, interpellauitque, vt regium nomen aßumeret: nam fratrem eius Vdonem, etſi conſecratus Rex fuerit, ſciebat ſeruare honorem puero. Quod non probauit. Ceſſit poſtulanti, & vrgenti Robertus. Quum enim eſſet, & Aquitaniæ Dux, de fratris regno potiorem partem vbi accepiſſet, aliquot ſibi viciniores vrbes capit, conſtitutis in eis pro ſuo arbitratu pontificibus, à quibus regis appellationem promeruit. Iam enim frater eius Eudo conceſſit in fata, proceribus commendans Karolum puerum. Ergo Robertus iam factus elatior, magnis copijs in regem puerum mouit. Commiſſo prælio Robertus cadit. Redeunti victori Karolo Hebertus Vicomandorum Comes fit obuiam per ſpeciem* XLIX. *gratulandi, orat regem ad ſe diuertat Perſonam. Perfido homini Rex ſimplex credit. Poterat ſuſpicari dolos, quod Roberti ſororem teneret coniugem. Intrantem regem mox armati circumſiſtunt, capiunt, in carcerem protrahunt: quæ res multorum per Franciam malorum origo fuit. Tum coniurati proceres, qui cum Roberto, Giſelberto, cæteriſque ſentiebant, quaſi regem non haberent, de conſtituendo rege deliberant. Erat ex liberis Richardi Burgundionum Ducis ſuperſtes, filius Rudolphus, Karoli nepos. Hunc tametſi Karolus ex Eligina Angliæ Regis filia prolem ſuſtuliſſet, in regem aßumunt: qui Sueßione regio ſumpto diademate (de more) regnum adminiſtrat. Ludouicus autem Karoli ſimplicis, vincti regis*

filius,

filius, paternorum amicorum ope deſtitutus, enauigato mari ad Anglos ſe cum matre contulit. Pater in carcere permanſit.

Hoc in rerum ſtatu quum eſſet Henrico Ro.
Cap. 6. Fracor. *regi cauſa petendi cum exercitu Lotharingiam*
Rex captiuus *(inuitante, quem diximus) occurrit nuncius*
Perſona L. *Karoli vincti Regis cum mandatis huiuſcemodi. Karolus (inquit) quondàm Rex Franciæ, nunc vinctus, quando illum ſuprema calamitas oppreſſit, nihil habet in vita iucundius, quàm audire incolumitatem, proſperitatem, & felicitatem tuam, in qua plurimùm ſpei ſibi filioque repoſitum arbitratur: dat tibi pignus amoris non vulgare. Manum protulit*
Frācia Pallad. *pretioſi martyris Dionyſij, auro, gemmiſq; incluſam, quam regum aliquis, vt ſecum vbique haberet, ſuperioribus annis corpori diuulſit,* Sal. an. 922.
perpetua tactus deindè (vt ferunt) amentia: Quandoquidem (inquit) Franciam deſeruere omnes virtutes cum tranſlatis precioſi martyris reliquijs, hoc apud te perpetui pignus amoris cupit eſſe depoſitum. Pridem enim cum
tranſlato Beati Viti Corpore ſub Pio Ludouico LI.
in Corbeiam, omnis Francorum fortuna ad Saxones demigrauit. Nunc quod reliquum fuit Franciæ regibus, apud te noueris collocatum. Henricus rex magnificum munus ſingulari excepit reuerentia, regem vinctum per eundem nuncium conſolatus, bono iuſſie eſſe animo, ſibi curam fore honoris, & incolumitatis eius. Hic ille Carolus, quem ſimplicem dixerè: iure, quia ſeruili ingenio; an-



iniuria? manu enim ſua Robertum per-
LII. duellem, & regiæ dignitatis æmulum lancea perfoderet, & de hoſtili acie triumpharet, incertum.

Dono etiam data; legimus M. Conſtantini lanceam, enſem, clauos. Rodulphus enim à *Samſone Comite, lanceam miri operis, quæ quondam Conſtantini Magni fuiſſe perhiberetur. Erat autem aſpectu mirabile opus, iuxtà mediam ſpinam feneſtellis interciſa, crucibus de Dominico ligno inſignita. Precium erat in ſacris reliquijs, cui ars acceſſit cum auri metallo. Hanc interpoſitis quos putabat idoneos, Rex à Rege magno precio accipere contendebat, ſi fieri poſſet: ſed non erat Rodulpho vlla rei æſtimatio: nihil illi in omni vita charius. Non deſtitit Henricus promiſſis, non nunquam minis, vndecunque cauſis quæſitis deſiderium*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Sal. an. 922.

derium proſequi, & perfecit, vt ei dono à Rege mitteretur. Hunc præcioſum Imperij theſaurum Imperatores diu in delicijs habuere: nunc (quibus ex cauſis incertum) ad Nurenburgenſes, vt creditur, peruenit. Erat huius muneris prouentus ſemper Henrico acceptiſſimus: tantumque peperit inter Reges vinculum, vt Rodulphum Henricus magna parte Sueuiæ donauerit. Eam arbitror trans Rhenum, quæ nunc Imperialis eſt Burgundia.

De Geſtis Anglorum poſt Bedam lib. 2. cap. 8.

Aliam lanceam eidem Henrico ab Hugone in Gallia regnante, miſſam legimus inter Anglorum geſta, vnà cum enſe Conſtantini Magni, alijſque muneribus. *Enſem* (inquit) *Conſtantini Magni miſit ſcilicet, in quo literis aureis nomen antiqui poſſeſſoris legebatur: in capulo quoque ſuper craſſas auri laminas clauum ferreum affixum cerneres, vnum ex quatuor, quos iudaica perſecutio domini corporis aptarat ſupplicio. Lanceam Caroli Magni pariter miſit, quam Imperator inuictiſſimus contra Saracenos exercitum ducens, ſi quandò in hoſtes vibrabat, numquàm niſi victor abibat. Ferebatur eſſe eadem, quæ Dominico lateri Centurionis manu impacta pretioſi vulneris hiatu paradiſum miſeris mortalibus aperuit; vexillum item miſit Mauritij Beatiſſimi Martyris, & Thebeæ legionis Principis, quo idem Rex in bello Hiſpanico quoslibet infeſtos, & confeſtos inimicorum cuneos diſrumpere, & in fugam ſolitus erat cogere, &c.*

Hæc tamen totidem, iiſdemque ipſis verbis deſcripta, Hugonem Francorum Regem Adelſtano Angliæ Regi, inter munera miſiſſe, cum ſororem eius, natu minimam procaretur, refert *Vuillielmus Malmesburienſis* quod adnotare libet, vt poſteris ſit veritatem inueſtigare.

De geſt. Reg. Angl. lib. 2. cap. 6.

IV. Bellum contra Hungaros.

Sal. Anno 922.

O*Peræ pretium eſt diligentius rem Vngaricam* (vt ſcribit Krantzius) *ſub hoc Rege percenſere. Gens eſt aduena, quæ recens ex Scythia commigrauit, conſederatque in Pannonijs: & crebras faciens excurſiones, aliquoties à Sueuis, & Bauaris retunditur. Conradus quoque Rex in ſuo tempore illam, quàm fortiter repreſſit. Quum verò Conradum audiſſent Vngari ſublatum, concepta audacia, excurſionem fecere in Saxoniam, multis vrbibus euaſtatis, incendia rapinas miſcebant. Rex Henricus tum erat in præſidio Vverlaon, vrbis tum præcipuæ: rudique militi quem habebat, non ſatis fidit aduerſus inſolentiſſimam, & ferociſſimam gentem. Itaque impunè graſſabantur ad mare vſque Bremenſis ciuitas concrematur: & tamen ſanctorum qui ibi requiecere meritis, flamma vaſtantibus Vngaris obuiam pergit, multoſque conſumpſit. Per quæ tempora etiam Vandali in vicinam vrbem Hamburgum ſæuitiam conuerterunt. Hoc enim illud erat tempus, quo multos Chriſtus per ſanguinem ad ſe reuocabat in regnum. Leuibus tum prælijs rex vexabat Vngaros peruaſtantes: in quibus captus erat vnus ex illorum principibus, quem magno auri pondere ad redemptionem depoſcebant. Rex auro contempto captum reddere pollicetur, ſi aliquot annorum inducias paciſcantur. Conuenit* LIV. *inter eos de annis nouem: quibus conſtitutis, rex militem facit inſtrui omni genere neceſſariorum ad bella armorum, exerceri ad pugnam, armari quoque promptè. Conſtituit denique quotum quiſque in agris ſuſtineat pugnantem in expeditione: octo nonum, & in vrbibus quatuor quintum quemque, & præſidijs firmat vrbes. In agris autem nihil dimittit, quod hoſtibus præda ſit reddituris. Conuiuia nuptiarum, & alias comeſſationes amicorum iubet in vrbibus ſolis apparari, non in* LV. *prædijs foris: quæ vocant vrbana, etiamsi in agris ſint, dum ſint vrbium inſtructa ritu.*

Saxon. lib. 3. c. 7.

Vngari Saxon. infeſtāt. LIII.

Milites inſtruit Henricus.

V. Bellum contra Vandalos.

Sal. Anno 925.

BElli tyrocinium exordiri volens Henricus in Vandalos nouum militem duxit, hoſtem (vt putabat) molliorem. *Ducit in vrbem quam vocant Brandeburgum: qua multis vix laboribus expugnata, prouinciam ſibi ſubijcit. Inde in Dalmatas agmen vertit, eiuſdem gentis, & linguæ nationem, quod paternum illi odium eſſet in gentem: cuius vrbem Grona obsidet, & vigeſimo die capit, militi permittit diripiendam,*

Henric. mouet in Vvandalos. In Dalmatas. In Bohemos. Krant. Saxon. 3. c. 7.

dam, vt acuat: omnibuſque puberibus pe-
remptis, (quo timorem crearet in gente) victo-
Pragam ſubactā ducit Sigebertus ſub ann. 930. rem reducit exercitum, Pragam quoque Bohe-
morum metropolim ex eiuſdem gentis ſocietate
oppugnat, regemque illius Vvencislaum in
eam perducit neceſſitatem, vt ſe dedat. Pater
hic erat Boleslai, Henrico fidelis & promptus
per omnem reliquam ætatem. Sic primùm fa-
cta eſt Bohemia Regi Romanorum, Saxonum-
que principi tributaria: quamuis & antea per
maternum Henrici auum Imperatorem Ar-
nulphum, victo Rege Morauorum (cui tum
Bohemia quoque parebat) iugum acceperat
Romanæ ditionis. Quò verò Vvandalorum
Marchionū origo. excurſiones prohibere poſſet, Marchionem
vrbi præfecit Sigefridum Comitem Ringel-
LVI. heimenſem, qui primus MARCHIO Bran-
deburgenſis factus eſt. Iuuat autem intue-
ri, vndè traductum ſit nomen MARCHIÆ,
atque MARCHIONIS? ſatisfacere credit
Vvandalia 3. cap. 16. Krantzius. Marchionis vocabulum (inquit)
veteribus incompertum eſt: niſi quis moderno-
rum reuocans antiquitates, illuc inſerat nouum
vocabulum. In noſtris quoque annalibus nul-
lam eius verbi legimus mentionem ante pri-
mum Henricum Saxonem Romanorum Re-
gem (fallitur Krantzius) nam apud vetuſtio-
res Eginhardum Anno Sal. 828. Marchio-
nes Saxoniæ cum Comitibus referuntur: &
Hincmarus ex Adalhardi Abbatis Corbe-
Apud Andreā Ducheſne to. 2. pag. 487 ienſis libello, quo deſcribebatur ordo Pala-
tij (& ſtatus regni inde à Carolo Magno §.
30. Marchiſos memorat.) Sequitur Kran-
tzius deſcribere qualia propugnacula erexe-
rit, & Marchiones in hoſtem inſtituerit
Henricus. qui primus domitis Danis ad oppi-
Vvand. l. 3. c. 16. dum Heſuuicum, quùm eo tranſtuliſſet Saxo-
num coloniam, impoſuit regioni præſidem,
quem appellauit Marchionem, & illi regendos
tuendoſque regni limites impoſuit prouinciam,
quaſi duci limitaneo. Inde quoque quum ordi-
nata per illum prudentiſſimè Saxonia, conſti-
LVII. tuiſſet qui agros colere, qui ſequi tenerentur in
militiam, quum quintum quemque quatuor
in agris remanentes ſumptibus, & armis ex-
pedirent, illumque durante militia alere iube-
rentur, vires quas perinde in Vngaros compa-
rauerat, primum in Vvandalos ſtatuit exer-
cere, tyrocinium hoc reputans maioris militiæ:
LVIII. duxitque in metropolim gentis Brandenbur-
gum: eamque obſedit per brumam in glacie, Sal. an. 926.
& oppugnauit conſtantiſſimè: & exhauſtis
obſeſſorum viribus conſumptiſque commeati-
bus etiam expugnauit: collocauitque in ea pri- LIX.
mus Marchionem, qui prouinciam tueretur
armis quæſitam, & augeſcere contenderet in
diem: & quam Romani ſimili ex cauſa dixe-
re prouinciam, ille appellauit Marchiam. Me-
cum diù reputans, multaque circumſpiciens
nihil reperio de nominis origine probabilius,
quam vt ex vulgari Saxonum ductum eſſe cre-
dam: vt ſit in aliјs quoque nationibus, vtuer-
naculæ linguæ quædam nomina inſerantur la-
tinis, latiumq; beetur diuite lingua. Mar-
chiam autem vocant vulgò Saxones diſtri-
ctum vnius Villicationis, aut ditionis (indè
VeltmarKe nomen duxere) vt tum Marchiam
dicerent Saxones, eam prouinciam, quam ſui
Iuris eſſe per arma ſunt conſequuti. Inde præ-
ſidi nomen inditum, vt marchio diceretur,
qui illi ius diceret. Sic in Dania ad Sleſvui-
cum (vt diximus) Marchionem conſtitutum,
ita & in Vvandalis per eundem Henricum
Regem, marchiam illam ſuo marchioni depu-
tatam: indeque fluxiſſe nomen, vt deinceps
aliæ quoque prouincia hoc vocabulo in ſimili
principatu vterentur, diceretúrque Marchio
Miſnenſis, Badenſis, Stiriæ, Morauiæ in
Germania: & in Italia, Teruiſina, Anconi-
tana, Mantuana, Ferrarenſis, & ſi quæ ſint
aliæ ibi Marchiæ. Soleo quoque Marcoman-
norum nomen ad eandem referre originem.
Vocant enim vulgo Marcomannos, gentes vn-
decumque confluentem in vnam ditionem.
Mannos autem quid vocent Itali, per imperi-
tiam linguæ germanicæ, tenemus. Vocant
enim burdones aut veredos, hoc eſt ex equa, &
aſino natas beſtias, mannos. Sic apud Hora-
tium Acron interpretatur. Sed docet Corne-
lius Tacitus (quod ex Beroſo ſumpſit Babilo-
nio) Mannum eſſe Germanorum parentem
Deum: quod tamen Beroſus non aſtruit, mor-
talem ex mortalibus deriuans. Mannus Tuiſ-
cone natus genuit Sueuum, Gambriuium, Mar-
ſum, Hunum, Vvandalum, filios Germanicæ
nationis propagatores: manſitque honor nomi-
nis in gente, vt benè marem, & valentem vi-
rum Man appellemus etiam hodie Germani.
Marcomanni autem tum pro ſuo robore dicti
ſunt Vvandali, quùm eos oppugnaret Marcus
An-

Sal. an. 927. *Antoninus: quod ſuo loco diximus. Hæc ſine præiudicio melioris ſententiæ, candide Lector accipe: & ſi quid habes probabilius, fac commune, vt mittatur in poſteritatem. Nos enim luimus damna incurioſæ vetuſtatis, quæ nobis pauca reliquit ad memoriam ſuæ veritatis.*

Huc faciunt, Statuta illa Henrici I. Imper. quibus militem centuriauit.

HENRICI I. IMPER. AVG. INSTITVTA,

Quæ ſub Anno 924. à Goldaſto reponuntur.

Apud Goldaſt. I. *IVbemus ex militibus, qui in villis ſunt, nonum quemque in oppidis collocari; cui reliqui agrum colendo victum quærant: nonus tertiam omnium frugum partem con-*
LX. *ditam aſſeruet, ſuiſque ſocijs intra muros, horrea, & domicilia extruat: ſed vice cæterorum ipſe, quoties opus erit militet, & pro patria pericula ſuſcipiat, alijs domi ſeruantibus. Huius inſtituti commoda hæc ſunt: primum, vt propter incurſiones perpetuas, agris ſpoliatis, non ſit timenda penuria: deinde, vt in vrbibus miles ne deficiat, quæ bellis iam pluribus exhauſtæ habitatoribus ſunt.*

II. *Suburbia iubemus eſſe nulla, aut exigua: ruri caſas raras, & viles.*

III. *Conuentus ſolemnes volumus eſſe tantùm in oppidis; quales ſunt dierum feſtorum, nuptiarum, encæniorum, mercatuum: vt ea ratione oppidorum incrementa fiant: quæ aut diruta refici, aut minùs firma præcipimus muniri.*

IV. *E Fratribus natu maximum militare volumus, vt homines certos, & exercitatos habeat.*

V. *Ciues itaque faciendo opere quotidiano, in pace diſcant eas artes, quibus neceſſitate compulſi, ad ſuam incolumitatem vtantur. Diſciplina enim, & labor magnum ad virtutem afferunt momentum.*

LXI. Imò ſub Anno Sal. 922. Sontibus indultum legimus, vt vitam, & libertatem poſſent militia vindicare. *Rex Henricus* (ſcribit Sigebertus) *quoſcumque fures, aut latrones, aut ſicarios manu fortes, & bellis aptos eſſe videbat, indulta eis venia agros, & arma dabat, & legionem ex eis faciens ad debellandos barbaros exponebat, edicens omninò, vt ciuibus parcerent tantummodò.* Nec in militię dedecus redarguas; non enim Henricus inter nobiliſſimos milites, manipulos furum traduxit, vt armorum fulgorem obtenebraret, ſed quò leniori remedio, nobilium virorum latrocinijs obuiam iret, multis enim illis temporibus (*notat ſupplementum Reginonis*) *etiam nobiles latrocinijs inſudabant*: Eos autem per numeroſa ſupplicia arduum erat prohibere. Seorſim tamen haberi eos voluit, & eorum legionem impermixtam vel ad barbaros debellandos expoſuit; vel barbaris veluti carnifici mactandos callidè obiecit. Vt infamiam factorum illuſtri famæ corrigerent: vel hoſtili correpti gladio, non minùs victi, quàm victores iuuarent Rempublicam.

Eam etiam legem præterire non licet, qua cautum, vt parentum primogenitis, (dummodò Regali curiæ aduersùs hoſtem ſeruierit) arma, & bellica tribuerentur inſtrumenta. Non tam igitur primogenitorum eſt priuilegium; vt diminutè notat Chriſtianus Matthias; ſed & Maieſtatis arcanum, quo primogeniti allicerentur ad arma.

Huiuſcemodi fuit priuilegium, vt apud Goldaſtum ſub Anno Sal. 931.

LXII.
HENRICI AVCVPIS IMPER. AVG. CONSTITVTIO.

De Iure Primogenituræ.

QVilibet Primogenitus, qui curiæ Principis contra hoſtes in neceſſitate ſeruierit, abſolutè, & præ alijs eius fratribus, & ſororibus defuncto Patre illius veſtes et arneſia, quaſi ex quodam prælegato reportare debet, nec illa in hæreditatē diuiſionis paternæ ei cōputare debēt. Christ. Matth. cap. 3. n. Hirun.

III. Bel-

III. Bellum in Vvandalos.

NOn multò poſt Vvandali, dum Henricus Imper. alibi fines tutaretur, Saxoniam vaſtarunt. Quare contra eoſdem, duces ſuos, ſcilicet, Bernhardum Luneburgenſem, & Comitem Vvicthinenſem cum magno exercitu miſit, qui Vvandalorum ad mare Balthicum ad 120000. trucidarũt. Sigebertus verò *Redarios nominat ad ducenta millia hominum conſpirantes contra Henricum Regem ſed à Ducibus Regis Bernardo, & Dietmaro graui bello victi, omnes penè moriuntur, aut fugientes in mare vicinum demerguntur.* Anno Sal. 931. Hoc eodem anno Henricus Reges Normannorum, & Abroditarum Chriſtianos facit, vt ait *Sigebertus*, ſed fuſiùs Adamus. *Henricus à puero timens dominum, & in eius miſericordia omnem ponens fiduciam Hungaros maximis prælijs vicit, & triumphauit, Boemos, & Sorabos, ab alijs Regibus edomitos, & cæteros Slauorum populos, vno grandi prælio ita percuſſit,*

Chron. Slauorũ lib. 1. c. 8. Hẽricus ſubiugat Hũgar. Slauos, Danos.

LXIV. *vt cæteri, qui perpauci remanſerãt, & Regi tributum, & Deo chriſtianitatem vltro promitterent. Deinde Daniam cum exercitu ingreſſus, Vvorm regem primo impetu adeò perterruit, vt ſe imperata facere mandaret, & pacem ſupplex depoſceret. Sic Henricus rex victor, apud Sleſuuich, quæ tunc Heidebo dicitur, regni terminos ponens, ibi & Marchionem ſtatuit, & Saxonum coloniam habitare præcepit. Videns ergo Sanctiſſimus Archiepiſcopus Vnni, qui Reinuuardo ſucceſſit in cathedram, miſericordia Dei noſtri, & virtute Regis Henrici, Danorum, Slauorumq; pertinaciam eſſe domitam, oſtiumq; fidei in gentibus apertum eſſe, omnem ſuæ Diœceſis latitudinem elegit per ſeipſum circuire. Multis ergo religioſis comitatus, peruenit ad Danos, vbi tunc crudeliſſimus Vvorm regnabat. Et illum quidem prò ingenita flectere nequiuit ſæuitia, filium autem Haroldum conuertit, & fidelem Chriſto perfecit, ita vt chriſtianitatem, quam pater eius ſemper odio habuit, ipſe ſeruari publicè permiſerit, quamuis ipſemet Baptiſmi ſacramentum nondum perceperit. Ordinatis itaque in regno Danorum per ſingulas Eccleſias Sacerdotibus, Sanctus Dei multitudinem credentium commendaſſe fertur Haroldo, cuius etiam fultus adiutorio, & legato, omnes inſulas Danorum penetrauit, euangelizans verbum Dei, & fideles, quos inuenit illic captiuos, in Chriſto confortans.*

Vvorm debellatur.

Vnni Archiepiſcopus Slauorũ Danorũ Suecorũ Euãgeliſta.

Haroldus fil. Vvorm chriſtianorum protector.

Deinde veſtigia ſecutus Magni Anſcarij, remigans mare Balthicum, non ſine labore peruenit ad Bircam, principalem Suediæ ciuitatem, quò iam poſt obitum S. Anſcarij nemo doctorum, annis ſeptuaginta venire auſus eſt, præter ſolum, vt legimus, Reimbertum. Eſt autem Byrca oppidum Gothorum celeberrimum, in medio Suediæ poſitum, quod tractus quidam Baltici maris abluit, reddens Portum optabilem, quo omnes Danorum, Norueorum, itemque Slauorum, ac Semborum Naues, alijque Scythiæ populi pro diuerſis commerciorum neceſſitatibus, ſolemniter conuenire ſolent. In eo ergo Portu, confeſſor Domini egreſſus, inſolita populos appellare cæpit legatione. Quippe Sueones, & Gothi propter varia temporum pericula, & Regum cruentam feritatem Chriſtianæ Religionis penitus obliti fuerant. Sed fauente gratia Dei à Sancto Patre VNNI, denuò ad fidem reuocati ſunt. Perfecto ergo legationis ſuæ miniſterio, eum iam redire diſponeret Euangeliſta Dei, ægritudine correptus, apud Bircam feſſi corporis ſarcinam depoſuit: Obijt autem peracto boni certaminis curſu, anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo, triceſimo ſexto. Cui ſucceſſit in Cathedra venerabilis Adheldagus.

Epiſcopi olim Eccleſ: Doctores nõ Satrapæ aut ductores bellici.

Bellum contra Hungaros. Sal. Anno 933.

HOc in bello tria notanda veniunt: I. Conſultatio ſub Anno 932. quùm Imper. Comitia egit, & Imperij ſtatus conſuluit, quia nouennales induciæ cum Hungaris iam pactæ finitæ eſſent, & ipſi maius tributum poſtulaturi, quid agendum?

Conſulite vobis (ita dixiſſe Henricũ Vvitikindus ſcribit) *ipſis, & quid ſuper hac re faciẽdũ eligite. Theſaurũ diuinis officijs ſanctifica-* LXV. Lib. 1.

Sal. Anno 933. *tumtollam ne, & dabo pro noſtra redemptione*
inimicis? An certè addam cultui diuino pe-
cuniam, & honorem, vt ab ipſo potius redi-
mamur, qui verè noſter extat Creator, & Re-
demptor? Ad hæc populus leuauit voces in al-
tum inquiens: ſe à Deo viuo, & vero omni-
modis deſiderare, quia fidelis, & iuſtus ſit in
omnibus vijs ſuis, & ſanctus in omnibus ope-
ribus ſuis. Operam ſuam deinde promittens
Regi contra gentem acerrimam, dextris in Cę-
lum eleuatis pactum firmauit.

II. *Hungarorum poſtulatio, & contume-*
linoſa tractatio. Non multo poſt Hungaro-
rum legati aduenerunt, & poſtularunt non
LXVI. ſolum munera annua, ſed etiam peculiare
tributum. Verùm non tantùm omnia ip-
ſis negata ſunt, ſed etiam ludibrio habiti,
oblato cane villatico, ſcabioſo auribus, &
Auent. lib. 4. cauda mutilo: *ſe aliud tributum populo falſo-*
rum Deorum cultori pendere peruegat Henri-
cus. Inde apud Teutonas, fabulam, Vgris,
ideſt, Hungaris, canem imperaſſe, ortam cre-
diderim. Hunc tamen canem Hungaris tra-
ditum à Dalamincis Vvitikindus ſcribit,
Hungari (inquit) *iter agentes per Dalaman-*
ciam, ab antiquis opem petunt amicis. Illi
verò ſcientes eos feſtinare ad Saxoniam, Sa-
xoneſque ad pugnandum cum eis paratos, pin-
guiſſimum pro munere eis proijciunt canem, vt
pingui cane ſatiarentur (ita interpretatur
Bælerus) qui macro Henrici acquieſcere
noluere.

III. Hungarorum expeditio *Vgri tàm in-*
Lib. 4. *ſigni contumelia irritati* (ſcribit Auentinus)
arma capiunt, dolo copias augent. Equitum
propemodum innumerabilis turba maiorem
etiam, quàm pro numero, ſpeciem præbens, re-
lictis Boijs, cum quibus & Arnulpho, vt vi-
cinis pacem, initam pridem perſanctè ſerua-
bant, per Franciam, Sclauos, Suenos, Turo-
gos interiora Saxoniæ, vbi Rex verſabatur,
penetrat. Cuncta præda, incendijs, rapina,
luctu complet, paſſim diffunditur: centum am-
plius millia fuiſſe perhibentur. Henricus vo-
LXVII. *tum nuncupat, ſi victoria potiatur, ſe nundi-*
nas ſacrorum ex Germania ſublaturum pro-
mittit. De hoc voto ſilet Krantzius, in reli-
quis concors ſcribit, quod Hungarorum
nuncij *ad ſuos vacui reuertuntur, minitan-*
turque ſubuertere omnia, & parato iam ag-
mine proruunt: vicinos Dalmatas admonent, Krant. Saxon.
vt arma iungant ad vlciſcendos ſe, commea-
tus importent. Illi vbi in Saxones pugnan- 3. c. 8. LXVIII
dum audiuerunt, cum contumelia Hungaros
reliquerunt, quod arma iam breui Saxonum
compeiſſent. Profecti igitur Hungari in Tu-
ringiam perueniunt. Affertur Regi nuncius
repentinus de hoſtium inſolenti agmine. Iam
perniccioſa ægritudine Rex laborabat, & ta-
men ſupra vires egit, vt arma per quatriduum
quanta poterant, iungerentur. Acceſſere vo-
luntarij omnes in hoſtes fidei, & pietatis offi-
cium non grauatè obibant, ſcientes, quid præmij
ſit conſtitutum in eo deficientibus, quid etiam
periculi, ſi non modò prò libertate depugnent.
Iam ad vrbem Chersborg nunciantur hoſtes
caſtra fixiſſe. Rex autem expeditum iam ha-
bens agmen equitum, peditumque fidenter mo-
uit in hoſtes. Vbi ſub mutuum aſpectum ve-
nère exercitus, clamor exoritur, à chriſtianis
quidem Kirie eleiſon, ab Hungaris autem per-
fidis tartareus ſtridor inſonat Hui, Hui, Hui:
manus deinde conſeruntur. Ibi apparuit quid
ſupernum à Chriſtianis poſſit imploratum au-
xilium, quid etiam in armis miles fiducia fe-
rat. Sternuntur perfidi ſine numero, capiuntur
multi: cæleſti munere inſignis, ac mirabilis vi-
ctoria Regi prouenit. Hungari qui ſuperfuere,
lacera velut nauis fragmenta colligentes, no-
ctibus ſe ſubducunt. Rex victor in laudes con- LXIX.
ditoris Dei reſolutus, eius gratia deputauit vi-
ctoriam. Tributa quæ hoſtibus penderet, ver-
tit in vſus pauperum. Nec prætereundum
quod notat Auentinus de tempore pugnæ.
Nactus (inquit) *nebuloſum diem ſubitò inopi-*
natos, palantes hoſtes inuadit, ſternit, cædit,
terga vertere cogit. Qui fugam dedère, à co-
lonis paſſim trucidati ſunt. Cæteris deletis,
ſeptem dumtaxat ſeruati, quos auribus, ma-
nibus, naribus truncatos Rex ad confinia
Hungariæ deduxit. Ite (inquit) *& nuncia-*
te veſtris popularibus, vt de cætero domi ſe con-
tineant, nec aliena appetant: neque ad ea lo-
ca, vbi huiuſmodi in eos carnificina exercetur,
vltrò accedant. Iam Fama tantæ victoriæ
orbem peruaſit, *Magnum, & inæquabile no-* Krãtz. Saxon.
men Henricus Rex per prouincias habebat. Vt 3. c. 8.
Patriæ Pater paſſim à cunctis appellaretur. LXX.
Adierunt illum regnorum (Krant.) *proceres,* Chriſt. Matth.
fidem eius implorantes: inter quos Heribertus
gener

Sal. Anno 933.

gener Hugonis Ducis in Francia, quùm ei Rodulphu Rex aduerſaretur, vt apud illum ſibi eſſet præſidio ſupplicauit. Ille verò ſolita ſibi libertate nihil negabat amicis, quod dono dignum iudicabat. Profectus in Galliam Rex regem alloquitur: perfectò negotio reuertitur in Saxoniam.

Hanc memorabilem (Huldricus, Mutius, & LXII. Luitpr.) *victoriam in triclinio arcis Mersburg Henricus iuſſit depingi, vt ſæpiùs memoria eius occurrens animi voluptatem ex eo ſæpè acciperet.* Inde Principibus gratus, qui forti, ac fida manu pugnauerant, conuiuium ſplendidum Gottingæ in Saxonia apparauit: & poſteris pro victoriæ monumento ludos cataphractorum equitum in Germania inſtituit Anno Sal. 934. (licet apud Goldaſtum) per errorem irrepſerit Annus 938. quos, & legibus ordinauit ſequentibus.

Sal. Anno 934.

LEGES HASTILVDIALES,

Siue de Torneamentis.

De Blaſphemis, Infidelibus, atq; Hæret. CAP. I. *QVod felix, fauſtum, fortunatūq; eſſet; Ludos equeſtres in imperio ſolemniter poſt hac exhibēdos omnibus, qui modò à ſtirpe nobiles eſſent, apertos fore, vt in ijs ſolitis omnibus armorum generibus depugnent: exceptis, ſi qui in Deum, Sacratiſſimam Trinitatem, fidemque, & religionem noſtram Chriſtianam, re aut verbis impij, blaſphemiq; exiſterent. Quales ſi nulli (maiorum ſuorum imaginibus, alijſque rebus freti) decoris in huiuſmodi ludis acquirendi participes facere ſe præſumerent, & arenæ immitterent, iure hos meritiſſimo, adempto equo, ſeptis impoſitum iri, pro gloria, quam arroganter ſperauerint, perpetua infamiæ nota ſignandos.*

De Tranſgreſſoribus, & contemptoribus Imperij, & maieſtatis. CAP. II. *Quicumq; ex Nobilitate ſciens, prudens, aduerſus Cæſaream Maieſtatē, eiuſq; mandata, ſacriue Romani Imperij conſtitutiones verbis, aut factis feeerit, contenderitue, is ignominiæ cauſa in futuris omnibus equeſtribus decurſionibus, & equo mulctetur, & ſeptis impoſitus, quæ meretur pati cogatur.*

De Virginū aut mulierū honeſtarum læſione. CAP. III. *Quicumq; ex Nobilitate fœminā virginem, viduam quamcumq; verbo, aut facto violauerit, earumue bona, vt arces, prædia, pagos, alia, per vim detinuerit, aut vt detineantur operam dederit, is, vt indignus, qui de gloria, & fama incertamen veniat, equi iacturam ſubire cogatur, & poſteà ſeptis, more aliorum, qui inde quacumque alia ex cauſa meruerint, imponatur.*

De Falſarijs, Periuris & Infamibus. CAP. IV. *A futuris ludis arceantur omnes, licet à ſtirpe Nobiles, qui crimen falſi commiſerint, periuri reperti fuerint, infames denique vllo vitæ ſuæ tempore extiterint. Nam ſi ſe tales intrudere conentur, ij, poſtquam equo deturbati fuerint, ſeptis ex more inequitare iubeantur.*

De Proditoribus, & Transfugis, et Homicidis. CAP. V. *Quicumq; Dominū ſuum prodiderit, in acie, expeditione, itinereue per fraudem deſeruerit, aut deſerendi auctor fuerit, fugam quacumque ex cauſa molitus: qui item ciues, & ſubditos ſuos, aut alioqui fidei ſuæ commiſſos non, quatenus boni viri officium eſt, defenderit propugnauerit, & tutos ab omni iniuria præſtiterit, ſed vel ſcelerate alijs vexando propinauit, vel timide, cum minimè opus eſſet, reliquerit, & hoſti in prædam expoſuerit; æquum eſt, vt hic talis à celebrandis ludis imperialibus perpetuò arceatur, aut alioqui equo per ignominiam amiſſo, quæ ſolent alij, talibus exercitijs inter bonos, & fortes viros indigni, ſeptis iniectis patiatur.*

De coniugis aut Domini interfectore. CAP. VI. *Quicumque coniugem clam, palamue e medio ſuſtuliſſet; quique auxilio, aut conſilio Domini ſui legitimi interfectores, ante aut poſt cædem, adiuuiſſent, hi equo adempto ſeptis pro eo inſidere cogantur.*

De Sacrilegis, & viduarū, atq. Orphanorū prædatoribus. CAP. VII. *Quiſquis ſe ſacrilegio polluiſſet, Templis, ſacellisue ſpoliatis, aut viduis, orphaniſue ſua per vim eriperet, detineretue, cum viri boni, & inprimis nobilitatis ſit, hæc talia prohibere, & in alijs punire, hunc equo per notam adempto ſeptis imponant.*

De Diſfidatoribus. CAP. VIII. *Quiſquis non denunciatis inimicitijs hoſtem ſuum adoriretur incautum, aut, iam denunciatis, aliter cum eo ageret, ac belli iure agi cum hoſte permittitur, cor-*

Sal. Anno 934.

raptis ſegetibus, aut vinetis, ita vt rerum pretia hinc creſcere neceſſe haberent: quiſquis item vel per ſe, vel per ſuos clam, aut palam latrocinaretur, & vias infeſtaret, hunc adempto equo &c.

De exactionibus nouis.

CAP. IX. *Quiſquis in imperio, & ſub imperio, in Principatibus, Ducatibus, Comitatibus, Dominijs, inconſultò, & ſine permiſſu Imperatoris, patrimonij ſui amplificandi, & diuitias corradendi ſtudio, nouas & inſolitas ſubditis, aut rebus eorũ, extraneorumue terra, mariue, in vrbe, in agro, in flumine, exactiones imponeret, ita vt hoc nomine commercia damnum acciperent; ſubditique eorum, aut inquilini, extraneiue negotiatores, vicinique iacturam paterentur, hunc equo cum infamiæ nota adempto, &c.*

De adulteris, & ſtupratoribus.

CAP. X. *Quiſquis adulterij reus eſſet, qui aut coniugem habens, aut celebs coniugem alienam, aut velatam, & Deo deuotam, corrupiſſet, ſiue alioqui etiam pudicitiæ fœminarum, virginumque inſidiaretur, aut palam vim afferret, hunc talem equo adempto ſeptis imponant.*

De mercatoribus, & Monopoliſtis.

CAP. XI. *Quiſquis à ſtirpe nobilis non contẽtus bonis, quæ ſibi hæreditario, alioue obtinuiſſet, reditibuſq; ſuis, & quæ ſibi more recepto à colonis ſuis, ſubditis, operis alijs quibuſcumque feudatario, aut quocumque iure alio deberentur, ac ſi à conſilijs Principi alicui eſſet, conſtituta hoc nomine penſione: quiſquam (inquam) his omnibus non contentus, negotiaretur, augendi patrimonij cauſa, coemptiſque frugibus, vino, aut alijs ſpetiebus, rebuſque annonam flagellaret; ludis equeſtribus his prohibeatur; aut ſi decurrere aliorum exemplo præſumeret, equo mulctatus ſepta inſcendere compellatur.*

De Hominibus nouis.

CAP. XII. *Quiſquis recentioris, & nouæ nobilitatis, & non talis vt à ſtirpe nobilitatẽ ſuã, et origine quatuor ſaltem generis auctorũ proximorum gentilitijs inſignibus probare poſſit, is quoque ludis exeſto; aut ſi vnus, pluresue emendicatæ huius nobilitatis cum ijs, quibus ius eſt decurrendi ſeſe permiſcuerint, hi tales verberibus mulctentur, & vbi de equo concurrerint, ſeptis, notæ cauſa, inequitare adigantur.*

CAP. XIII. *Has ſenas quaſi tabulas qui poſtea in decurſionibus violaret, contemneretue, is verberibus aliorum obnoxius eſto; cũ alijſq; omnibus de equo ipſo ſuo concurrere coactus, ludibrij cauſa ſeptis, quibus arena, ſiue locus ſpectaculorum in orbem cingeretur, imponatur; aut nobilitatis, famæ inſignium gentilitiorum denique amiſſionem incurrat. Promulgari autem debent hi duodecim articuli ſolemniter ſemper, ne quis ignorantiam eorum prætendere vnquam poſſet.*

Concluſio. *Volumus ergo, et iubemus, vt deinceps ijdẽ articuli perinde à cõcurſuris in ludis equeſtribus ſeruandi diſciplinę cauſa pronũciẽtur in ſolẽnibus conuentibus, atq; illi à chriſtianis ſimiliter 12. cuſtodiri debent, & in veneratione ſumma proſequendi ſunt, qui Apoſtolorum ſymbolo comprehenduntur. Nobis tamen in omnibus, et Imperij noſtri principibus abſoluta poteſtate ſalua et excepta.*

Hiſce legibus ludos equeſtres Henricus expoſuit. Quos, & priuilegijs etiam decorauit, vt videre eſt apud *Spangerbergium*, & *Goldaſtum*, & *Reuxnerum*, ſeù *Rixnerum*.

Apud Goldaſtum tome 1.

HENRICI I. IMPER. AVG.

Statuta, & Priuilegia Ludorum Equeſtrium, ſiue Haſtiludiorum.

PRimum, vt vrbs, oppidum, ciuitas, municipium, pagus, locus denique quicumque, ludis huiuſmodi deſignatus, hoſpitiaquè ipſius, non intra muros tantùm, ſed extra muros etiã, quà ſe ius, & limites eius porrigunt, liberè pateant omnibus, & quibuſcumque ludos illos concelebrare, ſpectareuè cupientibus, exceptis hæreticis, latronibus, & proditoribus. Alijs omnibus cuiuſcumque ſtatus hominibus immunitas ſit, & liber commeatus, non tantum ijs diebus, quibus ludi edentur, ſed & quatuordecim ante, ac totidem poſt eoſdem ludos; de quo voce præconis omnes ſint admonendi.

II. Inde vt area ludorum, octo diebus ante ſolemnem, & indictum eorum diem ſepiatur, & muniatur; inferneque etiam equetur, præparetur, ſternatur, vt ſæpiri, muniri, æquari, præparari, ſterni loca ſimilia ab omni tempore moris eſſet.

III. Vt eodem hoc temporis ſpatio non alio

iure

Sal. Anno 934.

iure decurſuri quàm equeſtribus ludis ſolito, & familiari vtantur, exceptione aduerſus eos tuti, qui aliud eos ſubire iubeant.

IV. Vti ne quis ſub Sacramenti violatione areæ equeſtri decurſurus ſe immittant, qui non priùs peccata ſua expiauerit, & Deo ſe reconciliauerit.

V. Vti ne quis ignobilis galeam ſortitioni offerat, vt ad decurrendum ſe præparet; niſi incurrere velit pœnam viginti marcarum argenti; præter armorum, & equi iacturam; quorum hic cedet familiæ, illa Heroltis ſiue Regibus armorum.

VI. Vt qui à ſtirpe nobilis duxerit vxorem imparem, & non ex nobilitate; perinde ſciat interdictos ſibi hos ludos, atque ignobilibus impunitate data, ſi talis aliquis eis ſe immiſcuerit, hunc more ſolemni verberibus mulctandi, & alijs conſuetis pœnis afficiendi, cum neque filij ex huiuſmodi inæqualibus nuptijs nati, neque nepotes in tertiam vſque ſtirpem ad eoſdem ludos admittendi conanteſque ſe intrudere, yſdem quibus parentes pœnis plectendi ſint: niſi ſi hi tales fratrem aut conſanguineum habeant, ludorum iure fruentem, quod ex inſignium ratione palam ſit, quo caſu is vicem agnati ſui luere poterit.

VII. Vt in ludis ſingulis ſinguli quoque ex vnaquaque familia tantum admittantur, niſi ſi qui alij erunt, qui iàm ante equeſtri dignitate condecorati, pro ſe rem peculiariter gerant, cum alij pro familiæ ſuæ fama, & gloria in certamen prodire cogantur.

VIII. Vti in ludis, communibus expenſis, & ſumptibus, nemo comitatior prodeat, quàm ſextus in equo, ſi comes ſit; quartus, ſi Baro; tertius, ſi Eques; ſecundus ſi ex nobilitate quilibet; præter quos, ſi plures quis adduxerit, priuatis eos ſibi ſumptibus alendos ne ignoret.

IX. Vti ſi quis rata nobilitatis erit, qui in vnum, aut plures. Quos habes ſupra. Duodecim articulorum, in ludis equeſtribus obſeruandorum, commiſerit, & nihilominus cum reliquis decurrere præſumat, pro familiæ ſuæ gloria: hunc Sodalitij, in quo nomen dederit ſeruus publicus vni ex Heroltis indicet; vt ſimul inſignia eius in arena conſpecta fuerint, verberibus de more mulctetur; niſi ſi quis ex eadem familia culpam conſanguinei ſui purgare paratus erit; quod Heroltus Regi Circuli, ſub quo ſuccedaneus is cenſetur, indicare tenetur, vt ita cum priore illo mitiùs agatur. Similiter idem Heroltus, vbi arma, inſigniaq; eius agnouerit, qui pro altero pena, & decurſioni ſe offert, proclamare debet, talem aut talem, adiecto nomine, & cognomine eius, pro alio conſanguineo ſuo, cum & ſub his armis, penæ & iuri equeſtri ſe ſubmittere, vt ſpectatores, & præcipuè matronæ, virgineſque Aulicæ pro alio eum hæc pati, non pro ſe intelligant. Quod ſi verò aliquis animaduerſione dignus pro ſe ipſe decurrere velit, eius rei facilè ei ſit gratia; ſed ita, vt priore loco de incurſa pœna admoneatur. Cuius deuitandæ cauſa ſi mox emanſerit, & decurſum, vt ſpoponderat, non venerit, ad proximos inde ludos citatur. Quos ſi item non obierit, rurſum ad alios proximos ludos citatur familia eius vniuerſa, admonita, vt aut ipſum emanſorem, aut eius loco duos alios ſuæ familiæ, nominis, & inſignium, penæ ludorum ſiſtat; ſciens ſi ſecus fecerit, ſe iure decurrendi in talibus ludis in poſterum ſpoliandum, nec ſe tantum, ſed & eos qui ex ea coniuges ſibi optauerint, liberoſque ex tali coniugio natos; licet primi illi retrò in ludis huiuſmodi certauerint, in quibus deinde admittendi non ſunt, niſi ritè Regi ſui Circuli ſe purgauerint, & digni venia viſi fuerint; quod cum accidit, perinde ac ſi numquam ludis adhuc decurriſſent, pro nouitijs excipiendis, & ſeptis inducendi ſunt.

X. Die verò ipſo ludorum, tenentur decurſuri ad ſuum quiſque Regem deuenire, & nomen profiteri, non minus tribus Heroltis præſentibus, vt illud matricibus inſcribatur, atque ibi monentur, ne in ludis equo mordaci, calcitroſo, ſternacique vtantur; niſi pœna huic rei ſtatuta, & verberibus mulctari velint: deinde ita optata omnia ſua arma habeant, ut nemini illa nocere poſſint, aut extantibus acuminibus, præacutiſque extremitatibus lædere quemquam ualeant. Telis etiam non alijs utantur, quàm claua equeſtri, & gladio: quæ ipſa quoque ad ſolitum ludis morem haberi, & inſpici debeant. Hæc qui ita, ut diximus prouiderit, is demum galeam ſortitioni offerre, in certamen deſcendere, & obſeruato ludorum iure, ac ceremonijs, cum quouis decurrere, & uires ſuas periclitari poterit.

XI. At-

Sal. Anno 934.

XI. Atquè hactenus de ijs, quæ ante decurſionem fieri par eſt; qua vbi erit celebrata, rurſum quiſque ad ſui circuli Regem accedet, teſtimonium decurſionis ſcripto comprehenſum petiturus; quod tamen non niſi duobus Regibus ludorum, duobuſque Heroltis preſentibus datur, qui in hac re ei, qui ipſe non decurrerit, ſub periurij, & violati Sacramenti pœna gratificari prohibentur. Scriptum autem huiuſmodi ipſi Reges, cum adiectione circuli, cuius nomine præſident, nominis ſui ſubſcriptione muniunt. Sed hoc Regiæ, Ducalis, aut Principalis dignitatis perſonæ non indigent: quoniam Reges ſui Regni corona, Principes, & Duces ſerto caput adumbrare contenti, non ſolent perinde, vt alij in his ludicris pugnis illud adornare; quemadmodum nec ſodalitati vlli ſe inſerere; quod tamen inferioris dignitatis omnes non ſolum faciunt, verum etiam facere tenentur.

2. Poſt ſolemnes autem hos ludos, qui ſunt grauis armaturæ; aliæ quoque digladiationes ſequi ſolent, & puris haſtis concurſiones, deque curſu certamina. Chori item, & tripudia, ad numeroſque ſaltationes.

3. Præterea gratiarum actiones dicuntur, & brauià donantur ijs, qui de ſingulis circulis armorum laude primi iudicati fuerint.

4. Reges quoque ludorum, nouis ad hoc officium deſignatis, adminiſtrationis ſuæ rationes reddunt; præſentibus ex quoque circulo minimum tribus, qui ijs ludis decurrerint; quorum etiam eſt acta Regum ſuorum ſuis ſubſcriptionibus, & ſignis communire.

XII. Hoc quoque obſeruandum, vt omnibus iam ad ludos exhibendos præparatis deligantur, ex ſingulis circulis duo, quorum quatuor diſciplinæ ludicræ, quatuor ſeptorum cuſtodiæ deputentur, vt hi, ordinibus iam partitis, & diſtributis, funes incidant, atque ita viam decurſuris aperiant, animaduertantque in eos, qui animaduerſione dignum aliquid admiſerint; iſti cum videbitur ſignum receptui tuba dari iubeant; quo audito depugnantes omiſſis clauis ſuis, gladijs rem gerere incipiant, & alij, aliorum clenodia conſcindere, & diloricare contendant, quo facto ſepta recluduntur, vtpote ritè omnibus, quæ ad ludorum ſolemnia pertinent, adminiſtratis. Statutum in Maidenburgo, die Sabathi poſt octauam trium Regum, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXXVIII. in præſentia omnium Procerum, & optimatum Imperij ex Germania, Gallia, & Sclauorum gentibus conuocatorum, quorũ hæc ſunt nomina iuxta diſtributionem exercituum, quos Imperator contra hoſtes Imperij ordinauerat ad eius magnitudinẽ conſeruandã, & augmẽtandam.

HENRICVS IMPERATOR, ET REX FRANCORVM,

Duces, & Principes.

Gotſchalcus Dux Hollandiæ.
Barnimus Princeps Pomeraniæ, & Vinidarum.
Arnoldus Palatinus Saxoniæ.
Ioannes Palatinus Thuringiæ.
Fridericus Burggrauius Meydburgenſis.
Theodo Princeps, & Comes Vvittenſis.
Bilmarus Princeps Ruſſiæ.
Boleslaus Princeps Delmantziæ.
Reinerus Comes Prouincialis Thuringiæ.
Otho Comes limitaneus, ſeu Marchio Sta-
Otho Comes, & Princeps Aſcaniæ. (denſis.

COMITES, ET BARONES.

Vlricus Comes Aldenburgenſis.
Philippus Comes Valeſius.
Reinerus Comes Harracortius.
Guntherus Comes Schuuartzburgenſis.
Erneſtus Comes à Vveiſſenfels.
Sigiſmundus Comes à Gleichen.
Ioannes Burggrauius à Leiſneck.
Vvilhelmus Comes à Greutſch.
Ludouicus Comes ab Eberſtein.
Ioannes Comes ab Eiſenburg.
Rupertus Comes Rettelius.
Enricus Comes à Vvinſenburg.
Fridericus Comes à Vvunſdorff.
Vvilhelmus Comes Vffenſis.
Vvilhelmus Comes Lovuenrode.
Theodorus Comes à Rochlitz.

Hen-

Sal. Anno 934.

Henricus Comes Pedemontanus.
Sigiſmundus Comes Alenconius.
Henricus Comes à Brenn.
Ioannes Comes à Leiſneck.
Rudolphus Rhauugrauius à Caſſel.
Erneſtus Comes à Vvoldenburg.
Bruno Comes ab Eckersberg.
Erricus Comes à Pein.
Vvilhelmus Comes ab Arnſhag.
Andreas Comes à Lobdiburg.
Philippus Comes Norttingenſis.
Vvernerus Comes à Ploytſigk.

CONRADVS PALATINVS RHENI,

Duces, ac Principes.

Eberardus Dux Alſatiæ.
Paulus Dux Barrenſis.
Antonius Marchio Pontamonſonij.
Arnoldus Dux Borboniorum.
Ioannes Dux Limburgenſis.
Ligorius Comes Burgundiæ.
Enricus Comes Molleſinij.

COMITES, ET BARONES.

Vveckerus Comes Bipontinus.
Ioannes Comes Sarbrucken.
Dieterus Comes à Vvitgenſtern.
Fridericus Comes à Lone.
Paulus Comes ab Horn.
Vvilhelmus Comes Limburgenſis.
Vvilhelmus Comes à Deckelnburg.
Vvilhelmus Comes Solmenſis.
Vvilhelmus Comes à Manderſcheid.
Philippus Comes à Veldentz.
Vvilhelmus Comes à Dieſt.
Ioannes Comes à Blanckenburg.
Vvolffangus Comes Dagſburgenſis.
Vvolffangus Comes Benthemius.
Philippus Comes à Rheingrauenſtein.
Henricus Comes Salmenſis.

HERMANNVS DVX SVEVIAE,

Duces, ac Principes.

Etticho Dux Bauariæ Superioribus.
Henricus Dux Lotharingiæ.
Princeslaus Dux Croatiæ.
Fridericus Dux Arduennæ.
Gerardus Marchio Iuliacenſis.
Gotvvaldus Comes, & Dominus Hennebergenſis.
Radeboto iunior, Dux Meronis, & Comes ab Andechs.
Carolus Princeps Aſcaniæ.
Ludouicus Comes Montisbeliardi.

COMITES, ET BARONES.

Fridericus Comes ab Helffenſtein,
Ioannes Comes Pedemontanus.
Rudolfus Comes à Zollern.
Illiricus Comes ab Vrach.
Georgius Comes à Feldkirch.
Ludouicus Comes Tubingenſis.
Vvilhelmus Comes à Maſax.
Vvilhelmus Comes à Iuſtingen.
Ioannes Dominus à Brandis.
Rudolphus Comes à Vverdenberg.
Emichus Comes Gruningenſis.
Ernfridus Comes ab Herraberg.
Ludouicus Comes à Ppirdt, & Dominus à Rochio.
Vvilhelmus Comes ab Achelm.
Henricus Comes à Dalfaltz.
Gotfridus Dominus à Stoeffeln.
Fridericus Dominus ab Hohenſtauffen.

BER-

Sal. Anno 934.

BERCHTOLDVS DVX BAVARIAE,

Duces, ac Principes.

Eberardus Dux Bauariæ.
Albertus Landtgrauius Alſatiæ.
Ioannes Princeps Sampaniæ.
Arnoldus Princeps à Scheyern.
Vvenceslaus Dux Bohemiæ.
Melchior Marchio Iſtriæ.
Otho Princeps Vchtlandiæ.
Ludouicus Marchio Seſſę, & Com. Sabaudię.

COMITES, ET BARONES.

Reinerus Comes Hannoniæ.
Fridericus Comes ab Hohenvuard.
Conon Comes à Reinfelden.
Hauguualdus Comes à Kiburg, & Thuling.
Rupertus Com. Andegauenſis, & Pariſioru͂.
Ioannes Comes à Thrumberg.
Burchardus Comes à Veringen.
Fridericus Comes ab Hohendruchading.
Eberhardus Comes à Sempt.
Ernestus Comes ab Hirsberg.
Eberardus Comes Oningenſis.
Conradus Comes à Lutzelſtein.
Philippus Comes ab Eberſtein.
Ecbertus Comes Veromanduæ.
Fridericus Comes à Veldentz.
Radebotto Comes ab Hohenbogen.
Ludouicus Comes à Saruuerden.
Albertus Dominus ab Eynenberg.

CONRADVS DVX FRANCIAE ORIENTALIS.

Duces, ac Principes.

Vicetislaus Dux Bohemiæ.
Dedo Dux Vveſtphaliæ.
Henricus Dux Meronis.
Etthico Dux ab Engern.

COMITES, ET BARONES.

Arnoldus II. Comes Flandriæ.
Claudius Comes Tholoſanus.
Fridericus Comes Montisbeliardi.
Vvilhelmus Comes Vaudemontius.
Henricus Burggrauius Neoburgenſis.
Otho Comes à Rineck.
Fridericus Comes Aſpermontenſis.
Albertus Comes à Firnenberg.
Rupertus Comes Schluſſelburgenſis.
Arnoldus Comes Hollandiæ.
Ioannes Comes Geneuenſis.
Antonius Comes Bononienſis.
Ludouicus Comes Armeniacus.
Ioannes Comes à Caſtel.
Otho Comes Arnsbergenſis.
Vvilhelmus Comes Pfavuenburgenſis.
Vlricus Comes ab Hanavu.
Vvolffgangus Comes ab Hohenloe.
Vvilhelmus Comes Vvaldeccenſis.
Eberhardus Comes Raffenſpergenſis.
Philippus Comes Monticy.
Henricus Comes à Kammerſtein.

OTHO DVX THVRINGIAE, MAIOR FILIVS IMPERATORIS.

Duces, ac Principes.

Voldemarus Dux Iutlandiæ.
Vatislaus Dux Croatiæ.
Artuvinus Dux Surbenſis.
Philippus Comes Arteſiæ.
Radebotto Dux Ruſſiæ.
Vinceslaus Princeps Rugiæ.
Carolus Marchio Pōtamōfonij. (Seuſſelitz.
Fridericus Com. Eylnburgēſis Burgrauius: à

COMITES, ET BARONES.

Vvilhelmus Comes Niuerſius.
Rodulſus Comes Auergninus.
Otho Comes Altenburgenſis.
Fridericus Comes à Rietberg.
Georgius Comes Homburgenſis.
Siboldus Comes à Ringelen.
Henricus Comes à Biberſtein.
Fridericus Comes à Kolditz.
Henricus Comes Hoyæ.
Vvernerus Comes à Gutsgavu.
Otho Comes Mansfeldiæ.
Philippus Comes Blieſſenſis.
Vvilhelmus Comes à Vvolckeſtein.
Gerardus Comes à Seyn.
Reinrus Comes Zutphaniæ.
Vvilhelmus Comes à Dieffalden.
Vvilhelmus Comes à Bryanny.
Vviprechtus Comes à Leiningen.
Vvilhelmus Comes à Kirburg.
Erneſtus Comes à Spigelberg.
Henricus Comes ab Arnſtein.
Erneſtus Dominus Marbergenſis.
Erneſtus Dominus à Vvaringrod.

ARNOLDVS DVX BAVARIAE.

Duces, ac Principes.

Rupertus Dux Burgundiæ.
Fridericus Dux Barrenſis.
Otho Marchio Fráciæ Oriētalis Nortgouię.
Crotomislaus Marggrauius à Merhern.

HENRICVS DVX SAXONIAE ALTER IMPERATORIS FILIVS.

Duces, ac Principes.

Rodulphus Dux Bauariæ ſuperioris.
Eſico Princeps Aſcaniæ.
Ioannes Burggrauius à Zorbick.
Aldebertus Comes à Morsberg.

PRINCIPES IMPERII SEORSIM VOCATI.

Vratislaus Dux Sileſiorum.
Eberardus Dux Lotharingiæ.
Meſico Dux Poloniæ.
Gotfridus Dux Thungrenſis, & Bullonenſis.
Meſtebæus Princeps Vinidarum.
Vratislaus Dux Pomeraniæ, & Vinidarum.
Meſtrico Dux Sileſiæ.
Vratislaus Dux Bohemiæ.
Rudigeus Marchis Auſtriæ.
Polislaus Marchio à Merhern.
Vislaus Princeps Milſiniorum.

COMITES IMPERII SEORSIM VOCATI.

Theodoricus II. Comes Hollandiæ.
Eſico Comes Aſcaniæ.
Gunthramus Comes Habſpurgenſis.
Vvilhelmus Comes Montfortenſis.
Conradus Comes à Kal.
Ludouicus Comes à Furſtenberg.
Henricus Comes Vverthemiæ.
Henricus Comes Hennenbergenſis.
Arnoldus Comes Cliuiæ.
Otho Comes Naſſauienſis.
Vvolffgangus Comes à Katxenelnbogen.
Adolphus Comes à Reineck.

LXXV. Prima ludorum ſolemnitas Magdeburgi celebrata eſt, quibus Henricus Imper. ipſe interfuit, & ibi 974. galeæ repreſentatæ ſunt. In his *tanta eminentia ſuperaſſe omnes* (apud Vvitikindum Henricus legitur) *vt terrorem cæteris oſtentaret.* LXXVI.

Sal. Anno 934.

EPISCOPATVS AB HENRICO I. IMPER. ERECTI.

CONfuſio temporũ quærit: vt ſeorſim de Epiſcopatuum erectione agamus, eorumq; nomina noſtris renouata faſtis ex antiquitatis reſurgant monimentis. *Henricus* (ait Krantzius) *vbi omnia circumſpexit, collegium canonicorum, quod VVedeKindus tritauus fundauerat in VVallerslene: conſtituitque eo loco Epiſcopum, ſanctitate præcipuum virum, Marcum, qui eam Eccleſiam per ſua tempora Deiformiter regebat, multis clareſceus miraculis in vita, & in morte: ſolusque eius loci fuit antiſtes. Nam Otto Magnus, Henrici filius, ſumptum inde Epiſcopatum tranſtulit in Magdeburg, magnificauitque illum, vt eſſet Metropolita eius regionis, quod ſuo tempore dicetur. Idem Henricus. in oppido Miſna fundauit Epiſcopatum ad Albim fluuium, muniuitque vrbem, vt erat præſidium aduerſus incurſiones barbarorum. Erat autem ea tempeſtate omnis Miſna ditionis Saxoniæ. Reliqua ſub antiquitatis latẽt cæmentis.*

LXXVII (margin, beside "nicorum, quod VVedeKindus …")

MONASTERIA, ET ECCLESIAE AB HENRICO I. IMPERATORE ERECTAE.

Gabriel Bucel. part. 2. Germ. Sacra.

QVedliburgenſe Virginum archiſteriũ erexiſſe inter multa Henricus legitur. Eiq; Methilda Ottonis M. ſoror, Henrici filia Abbatiſſa I. pręficitur. *Sal. An.* 930.

Inter Eccleſias ab Henrico erectas ſunt Miſnenſis, Brandeburgenſis, Hauelbergenſis, pleræque aliæ ab Henrico inchoatæ, ab Othone filio abſolutæ. (Chriſt. Math.)

Anno Sal. 936.

HENRICI I. OBITVS, ET OTHONIS M. SVCCESSIO.

COmpoſitis circumquaque rebus Henricus, perdomitiſque rebellibus,
LXXV-VIII. *poſtremò Romam proficiſci ſtatuit: ſed infirmitate correptus iter intermiſit. Decubuit autem in caſtello, quod eſt inter Turingorum, & Saxonum confinia,* & dicitur *Himeleuna*, Priuſquàm verò decederet, *Quum ſe iam morbo grauari ſenſiſſet Henricus, conuocatis* (vt ait Krantzius) *proceribus, deſignauit Ottonem filium regem, cæteris prædia cum theſauris diſtribuens. Sequutus eſt exemplum prædeceſſoris ſui Conradi, qui ſe moriens regem declaraſ-*
LXXIX. *ſet. Nec longe erat ab conſuetudine Karolinorum, vt deſignaret pater, quem vellet ex filijs ſibi in imperio ſurrogari. Nam Karolus Magnus aſſumpſit viuens Ludouicum, & ille Lotharium filium conſortem fecit Imperij. Nondum enim erat legitima electionis forma, quæ in Ottonis III. nouiſſimis annis (quod dicemus) eſt inſtituta: Ottonem ergo qui filiorum maximus erat natu, & fratrum optimus omni regno præfecit.* Imminebat enim, rex prudentiſſimè (Henricũ alloquitur Luitprandus) obitu tuo totius populi caſus, ſi tantus regiæ dignitati non ſubiret Vicarius. Quaex re in amborum laudẽ hos pangimus Verſus.

(Margin: Krant. 3. Saxo. c. 13. — Luitpr. lib. 4. c. 7. — Krant. l. 3. c. 13. Saxon. — Cap. 7. lib. 4.)

Ipſe, qui quondam ſuperare gentes
Impias bello ſolitus cruento,
Nouimus tunc, rex, dederis popello
Morte quàm magnas propria ruinas.
Turba certatim viduata caro
Rege iam ceſſet lacrymare: quando
Alter exurgit ſimilis cluenti
Filius patri, venerandus orbi
Rex OTHO: gentes ditione magna
Qui premet, pacemq; feret beatam.
Quicquid Henrici perijt receſſu,
Præſtitit claro populis hic ortu,
Blandus & mitis, patienſque ſanctis
Peſtifer duris, rabiduſq; ſæuis.
Bella nonnullis tibi ſunt gerunda:
Ex quibus nomen referens in aſtra,
Cuncta calcabis pedibus per orbem,
Quæ premit tardus radians Bootes,
Et quibus nomen dedit heſper almus
Lucifer rurſus vocitatus idem,
Surgit eoo properans coruſco.

Teſtamento itaq; legitimè facto (ſubiungit Krantzius,) & rebus ex more Chriſtiano compoſitis, *defunctus eſt Henricus Anno Regni ſui XVII. Vita autem LX.*

Eius exequias magnificè, & piè celebra- (Saxon. l. 3. c. 13.)

tas

Sal. Anno 936. tas ab Henrici Vxore Mecthilde Luitpran-
dus ſcribit: *Henrici corpus in Saxoniam de-*
LXXX. *portatum in nobiliſſimarum, ac religioſiſſima-*
rum Monaſterio puellarum, quod in ipſius Re-
gis prædio, vocabulo Quintelingaburch ſitum
liquet, in Eccleſia cum immenſa eſt veneratio-
ne repoſitum. Vbi & venerabilis eius coniux,
Regniq; conſors ex eadem gente nomine Ma-
LXXXI. *thildis, vltra omnes quas viderim, & au-*
dierim matronas pro delictorum expiatio-
ne celebre exequiarum officium, viuam Deo ho-
ſtiam offerre non deſinit. Addit Sigebertus
quod *Mons vbi Rex Henricus ſepultus eſt,*
poſtea flammas in multis locis euomebat.

Henrici vitam vno deſcriptam Symbo-
lo apud Dodonem Richea legimus *in par. 2.* LXXXII
Scena 5. Symbol. 104.
Piger ad pęnas, ad præmia velox LXXXIII.

Tumuli tandem Inſcriptionem ſequen-
tem refert *Nicolaus Reuſnerus.*

Saxonię primus poſt Francos impero Cęſar
Henricus, patrię gloria prima mea.
Aucupor, aucupiumque meum ſunt Romula regna:
Cura ſed aucupÿ non fuit illa mei.
Fortunę ſecura nitet Dijs proxima virtus:
Quem cupidis vltrò paſſibus ambit honor.
Arnulphum vici ſine vi, ſine ſanguine, Boium:
Sed rubet Hunnorum ripa cruore Salę.
Fine diem placido, Patrię pater, arbiter Orbis,
Plurima Rex obeo poſt benefacta ſenex.

ATLANTIS SENECTVS.

SEV PERIODICA REGNA.

CAPVT TERTIVM.

1. *Cum Regibus regna ſeneſcunt, & eadunt, & cur?* 48.
2. *Reges ſuperno tenentur ſtare decreto.*
3. *Cur dictum* hominibus omnibus *datum mori?*
4. *Regna Fato auferuntur, & dantur.* 26. 28. 35. 36.
5. *Caroli V. & Franciſci I. lemata.*
6. *Alex. Mag. vult vt Deus adorari.*
7. *Irridetur à ſuis.*
8. *Menecratis ſuperbiam quomodo Philippus Macedo redargueret.*
9. *Ioſephus fratrum minor natu, cur primus moreretur?*
10. *Principis vita breuis.*
11. *In curru Ezechielis cur Bos ſuper reliquos extollatur?*
12. *Deus quid agat?*
13. *Herodis Agrippæ dictum, cum ſalutaretur vt Deus.*
14. *Subditorum adulatio facit principes inſanire.*
15. *Non debet princeps pati ſe nominari Deū.*
16. *Philippus Macedo quomodo gereret humanitatis memoriam?*
17. *Bithiniæ Populi cur iuxta Solem tribunal ponerent?*
18. *Attila non patitur à Dijs originem trahere.*
19. *Ageſilaus quomodo redargueret illum dicentes Deum.*
20. *Cur Dæmon permitteretur regna Chriſto oſtentare?*
21. *Scala Iacob. Quid figuret?*
22. *Quid ageret Dominus ſuper ſcalam Iacob?* 27.
23. *Angeli digladiantes in Scala Iacob pro tutela regnorum.*
24. *Regnorum morbi qui ſint?*
25. *Tribus Beniamin cur caderet?*
27. *Iuſtitia non ſubiacet humanæ viciſſitudini.*
29. *Velocius relabuntur regna, quàm aſcendant.*
30. *Anni hominum.*
31. *Annos mundi, & regnorum nemo ſcit.*
32. *Totius orbis Dominus nemo fuit.*
33. *Regnorum fatales termini.*
34. *Cur Auguſtus vellet terminari Romanorum imperium?*
36. *Imperij æmulos Titus ſolùm admonuit. Cur?*
37. *Succeſſorem ſuum nemo occidit.*
38. *Moyſes Fato ſeruatur ab illis, quos occiſurus erat.*
39. *Reges ab hoſtibus Fato ſeruati.*
40. *Vt hominibus ita, & ciuitatibus ſua ſunt Fata.*
41. *Seleucia qua fatali hora extrueretur?*
42. *Fata vrbium viſibilia.*
43. *Hebræorum Fata in quo conſiſterent?*
44. *Vt impleantur Fata, tumultus ſæpe oriuntur.*
45. *Sereniſſimi cur Reges dicantur?*
46. *Symbola regnorum.*
47. *Deus non poteſt regnis æternitatem dare.*
49. *Deus vult Rex ſolus haberi.*
50. *Terra promiſſionis cur non poſſet vendi iure perpetuò?*
51. *Canutii Regis Anglorum de regno ſententia.*
52. *Sybilla Tiburtina in Ara Cæli Chriſtum vidit, & monſtrauit Auguſto.*
53. *Reges cur dicantur Dij Terræ?*

1. ATtendite Reges, auribus percipite Principes, ad vos enim ſunt hi ſermones mei fatur Francorum Atlas Conradus Occid. Imper. X. Cum regibus regna cadunt; cum nobiſcum imperia ſeneſcant, ſuperſtiti fratri hoſtem præferimus; & Fati miniſter morientis Imperatoris elogium, licet exhæredatus frater proco ſeruabit. Cæſar quondam, nunc caducea-

tor

tor hoſti ſigna defert Imperij, vt in illo re-
gnorum imperſcrutabili Fato, aſſequamini
II. tandem, & Regum eſſe, ſtare decreto. Huic
velint nolint, ſubſcribunt Reges, cum in
Regnorum cęmentis legunt, *Hic Troia fuit.*
Regi, & Regno decreta ſenectus vno in ho-
mine cunctis creatis dictum annuit: *Sta-
tutum eſt omnibus hominibus ſemel mori.* Si
III. hominibus, cur hominibus omnibus? in-
diuidua enim minimè excipit, qui ſpetiem
profert. Indefinitum ſi æquipollet vni-
uerſali, elegans non patitur ſermo; vt ho-
minibus, adiungas omnibus. Sed dicas,
& repetas hominibus omnibus: quia quod
elegantia reſpuit, neceſſitas reuocat, & cla-
ritas non abhorret. Omnibus, genericè ſu-
mas, nempè creatis; à quibus ne humana
ſpeties credatur exempta, hominibus adiũ-
git. Vel hominibus traducit in omnibus,
quaſi in genera ſpetiem diffundat, ne homo
imaginario diſcrimine differre præſume-
ret.

Nulli enim Lacheſis parcit honori, vt perbelle pinxit Dodo Richea.



Sub hoc Fato, quod rebus vel imponunt cę-
lites; vel vitia noſtra elaborant, hominum,
Regum, Regnorum iuſtitiam etiam ſene-
IV. ſcere, ac tandem mori, docet Imperium
à Francis in Saxones traductum. A Re-
gibus ſi exordiar, en *omnes morimur* (in
Dauidem improperat Thecua,) *& quaſi*
2.Reg. 14.n.14. *aquæ dilabimur ſuper terram, quæ non reuer-
tuntur.* Quid *aquæ* ſpumam dicit Oſeas:
*Tranſire fecit Samaria Regem ſuum, quaſi
ſpumam ſuper faciem aquæ.* Et *defecerunt in*
Oſea 10 n.7. *vanitate dies eorum.* Prophetarum hiſce
queſtibus, poſtremas ſi adiungas viciſſitu-
Pſal.77. n.23. dines; Gallorum Regem Franciſcum I. ne
prętereas: A Romanorum Imperatore Ca- V.
rolo V. victus, Madriti cum detineretur ca-
ptiuus; ſymbolum *Plus vltra* in pariete of-
fendens, quod ſibi ambitioſè Germanus
delegerat, ſubſcripſit Gallus, *Hodiè mihi,
cras tibi*: vt humanam Carolo redargueret
viciſſitudinem, quæ Reges tollit in altum,
vt lapſu grauiore ruant; Cum relegeret Ca-
rolus, vt Antagoniſtam ſuum ſecuriori hu-
militatis nempè, præmeret triumpho, adiè-
cit *me hominem fateor.* Se hominem fatetur
fœlix, nè fatuum ſe agnoſcat infęlix; vt M. VI.
ille Alexander, qui cum Iouis Hammonis
filius credi vellet, nonniſi ex vulnere morta-

litatem

Q. Curt. lib. 8. in Alex. litatem agnouit, & cum ægri corporis vitia ſentiret. *Omnes iurant*, (inquit) *me Iouis eſſe filium, ſed vulnus hoc hominem me eſſe clamat*. Vel cum Plutarcho. *Hic ſanguis*
VII. *non eſt Dijs, vt ſolitus manare Beatis*. Ægrotanti eidem Alexandro cum potabile pharmacum pararet medicus, tali legitur notaſſe argutia Anaxarchus. *Noſtro Deo ſpes omnis in ſorbillatione poſita eſt*. Lacedemonij proindè, petentem à Græcis, vt publico decreto Deum facerent, ſtatuerunt: *Quoniam Alexander Deus eſſe vult, eſto*. Cum ſanus deſinit, ſannio incipiat ab homine ad Deum aſcendere. Vel vt regali dicendi libertate Medicum Menecratem
VIII. Philippus Macedo redarguiſſe legitur. Cum enim roganti Philippo, vt Macedoniam pe-
Athen. 7.c.13. teret, & ad ſe veniret, inſolenter reſpondit? *Tu quidem Macedoniæ Rex, ego artis medendi. Tu ſanos interficere potes, ægrotantes ego ſeruare. Tu Macedonibus ſtipatus incedis, ego verò omnibus, ſi quidem ego Iupiter ipſis vitam præbeo*. Sannienti epiſtolæ paucis reſcripſit Philippus, *Menecrati ſanitatem*. Regalem ſuperbiam cum præuideret natura, dierum rotauit curriculo, quia corã Deo vt
IX. homo ſtaret, qui corã homine videri gaude-
Geneſ. 50.n.23. bat vt Deus. Inde Ioſephus inter Iacob filios nouiſſimo proximus, primus obijt, quia omniũ Princeps: *Omnis enim* (habet Eccleſiaſt.)
C. 10. n. 11. *Potentatus breuis eſt vita*. Illo in curru, quem
X. trahebant Boues, Leones, Aquilæ, Homi-
XI. nes; regium quodlibet animal, & in ſuo genere Princeps; ſolus ſuper reliquos Bos extollitur, licet fortitudine Leo, acumine Aquila, prudentia homo Boui præcederet; vt eorum ceruices veluti tellurem calcaret, ipſi verò Bouis vngulis arati, ex eodem luto ac reliqui ſe compactos agnoſcerent homines; vel in ſimilitudinem coruſcantis fulguris reuerterentur, cum ſuperbirent. Io-
XII. uis hoc eſt officium, reſpondit Æſopus Phryx, quùm interrogatus, quid Iupiter
Laert. de Vit. Phil. ageret? *Excelſa deprimit, depreſſa extollit*. Deprimit Superum æmulos, qui Reges ſunt, quorum tragedias ſub annuo ferè cum offendis tributo; Herodem Agrippam ne pertranſeas, palpanti turbæ blandientem, a
XIII. qua ſalutabatur vt Deus; Sed illuſus, cum Deos luderet; qui vnum Deum Regum omnium ſolum non agnouerat Dominum, bubonis ferali præludio ſupra caput ſuum inſidentis, à bruto didicit, quod dediſcerat inter homines, ſe hominem eſſe. *En ego* (inquit ad aulicos, cum excruciaretur præcordijs) *veſtra appellatione Deus, vitam relinquere iubeor, fatali neceſſitate coarguente veſtrum mendacium, & quem immortalem ſalutaſtis, mox efferetis*. At ſi in numero Deorum, Reges noſtros extollimus, quid querimur, & eorum inſimulamus ſuperbiam? noſtra adulatio facit principes inſanire. Si mortalium aſſentationibus irretiti Leones, viſi ſunt regia via incedere, & quaſi redarij Cæſarum ducere triũphos? Si bruta noſtris blanditijs rationalia facimus? cur ex rationali irrationalem non facies hominem? *quia immortalem me ſalutaſtis* (Agrippa increpat) *vitam ego relinquere iubeor*, & veſtræ *aſſentationis pœnam ſoluo*. Impari licet obſtringamur piaculo; vos blandiendo, ego annuendo, pœna maiori crucior; quia *Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire*, aiebat Antigonus ille, qui mari compedes, ventis funiculos, parabat tumidus, poſtquàm tetrã plagã correptus, ſerò licet, cognouit mobile ad immobile numen; Plures ſunt homines, ſed vnus eſt Deus; qui in Cœli firmamento Luminaribus etiam maioribus occaſum diſtribuit; ne aduersùs maiora aſtra ſuperbirent minora. Præter Deum, Cœlum ipſum reuoluitur, & Mundus ſtare nõ audet. Non vos fugiat, Principes, Philippus Macedo, freno perpetuo ventos mancipaturus ſuperbiæ; ex aulicis non dedignatur puerum ſibi pædagogum imponere, qui ad ſolis ortum regium ingreſſus cubile, humanitatem exprobet. *Rex memineris te non Deum, ſed hominem eſſe, multis fragilitatibus, ærumnis, ac malis obnoxium, & expoſitum*. Inde Bithiniæ populi iuxta orientem Solis poſuère tribunãl, vt ei ſubiectum Regem annuerent; qui *in Sole poſuit tabernaculum ſuum*. Aſſentatores vt canes ad ſeruitutem paratos irrideat; Diuinos non aucupando honores, malit infra, quàm iuxta Deum acumbere; quia ſi Regibus dictum *Vos Dy terræ eſtis, & Dij excelſi omnes*, antea iam dictum. *Deus ſtetit in Synagoga Deorum*,

Ioſeph de Bello Iud. c.7. Euſeb. l. 2. hiſt. Eccleſ. c.10.

XIV.

2. Maccab. c. 9.

XV.

XVI.

Ælian. de var. hiſtor.

XVII.

Pſal. 18. n. 6.

Pſal. 81. n. 6.

Num. 1.

rum, in medio autem Deos dijudicat. Quod
fortè præmiſſum, vt iudicij timore Regum
coerceretur audacia, cum legum ſit non
præterita, ſed futura reſpicere; & prudens
nemo puniat, quia peccatum ſit, ſed ne pec-
cetur; vſque dum in nouiſſimo die, cum
temporum expleta ætate, non futuris pro-
ſpiciendo, ſed præterita ſupputando in
præſens omnia reuoluer, qui ſuis oblecta-
bitur pœnis, vt noſtras auferat noxas. Ver-
XVIII. ſiculum hunc mente quondàm reuoluens
Attila flagellum Dei, cum Patauij illi Ma-
rulli Calabri poetæ recitaretur carmen, in
quo originem eius ad Deos Poeta retulerat;
licet barbarus iam totam populatus Italiam,
flagellum Dei ſe diceret, poeticam licentiam
nimis effrenem abhorrens, in ignem conij-
ci iuſſit: *quid enim mortale* (aiebat) *cum im-*
XIX. *mortali?* Sic cum Ageſilao templa Thaſi, ac
diuinos decreuiſſent honores; ſciſcitanti ab
eorum legatis, qui eidem, gratulatum ve-
nerant, an ex hominibus Deos facere pote-
ſtatem haberent? cum ſe habere, dicerent;
redarguit: *Vos igitùr ipſos primùm Deos fa-*
cite, tunc vobis credam, quod me Deum facere
poteritis. Sed vſque dum Deos iſti manufa-
4. *Luca.* bricant; ex Regibus tranſeamus ad regna;
quorum gloriam non niſi dœmon oſtenta-
re debebat, quomodò enim Angelus lucis
potuiſſet tenebroſas laudare caligines? Cum
vanitas aperitur mundana, Diabolus ad fa-
mulatum creatoris aſſumitur; ita ſupernæ
fœlicitatis exigente Auctore, vt ipſo in
XX. triumpho vanitas eluceſceret vanitatum.
Momento temporis, & in ictu oculi mun-
dana oſtentantur imperia, quia præter na-
turam eſt quantum percurrit inter ortum,
& occaſum: cum oriantur, vt occidant. Ae-
re conglomerantur, quia idem ſit Regibus
in aere piſcari, & iaculo in mari venari, ac in
magiſtratibus tranquillam quærere vitam.
Priuſquàm dormienti Iacobo vaticinium
Imperij contingeret, & promitteret Domi-
28. *Gen. n.* 13. nus: *Terram, in qua dormis, tibi dabo, &*
ſemini tuo. Eritque ſemen tuum quaſi puluis
XXI. *terræ: dilataberis ad Occidentem, & Orien-*
tem. Scalam vidit *ſtantem ſuper Terram, &*
cacumen illius tangens Cælum: Angelos quo-
que Dei aſcendentes, & deſcendentes. Scala
hæc imperia innuit, quæ ob inæqualem cur-
ſum, ſcalæ imaginem præferunt; Perſæ
cum deſcendunt, aſcendunt Græci; deſcen-
dentibus Græcis, aſcendunt Romani; de-
ſcendentibus Romanis, Turcę conſcendunt,
qui de Regno eleuabuntur in regnum, vſquè
dum ſcalam, ſcilicet Fatum moueat, qui Fa-
tum ſub decreto decreuit; ideſt Dominus
innixus ſcalæ. *Vidit Dominum innixum ſca-* XXII.
læ dicentem: Ego ſum. Ego ſum, quaſi di-
ceret, Rex Regum, & dominantium Domi-
nus; ò mortales. Imperia veſtra, nonniſi
in ſomnijs præfigurantur, vt agnoſcatis pe-
riodica; ac Tempus quod ſomnio ſupera-
bundat, gratuitum eſſe, & vltra regnorum
ætatem. Iacobi iuſtitia, vel Angelorum tu-
tela, quibus ſupernè demandata vrbium Fa-
ta (vt de Angelis Perſarum, Græcorum, &
Iudæorum nationi datis legitur) vim difert 11. *Daniel, & c.* 12.
externam non canitiem. Propterea in An-
gelos *aſcendentes*, reuertentes hoc eſt ab Vr-
bium præfectura, quæ Fato conceſſerunt,
Domini improperium ſunt, verba illa: *Ego*
ſum. Cum enim coram Domino, ſuper ſca-
lam digladiarentur, & prò ſibi cõmiſſo po- XXIII.
pulo fortes pugnarent, ne Perſæ caderent,
vnus; vt Græci vincerent, alter: *Princeps au-* 10. *Daniel nu.* 13.
tem regni Perſarum Danieli reuelauit Ange-
lus Iudæorum cuſtos, *reſtitit mihi viginti &*
vno diebus: & eccè Michael vnus de Princi-
pibus primis venit in adiutorium meum, &
ego remanſi ibi iuxtà regem Perſarum. Perſa-
rum Princeps conſtituitur Angelus, vt illius
prouinciæ veluti Domus ſuæ tutelam gerat;
nec fallit opinio. Nam peruicaces Angelos
aduersùs Dei mandatum, quo hoſtibus iam
decretum erat imperium, minimè latère
quis dubitat? vrgent, tamen orant, pugnant,
nec ſcalam cedunt, ideſt Fatum laudant,
priuſquàm de ſcalæ apice, Dominus ipſe
pugnam dirimat, fortiter exclamando: *Ego*
ſum.

Vrbium hæc Fata, vel hominum facta XXIV.
ſunt, putà libido, ſuperbia, impietas, iniuſti-
tia, quibus veluti lethali morbo, non ſenecta
reuoluuntur imperia, ad ſimilitudinem na-
turalis corporis, cuius naturalem ſenectu-
tem a morbo diſtinguere Medicus iubet.
Inde terræ hiatu, aquarum inundatione,
flãmarum incendio, hoſtili incurſu, bello ci-
uili æquata regna, translata vidimus impe-
ria;

ria; Hi ſunt Reipublicæ morbi, & difficiliùs, quàm Salomonis nexus, reſoluũtur. Vbi enim libido graſſatur, quæ cuncta corrumpit, virginem quis ſeruabit iuſtitiam? Fœminæ cum faciant apoſtatare ſapientem, Et tunc non niſi mortali Fato, hominum, hoc eſt, manu impoſito, Regnum ſubuertitur, Deo potiùs homini obſequente, quàm illi homine; vt de Romano populo legimus, *Florus.* qui tandiù Regis ſuperbiam paſſus, quovſq; aberat libido.

Quid ſi iniuſtitia regna laborent? *regnum* *Ecleſ. c. 10. n. 8.* *à gente in gentem transferetur propter iniuſtitias.* Iuſtitia enim remota quid ſunt regna? latrocinia. Florentiſſima extinguitur tri- *Iud. 19.* bus Beniamin, quia Gabaonitarum libidinem, & nefarias negligerent flamma. Co-

XXV. rinthus cecidit, quia ciues dimiſiſſet impunes, qui Romanos Legatos lotio perfude- *Florus l. 2. c. 16.* rant. Hiſce grauata Reſpublica, vna illi in ferro ſalus. Vnde ſi foris hoſtem non habeat, domi inueniet, aiebat Annibal. Sa- *Lib. 30. Liuius.* cras, tum profanas ſi reuoluas hiſtorias, infinita propemodum recurrunt exempla: vt Heli, cuius præfecturam in populo He- *3. Rega. 2.* braico Deus æternam decreuerat: ſed filiorum ſacrilegijs diuino irrito decreto, in Samuelem deuoluitur Sacerdotium. Sed crebris adhuc filiorum plagis confoſſum expirauit, vt in Rege poſt Reipublicæ obitum reſpiraret: Licet Ariſtocratiæ Monarchia minimè diſſimilis potuerit, non naſcentis, ſed morientis Reipublicæ ſequi veſtigia. Ex primo nouiſſima arguas. Vngitur Saul, & quia temerè vſurpato Sacerdotio, credit rfimare potentiam, nouo ex auctoratur decreto, *Nequaquam Regnum tuum vltra conſurget, quod non ſeruaueris præceptum.* Sed ad limina currentis thematis regrediamur; Regnorum namq; euerſiones ex luxu, vel iniuſtitia, particulari recurrent capite; interim

XXVI. regna Fato periodica reuoluamus: Fato illo, quod non hominum facto, ſed natura Vrbibus imminet; Natura, ſi in partes vel terminum ex quo, in quo, & per quod componuntur, reſoluas. *Ex quo*, hominum ſcilicet ſocietate, quam etiam ſine cauſa ſolubilem voluère Prudentes. *Ex quo*, hominibus puta, vt moriantur ſolummodò *Lucret. lib. 3.* nati. Certus etenim vitæ finis mortalibus adſtat. Nec deuitari letum poteſt, quin obeamus. *In quo*, vt ciuitatibus, mœnijs, & arcibus, quæ omnia conſumit tempus, nec quicquam ſtabile eſt ſub Sole; omniaque mortali mutantur lege creata. *Eccleſiaſ.* Elementa vt natu, ita, & ſenectute priora, fatalem edocent rerum omnium interitum: Inde relus, quæ botrum adeò exhibebat prægrandem, vt in vecte portari à Speculatoribus in Chanaam à Moyſe miſſis (opus fuerit) modò ſterilis, aureo licet arata vomere, annua non pariens ſegete grauidari, cum diuerſis opus eſt adulterari ſeminibus, vt concipiat. Nam eodem in agro ſi annale ſatum ſit triticum, in fœnum ſeges areſcet. Siligine, Eryſimo, Milio alterni tumeſcunt campi, ne in ſtramina, & mutilas ſpicas frondeſcant ariſtæ.

Sic rerum ſumma nouatur
Semper, & inter ſe mortales mutua viuunt, *Lucret.*
Augeſcunt aliæ gentes, aliæ minuuntur,
Inque breui ſpacio mutantur ſecla animantũ,
Et quaſi curſores vitæ lampada tradunt.

Per quod: humana ſunt ſcelera, inſontium clamor, qui extremum ſuſcitant hoſtem, vt Fata compleat ſuperna, Dei quidem exarata manu, ſed inſontium imperio· quorum poteſtas eſt Legumlatori legem imponere, à qua reſilire non liceat; vt Imperium in promiſſione æternum, velit nolit, mutare cogatur; hominum ita exigente malitia, quæ adeo creuit, vt Deum pœniteat hominem in terra feciſſe. *Genef.* *Suſcitabo*, propterea dicit Dominus, *mihi Sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet.* *1. Rega. 2.* *In die illa ſuſcitabo aduersùm Heli omnia, quæ locutus ſum ſuper Domum eius propter iniquitatem, eo quod nouerat indignè agere filios ſuos, & non corripuerit eos.* *2. Rega. 3.* *Ideireò iuraui Domini Heli, quod non expietur iniquitas Domus eius victimis, & muneribus vſquè in æternum.* Sic contra Babylonem *Suſcitabo ſuper eos, Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint; ſed ſagittis paruulos interficient.* *13. Iſai. n. 17.*

Quid ſi ſuper Iuſtitiæ firmamentum Regis ſapientia ſibi extruat Imperium, ac ſeptem virtutum columnas, egenis aſillum aperiat? Stabit tunc, & quamuis aduerſo Fato non inferi, vel ſuperi præualebunt.

Sic

Sic ſaltèm auſpicari ſuadet Scala illa Iacob,
ſuper quàm licèt aſcenderent Angeli, atque
deſcenderent, ſtabat veluti firmamentum
in medio aquarum. Sed vnde ſtabat? ſta-
bat, quia Dominus erat innixus Scalæ; *&*
Geneſ. cap.28. *Dominum innixum Scalæ*. Vt clamantes
audiat, & deerrantes obſeruet. Viciſſitu-
XXVII. dinem tamèn ſcala illa Imperij non formi-
dat, cui innititur Dominus, quem Synoni-
mè iuſtitiam dicimus. *Iuſtitia ante eum*
Pſal 8. n.14. *ambulabit. Iuſtitia, & iudicium præparatio*
Pſal.88. n.15. *ſedis tuæ*. Non itaque Fato regna voluun-
tur; & æqua lance natura concepit periodi-
Pſal.84. n.11. ca. *Si Iuſtitia, & pax deoſculatæ ſunt*: ac
Iſai. 32. n.17. *opus Iuſtitiæ pax eſt*; ſtabit regnum; & iu-
ſtitia vallatum ſibi aſſociatos non timebit
ſuperos, ſed irridebit inferos?

XXVIII. Non ſtabit; imò principio non longè finis
periodum claudet intra terminos, qui vt à
natura poſiti, præteriri non poterunt. Iu-
ſtitia quamuis non moriatur, quia iuſti in
perpetuum viuent, mortis tamen tenebras
declinare non poteſt, vt in amœna vitæ in-
grediatur virentia. Hinc ſecuritatis porta,
mors dicta eſt. Hominem quia iuſtum, ſi
contra naturam, immortalem facias; ego
tamen ſecundum Fata, iuſtiſſima etiam re-
gna periodica dicam. *Cuinſque corporis* (ait
Polybius, *& Reipublicæ auxeſis quædam eſt*
Lib. 2. *ſecundum naturam; deinde vigor, poſtea di-
minutio. Id vnum* (ſubiungit Liuius) *venenum, ea labes ciuitatibus opulentis reperta, vt magna imperia mortalia eſſent. Nihil priuatim* (Seneca) *nihil publicè ſtabile eſt: tàm hominum, quàm vrbium, fata voluuntur.* Epiſ.91

Regitur Fatis mortale genus,
Nec ſibi quiſquam ſpondere poteſt Idem in octauia.
Firmum, & ſtabile; perque caſus
Voluitur varios, ſemper nobis
Metuenda dies.

Sic omnia verti
Cernimus, atq; alias aſſumere robora gentes
Concidere has. Sic magna fuit cenſu ra virisq;
Perq; decem potuit tãtum dare ſanguinis annos
Nunc humilis veteres tantũmodo Troia ruinas,
Et prò diuitijs, tumulos oſtendit auorum:
Clara fuit Sparta: Magnæ viguere Mycenæ,
Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces.
Vile ſolum Sparta eſt, altæ cecidère Mycenæ;
Oedipodioniæ quid ſunt niſi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ reſtant niſi nomen Athenæ?

Ad idem Manilius

Quot poſt excidium Troiæ ſint eruta regna? 1. Aſtrõ.
Quot capti populi? quoties fortuna per Orbem
Seruitium, imperiumque tulit, varieq; reuertit?
Troianos cineres in quantum oblita reſonit
Imperium? Fatis Aſiæ iam Græcia preſſa eſt.
Sæcula dinumerare piget, quotieſq; recurrens
Luſtraret mundum vario Sol igneus Orbe.
Omnia mortali mutantur lege creata,
Nec ſe cognoſcunt terræ vertentibus annis,
Exutas variam faciem per ſæcula gentes.



Inde

Seneca ep.91. Inde iſtarum omnium ciuitatum, quas
nunc magnificas, ac nobiles audis, veſtigia
XXIX. quoque tempus eradet. Perpetua iſta, &
Regibus, & Regnis lex eſt: vt ad ſummum
perducta, rursùs ad infimum, velocius qui-
dem quàm aſcenderunt, relabantur. Et ſub
mortis premantur triumpho. *Quidquid*
Ep.91. (ait Seneca) *longa ſeries, multis laboribus,*
multa Deum indulgentia ſtruxit, id vnus
dies ſpargit, ac diſſipat. Longam moram de-
dit malis properantibus, qui diem dixit, ho-
ram, momentumque temporis, euertendis Im-
perijs ſufficere. Eſſet aliquod imbecillitatis
noſtræ ſolatium, rerumque noſtrarum; ſi tam
tardè perirent cuncta, quàm fiunt: nunc in-
crementa lentè exeunt, feſtinatur in damnũ.
Veredum habeas Imperium: gradum ille
feſtinat cum propè ſtabulum; relabitur iſtud
cum fini proximum: & ad ſimilitudinem
horologij rotam accelerat, cum pulſat ho-
34. Iob. n. 2. ram interitus. *Conſtituiſti terminos eius, qui*
præteriri non poterunt. Terminos non ſolùm
dierum, ſed & Imperij fatali limine deſi-
gnati, humani corporis analogia, cui ſuper
gigantum excellere menſuram natura ne-
gauit.

Dierum numerum ſi Imperio aſſignari
deſideres, reſtitit Dominus, quùm Hominis,
principatus, ac temporis dies apud ſeipſum
repoſuit. *Breues dies hominis ſunt, nume-*
Ibidem. *rus menſium eius apud te eſt.* Homini ſi di-
XXX. cas centum, & viginti dediſſe annos, vt vi-
Geneſ.6. n. 3. tam ageret: *eruntq; dies illius centum viginti*
annorum. Redarguam de diebus Imperij
XXXI. nullum legi conſtitutum terminum. Imo
Apoſtolis ſciſcitantibus, quando hæc erunt?
& Regnum Iſrael reſtituturus eſſet? reſpon-
13. Mar. n. 32. dit: *non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momen-*
ta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate: Et alibi:
reſpondit Chriſtus: *De die autem illo, vel*
Act. 1. n. 6. *hora nemo ſcit, neq; Angeli in Cælo, neq; Filius,*
niſi Pater. Sic limites ita circumſcripſit na-
XXXII tura, vt totius Orbis Dominus nemo fuerit,
niſi aſſentatione *Perſarum magnus Principa-*
Polyb. lib. 1. *tus, ac magna potentia fuit: ſed quotieſcumq;*
XXXIII. *tranſgredi Aſiæ terminos auſi fuere, non in prin-*
cipatus ſolùm, verùm etiam in proprij capitis
periculum incidèrunt. Helleſpontum proin-
dè, Tanaim fluuium, & montem Caucaſum
infauſto tranſgreſſi omine, leguntur Darius
Hyſtaſpis, & Xerſes; & ſuper magnis cladi-
bus reuocantur inglorij. Cyrus ad Colchi- Strigel. in Cron. p.71.
dem à Tomyri Maſſagetarum Regina vinci- Herod.
tur. Darius Hyſtaſpis contra Scythas mo-
uet incaſſum. Darius ad Septentrionem Ta-
naim fluuium non progreditur. Et inter Aſ-
ſirios Semiramis, quæ vniuerſæ Aſiæ impe-
rauit, præter Indos, & Læuos (Indum ſuper-
greſſa fluuium) ſimili agitatur Fato. Fugien- Diodor. Sicul. l. 2. cap. 5.
tem propterea Semiramidem *Rex multis*
prodigijs, augurumque reſponſis monitus ne flu- rer. Antiq.
men tranſiret, finem perſequendi fecit. Ibidem.

Ita Romanorum Monarchiæ fatalem
agnoſcẽs terminum Auguſtus, inter Reipu- An. 1. c. 11. n. 8.
blicæ, arcana, hoc vnum ſuadebat Roma-
nis, vt intrà terminos Imperium coercèrẽt. XXXIV.
Incertum, metu, an per inuidiam gloſs. Taci-
tus. Sed metu, interpretari ſuadent exempla
Cari, Valeriani, Iuliani Apoſtatæ Rom. Im-
perat. qui omnes quia vltra Euphratem, ſi-
bi, & Aquilis Occidentem in Oriẽte vidère.
Inde Flauius Vopiſcus: *Fato Rempub. regi, eã-* In Caro. XXXV.
que nunc ad ſummum euehi, nunc ad minima
retrahi, Probi mors ſatis prodidit. Licet in fi-
ne ſibi diſſentire videatur. *Vndè fama emer-*
ſit fulmine interemptum Carum, quem, quan-
tum ſcire poſſumus, ægritudine conſtat abſum-
ptum, Hanc ego epiſtolam iccirco indidi, quod
plerique dicunt vim Fati quandam eſſe, vt
Rom. Princeps Cteſiphonem tranſire non poſſit. Fallit
Ideoque Carum fulmine abſumptum, quod eos in Diocletiano
fines tranſgredi cuperet, qui fataliter conſtitu-
ti ſunt. Sed ſibi habeat (ita concludit) *artes*
ſuas timiditas calcanda virtutibus. Sed quæ
virtus, cum Fato premitur, vt ex nihilo in
ſuum reuoluatur principium? in hoc vno
laudanda; quod hoſtem ſibi Fato imminen-
tem non quæreret, ſucceſſorem perdere non
fruſtaretur: Sibi enim ſucceſſorem nemo
tollit. Duos propterea patricij generis con- XXXVI.
uictos in affectatione Imperij, nil ampliùs,
quàm vt deſiſterent, monuit Titus Impera- Sueton. in Tito
tor, dicens *principatum Fato dari: ſi quid præ-* §. 9.
terea deſiderarent, promittens ſe tributurũ: &
confeſtim quidem ad alterius matrem, quæ pro-
cul aberat, curſores ſuos miſit, qui anxiæ filium
ſaluum nuntiarent. Cæterum ipſos non ſolùm
familiari cœnæ adhibuit, ſed & in ſequenti
die gladiatorum ſpectaculo, circa ſe ex indu-
ſtria collocauit, oblata ſibi ornamenta pugnan-

tium

tium inſpicienda porrexit. Sic priſco Romanorum tempore Pyrrhus.

Cicero 1. Offic.

Nec mi aurum poſco, nec mi pretium dederitis
Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes,
Ferro, non auro, vitam cernamus vtrique.
Vos ne velit, an me regnare hera (Deus eſt)
quidue ferat ſors virtute experiamur.

Auidius Caſſius libidine fatigatus imperij, cum Vero inſidias ſtrueret ad Marcum collegam ſcribenti Vero: *Auidius Caſſius auidus eſt Imperij, quantum, & mihi videtur, & iam inde ſub auo meo, patre tuo innotuit, quem velim obſeruari iubeas. Te Philoſophiam aniculam, me luxurioſum morionem vocat. Vide quid agendum ſit.* Ita Marcus reſcripſiſſe legitur. *Epiſtolam tuam legi, & ſollicitam potius, quàm imperatoriam, & non noſtri temporis. Nam ſi ei diuinitùs debetur Imperium, non poterimus interficere, etiamſi velimus. Scis etiam proaui tui dictum. Suc-*

Vulcat. Gallic. in Auidio.

XXXVII. *ceſſorem ſuum nullus occidit; ſin minùs, ipſe ſponte ſine noſtra crudelitate fatales laqueos incidat.* Neroni cum poſt parricidiũ creata, atque increata ſuccenſa portentis interitum denunciarent, haruſpice conſulente, vt aliorum ſanguine piaculum expiaret, complures protinùs interfeciſſet, niſi ei dixiſſet Seneca, *licet* (inquit) *quamplurimos occidas, tamen non potes ſucceſſorem tuum occidere*. Vt copioſa inductione probari poſſet; Moyſis primùm, à quo ſubuertendam Ægyptum cum Sacerdos Regi nunciaſſet; eiuſque conſilio mandaſſet Rex; vt omne maſculinum, quod ex Iſraelitis naſceretur, iactantes in fluuium conſumerent, cum aduerſus Dei voluntatem nemo præualère valeat, puer ille, quem ſacrorum ſcriba prædixerat, latenter regia cautela nutritus, cum aliquando per Reginam portaretur ad Regem. Rex eum in ſinu ſumpſit, & filiæ gratia ei diadema impoſuit, quod à Moyſe conuolutum, & in terram proiectum, pedibuſque proculcatum, in Regem videbatur ſcribæ vaticinium impleri, qui fortuitò adſtans in aula, & de læuo Imperij certioratus omine, impetum fecit, vt puerum occideret, terribiliter clamans: *Hic eſt ille puer, ò Rex, quem nobis Deus occidendum oſtendit, vt imposterum timore careamus. Teſtimonijs enim*

Xiphil. in Neron.

Flauius Ioſeph. 2 Antiqu. Iud. c. 9.

XXXVIII.

oſtenditur, quòd tuum inuaſurus eſt principatum. Quæ cum dixiſſet, vix præualuit eum abripere Pharaonis filia: ſed Fata ſeruant, quem prædeſtinant, & diſponunt. Medorum Rex Aſtiages, minantibus ſacrorum miniſtris ex filia Mandane natum Cyrum Perſis ſubacturum Medos; & à genito genitorem ſolio deturbandum interficere volẽs, haud potuit, ſed Deorum beneficio Cyrum ſuperſtitem in patrios remiſit lares, admirans oracula, non eludens. Amulius, vt Numitoris genus demergeret, Romulum, & Remum exponi iubet. Sed Fortuna origini Romanæ proſpiciens, pueros Lupæ alendos obtulit, quæ amiſſis catulis, diſtenta vbera exinanire cupiens, nutricem ſe infantibus præbuit. Reticeo Cambyſem, cui Fata æmulum dedere Smerdin: Dauidem Sauli: Salomoni Ieroboam: Tyberio Galbam; & licet *quem excellere videbat, aut ſperare principatum, eum funditus perderet; didicerat nã-que Tiberius fatum cuiuſque ciuis primarij: ita vt Galbæ, qui poſtea principatum obtinuit, factus obuiam, quo die ille ſponſalia fecerit, dixerit, & tu aliquando principatum deguſtabis: cui propterea pepercit, vt ego quidem arbitror, quod id ei certum, & fatale erat*. Sic M. Alexandro Solis oraculum percunctanti, an terrarum Orbe deuicto, victor reuerteretur in patriam, reſpondit Oraculum Solis: *Vnus eris terrarum Orbis Dominus, ſed viuus in patriam non reuerteris. Ita enim Fata de tuo capite ſtatuerunt*. Replicanti Alexandro, cuiuſnam percuſſoris manum cauère deberet? Arbor græcè dixit: *ſi mortis tuæ tibi inſidiatorem prodidero, ſublato eo inſtantia Fata facilè mutabis*. Sed Sortem Fato non datur defugere deſtinatam. Quærenti Creſo, & ſe deluſum ab Oraculis exprobanti, quùm à Cyro victus eſt, delphicum reſpondit Oraculum. *Cræſus autem quinta retro ætatis crimen luit, hoc eſt Tritaui, qui quùm eſſet ſatelles Heraclidarum, mulieris dolo inductus, Dominum interemit: illiuſque dignitate potitus eſt, nihil ad ipſum pertinente. Verum Apollo, quùm ſtuduerit, vt hæc Sardium clades liberis Cræſi non ipſi Cræſo contingeret, tamen transferre Fata non potuit: ſed quatenus illa permiſerunt, annixus eſt, atque ei gratiam retulit, vtpote dilata Sardium*

XXXIX.

Herod. l. 1. n. 9.

Iuſtin. lib. 43.

Herod. in Thal.

Dion. Nicæus in vita Tiberij.

Alex. M. in epiſt. ad Ariſtot.

Herod. l. 1. n. 91.

expugnatione tres annos. Ex hoc Craſus diſcat, tribus annis ſeriùs, quàm Fata deſtinarunt, ſe fuiſſe captum. Sunt enim ciuitatibus, vt & ſingulis hominibus Fata ſua. Hæc
XL. vt auſpicaretur fœlicia Seleucus, cum ad Tygrim Seleuciam extrueret, iuſſit Magos diem, & horam fundamenta fodiendi eligerent. Sed illi formidantes tantam vrbem aduerſum ſe muniri, horam mētientes procraſtinabantur; Cumque Rex intentorio ſuo, horam vt exordirentur, expectaret; paratuſque exercitus intentus ora tenêret, hora illa, quæ ſtabat in Fatis, viſi audire vocem iubentis, repentè ad opus tanta alacritate proſiluerunt, vt ne à præconibus poſſent cohiberi. Quo profectò triſtem Seleucum, & de Vrbis Fato ſollicitum, Magi ita fantur erubeſcentes. *Fatalem neceſſitatem, ò Rex, ſiuè malam, ſiue bonam, nec homo poteſt mutare, nec Ciuitas. Sunt enim, & ciuitatibus ſua Fata ſicut hominibus ſingulis. Hanc verò plurimis ſæculis manere dijs placuit, quādo initium eius in eam horam incidit. Nos verò timentes talem munitionem contra nos erigi, declinare Fata conabamur. At illa plus valuerunt, quàm vel Magorum verſutia, vel Regis ignorantia.*

Appian. Alexā. de bellis Syriacis

XLI.

XLII. Sub oculis verò non ſemel poſita hæc vrbium Fata, Palladium, Ancyle, & ſimilia monſtrant. Megaris diù ſtetit Oleaſter in foro, cui viri fortes affixerant arma, quæ cortice ambiente ætas longa occultauerat. Fuitque arbor illa fatalis excidio vrbis, præmonitæ Oraculo, cum arbor arma peperiſſet: quod ſucciſæ accidit, ocreis, galeiſque intùs repertis. Lacedæmonijs Oreſtis oſſa fatalia; victi illi à Tegeatibus vſquedùm illis Oreſtis reſtituerentur oſſa: traductis oſſibus nonniſi congrediuntur victores, cum antea ſemper vincerentur. De Palladio verò ita Virgilius cæcinit.

Plin. lib. 16. c. 39.

Herod. l. 1. n. 67.

2. Æneid.

Omnis ſpes Danaum, & cœpti fiducia belli
Palladis auxilijs ſemper ſtetit: impius ex quo
Tydides: ſed enim ſcelerum inuentor Vlyſſes
Fatale aggreſſi ſacrato auellere templo
Palladium, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis,
Corripuère ſacram effigiem, manibuſq; cruentis
Virgineas auſi diuæ contingere vittas.
Ex illo fluere, ac retrò ſublapſa referri
Spes Danaum, fracta vires, aduerſa Dea mens.

Ita Ancyle Romanis, rotundum illud ſcutum, quod Numæ Pompilij tempeſtate, cum è Cœlo caderet, intonuit de Cœlo Iupiter: omnium potentiſſimam fore ciuitatem, quamdiù in ea manſiſſet. Quod ne raperetur, cum ſimilibus arte factis confuſum Numa ſepoſuit. Vnde Ouidius

Tunc memor imperij ſortem conſiſtere in illo 3. Faſt.
Conſilium multæ calliditatis init.
Plura iubet fieri ſimili cælata figura
Error vt ante oculos inſidiantis eat.

Simile illud eſt quadrati fani apud Hebræos. *Quandoquidem* (ſcribit Ioſeph) *& Iudæi poſt Antoniam captam quadratum fanum fecerant, cum in ſacris libris ſcriptum haberent capiendam ciuitatem ac templum, ſi fanum quatuor angulis eſſet effectum. Sed quod maximè eos ad bellum excitauerat, reſponſum erat ambiguum, itidem in ſacris literis inuentum, quod eorum tempore quidam eſſet ex eorum finibus Orbis terræ habiturus Imperium. Id enim illi quidem quaſi proprium acceperunt, multique ſapientes interpretatione decepti ſunt. Hoc autem planè reſponſo, Veſpaſiani deſignabatur Imperium, qui apud Iudæam creatus eſt Imperator. Sed enim homines Fatum vitare non poſſunt, etiam ſi præuiderint.* Imò vt compleantur Fata, ex læuiſſimis cauſis ſæpè conturbantur regna, nec raro funditùs euertuntur Reſpublicæ. Syracuſas enim conturbauit duorum adoleſcentium contentio, quorum alter alteri virginem præripuerat. Delphos, quia ſponſus ſponſæ deſertor à cognatis interficeretur. Inde Serenitatis titulo Regem veneramur, non ſecus enim ac ſerenitas, regnum repentè mutatur. Solem, coronam, florem, vel cum Ægyptijs nauim Imperij ſymbola facimus, quæ humanæ viciſſitudinis partus à Regno nomine diſtant. Naturæ enim ſeruata lege, ſummus ille rerum Opifex vt diù regna conſiſtant, permittere nequit

7. de bello Iud. c. 12.

XLIII.

XLIV.

XLV.

XLVI.

XLVII.

Summiſque negatum
Stare diu. Lucanus 1.

Negatum, non priuatum; quod maximè diſtare animaduertas; nam per negationem extincta, nonniſi portento, & legibus immutatis diù Omnipotens protrahit. Sed vndè? quis audet cauſas tantarum expromere rerum? Regna Stellarum motus forſan perio-

periodica dicit; Vel ſublunarium maieſta-
tem æmulantes ſuperi, inuidi noſtram con-
turbant fœlicitatem? Vndè inter cauſas ſub-
uerſionis vt prima à Lucano recenſeatur illa
Lib. 1. c. 2. *Inuida Fatorum ſeries:* cui Florus arridet:
*Inuidens fortuna principi gentium populo, ip-
ſum illum in exitium ſuum armauit.*

Poetica hæc ſunt; vel Gentilium com-
menta, licet, & ipſos cauſam non latuerit,
XLVIII. ob quam intra terminos durationis regna
ſepoſita. *Omnia ſunt definitè conſtituta* (aie-
Promet. ligato. bat Eſchil.) *præterquàm Dijs imperare; nul-
lus enim liber eſt, niſi Iupiter.* Hæc igitur
ſumma cauſa, vnde regna omnia periodica:
vt ſolus Deus *Rex Regum agnoſceretur, &
dominantium Dominus.* Quo alludit Ho-
XLIX. ratius.

*Regum timendorum in proprios greges
Od. 1. Reges in ipſos Imperium eſt Iouis,
Clari giganteo triumpho,
Cuncta ſupercilio mouentis.*

Hunc vt in Sennacherib armaret Eze-
4. Reg. 19. n. 15. & Eſai. 37. n. 16. chias, quia ille Iudæis exprobaſſet Deum
viuentem, orationem ita exorditur. *Domi-
ne Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubim, tu es
Deus ſolus regum omnium terræ. Inclina au-
rem tuam, & audi:* ſaluos nos fac de manu
Sennacherib, *vt ſciant omnia regna terræ,
quia tu es Dominus Deus ſolus.* Sic cum
14. Eſth. n. 3. Deum Eſther deprecaretur Regina: *Domine
Pſal. 82. n. 19. mi, qui Rex noſter es ſolus*, & Dauid: *Tu ſo-
lus Altiſſimus in omnem terram.* Cuius Im-
perij Zelotypus vt crederetur ſolus, obteſta-
32. Deut. n. 39 tur; *Videte quod ego ſim ſolus, & non ſit alius
Deus præter me. Ego occidam, & ego viuere
faciam: percutiam, & ego ſanabo, & non eſt
qui de manu mea poſſit eruere.* Limites im-
ponit, & in feudi ſignum tranſgredi pcohi-
2. Deut. n. 3. bet Montem Seir extra Hebeæorum deſi-
gnat Imperium: Moabitas Iudæo fortio-
N. 9. rem eleuat: Ammonitas ab eorum gladio
iubet immunes. Imo, vt alienum recorda-
N. 19. rentur Imperium, promiſſionis terram
L. pcohibet vendi iure perpetuo. *Terra quoq;
25. Leu. n. 23. non vendetur in perpetuum: quia mea eſt, &
vos aduenæ, & coloni mei eſtis. Vnde cuncta
regio poſſeſſionis veſtræ ſub redẽptionis conditio-
Sap. 12. n. 13. ne vendetur.* Inde eſt quod nemo Deũ inter-
rogat *cur ita facis? aut quis imputabit, ſi pe-
rierint nationes, quas tu feciſti.*

Hæc Orbis reuolutio opus manuum ſua-
rum vobis ſit, qui iudicatis terram; Domi-
num eſſe, qui iudicat Reges terræ, qui aufert
ſpiritum principum, & non eſt, qui de ma-
nu eius poſſit eruere. Canutum Anglorum
Regem ſtantem in littore Maris, cum mili- Polid. Vergil. l. 8. Hiſt. Angl.
tes vt Regem Regum omnium potentiſſi-
mum, qui hominibus, qui terræ, quiq; latè LI.
mari imperitaret, plauderent; vt vanas aſ-
ſentationes coerceret, regiam conglomera-
uit veſtem, ac ſuper ipſam aquas prope, in
ſedens clamauit. *Vnda tibi iubeo, ne pedes
meos tangas.* Delirantem tunc ſuſpicaba-
tur Regem, circumſtans exercitus. Quùm
exiliens vnda totum madefecit. Tunc ille
non tam aqua maris, quàm lacrymarum
vndis perfuſus: *En* (inquit) *Principes me
Regem, & quidem omnium potentiſſimum vo-
catis, qui hanc paruulam vndam meo Imperio
cohibere, vel remorari nequeo, nullus nempe
mortalium eſt tali nomine dignus. Eſt Rex
vnus pater Domini N. I. C. cum quo ille regnat,
cuius nutu cuncta reguntur; hunc veneremur,
hunc Regem appellemus, hunc Regum, hunc
populorum omnium Dominum, hunc Cæli, ter-
ræ, maris rectorem, non ſolum confiteamur, ſed
etiam profiteamur, præterea neminem.* Illac
Vintoniam pcofectus, & Crucifixo corona
cegia impoſita, impoſterum diademate ab-
ſtinuit. Auguſtum forſan imitatus, qui
Domini titulum abhorruit, poſtquàm ei Sy-
billa Tyburtina natum Redemptorem Iri- LII.
de incluſum oſtendiſſe narratur ſub illo Cœ-
li tractu, quo poſtea Romæ, veluti facti
trophæum, ſacrum eſt erectum, vulgò *San-
cta Maria de Ara-Cæli*, eò cum deueniſſet Vbi Ædes Frãciſcanorum.
Sybilla ad Iridem manum tendens, ita ce-
cinit:

*Ille puer Deus eſt, inquit, tu deſine Cæſar
Veſte coli, pueroq; aras, ac templa relinque,* Apud Mant. lib. 3.
*Ille regit Cælos, atque immortalis Olympi
Poſſidet Imperium, & fatalia temperat aſtra.
Tu ſceptrum mortale geris. Te ſerica nondùm
Regna, nec Aeoæ nouerunt littora terræ.
Pone precor Cæſar faſtus Auguſte ſuperbos,
Teque (licet tractes vaſtæ telluris habenas)
Eſſe ſub immenſo poſitum reminiſcere ſummi
Principis Imperio: cui rerum æterna poteſtas.
Hæc ait, & patrios petijt ſic fata Penates.*

Indè Auguſti venit edictum, nè quis ſe- Sueton.
nio,

nio, vel ioco eum *Dominum appellaret*. Obſoleta modò lex eſt; & periodica dicere regna ſuperbientis creditur Syllogiſmus. Atlantis fabuloſam irrident Principes ſenectutem; & poſt tot Regum ſenium, & regnorum occaſum, cum velint ſummis datum ſtare diù, vos veneror, ac vt Deos adoro; blandiendi tollam ſuſpicionem, & vera promere ſcriptura ſancta teſtatur, Diuinitatis exprimens gradum, terrenæ nempè. Pſal.46. LIII. *Dij terra eſtis*, quæ riſum prouocat; vt meritò in ſuperborum ludibrium dixerit Rex Æternus: *Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes.* Pſal.81. Grandes Dij, verè excelſi, vt à Deo iudicentur ſuperno. *Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat.* Dum itaquè vos Principes vt Deos veneror, permittite vt *terra* adiungam; Tunc enim, licet fundamenta terræ pedibus veſtris ſubmittam, percurret tacitus ſermo. *Vos autem ſicut homines moriemini.* Pſal.81.

LIBER XII.

CAPVT PRIMVM.

OTTO MAGNVS

OCCIDENTIS IMPERATOR XII.

1. *Otho M. excommunicatur à filio.* 23.
2. *Filium carceribus tradit.* 3. *Ad Dei tribunal citatur.* 7. *Amor Mundi dicebatur.* 8 *Mouet in fratres.* 9. *& 22. oratione vincit perduelles.*
4. *P. Macedo Carmina.*
6 *Otho Dux Saxoniæ oblatũ reſpuit Imperiũ.*
10. *Otho M. vincit Regem Franciæ.*
11. *Eidem Sororem tradit in vxorem.*
12. *Henrico fratri reconciliatur.*
13. *Regi Franciæ ſuccurrit.*
14. *Hugonem Capetum obiurgat.* 15. *Regẽ Danorum vincit.* 16. *& 28. nationes ab eo victæ.* 17. *A Sarracenis munera accipit.*
18. *In Italiam deſcendit.*
19. *Adheleida Regina Italiæ obſeſſa à Berengario capitur.* 20. *ab Othonè liberata in vxorem ducitur.*
20. *Berengarius ſuplex Othonem adit.*
21. *In Othonẽ mouet.* 29. *vincitur à Lutolpho.* 34. *Moritur, quãdo, & quomodo? ignoratur.*
23. *Othonis filij mouent in patrem.* 24. *Hungaros ſibi aſſociant.* 25. *Hungaris proditores.* 27. *ab Othone victi.*
30. *Otho M. Filium ſucceſſorem deſignat.*
36. *Pontifici reconciliatur.* 37. *Papã obſeſſum vindicat.* 38. *à Græcis decipitur.*
39. *Græcos vincit.* 40. *Morientis verba.*
35. *Adalbertus vincitur.*
31. *Othonis, & Io: XII. fædus.* 32. *Otho antipapam deligit.* 33. *Vxor Berengarij ſuadet marito ab Othone deficere.*

I. OTHONIS Magni glorioſum Imperium eam ſolam patitur notam, quæ inter ſublunares ſub iudice adhuc, an prò Ceſare vel Petro Chriſtus. Barbarorum Italorumque triumphis oneratus, cum Adhelaidem Italiæ Reginam in vxorem duxiſſet comatrem ſuam à Vvilhelmo Archiepiſcopo Moguntino excõmunicatur Pater, quia violato diuino iure connubium celebraſſet. Otho verò ira percitus filium carceri tradidit, & licet ibi per annale ſpatium detineret, linguam tamen à correctione, terroris vinculum non ligauit.

Si Petro Damiano, & Sigonio fides. De Regno Italia lib. 6.

II. Cum verò pater eum quadrageſimali decurrente ieiunio, de cuſtodia decreuiſſet educere; antequàm pſalterium expleret, quod aureis exarabat apicibus, recuſauit exire. Egreſsus non quieuit, ſed excommunicationis fulmen intorſit, & quo iuſtum probaret, ad Dei tribunal patrem prouocauit in ſancto Pentecoſtes die, vt ibi à iuſtitia ſuperna ventilaretur litigium, an filius zelo legis accenſus, vel paſſionibus obrutus inſimulauerit patrem? aut pater nefario debachatus amore, iniuſtis vinculis mancipauerit Sacerdotem? Cuius prouocationis veritas penès ſit pręfatos auctores. Othonem ab Epiſcopo excommunicatum, etiam Krantzius ſed ab Epiſcopo Halberſtadenſi Bernardo ſcribit, quia inuito Epiſcopo, vellet Otho intra confines Epiſcopatus nouum erigere epiſcopatum, nempè Magdeburgenſem. III.

Metropolis l. 3. c. 10.

ALLVSIO AD HIEROGLIPHYCVM.

Hic eſt ille Otho, Magnus qui nomine, maior
IV. *Imperij geſtis rebus in Orbe fuit.*
Sacra tamen thalami violauit iura maritus.
Propterea à vetitis iuſſus abeſſe ſacris.
Filius excluſit Patrem Guilielmus ab aris
Poſtponens legi iura, paterna thori
Sed natum indignans in vincula conijcit Otho,
Pſallenti cauea cui vice carcer erat.

Hic miſeranda pij meditatus carmina pſalmi
Fertur flebilibus compoſuiſſe notis.
Inde diem patri prò crimine dixit, & Aſtris
Addictum ſacro protulit ore reum.
Edixit mortiſq; diem, cauſaquè ſupremum
Igneus à ſupera quo Deus arce venit.
Eſt Othoni igitur ſententia iure tenenda
Si culpa eſt index ignea lingua ſua.

P. Franc. à S. Auguſt. Macedo.



Sal. Anno 936. Sexto Nonas Iunij.

OTHO MAGNVS

OCCIDENTIS IMPERATOR XII.

OTHO, vel HATTO.
Ex nomine lege Omen
[a] Pater.
Imperij tutęla reſpuenti [b] debetur Imperium,
Si inuiti creantur tutores.
Ab Othone ſpretum, tres exigit Othones
(*Hatto poſt Hatto, regnauit tertius Hatto*)
Ne vileſceret contemptum.
A *Magno* exorditur,
Ne illecebris diceretur decepiſſe minorem.
Aucupis retibus Aquila irretita Romana
Venit, Othonem vidit, ſed victa
Sano [c] inſanijt amore,
Dum fratres odio debaccharentur inſano.
(Inimici eius domeſtici)
937. Tanquardi [d] Cupido Eberardum mouet,
Henricum [e] capiunt; & ſeruitutis pretio
Amicum faciunt de mammona iniquitatis.
Cataplaſmate [f] cum vellet Cæſar ſynochum curare
Deus callidum imminuit ſanguinem,
Acerbitas mali cum non admitteret pietatem,
Profugus Tanquardus [g] ad aras, arias inuenit.
Sed timor reconualuit non amor:
Henrico fratri Palatinus iungitur, & Lotharingus,
Et Salfediæ inter ſacrilegas Epiſcoporum manus
Argentinenſis, & Maguntini
Iurant periurium.
Fortuna arridet nauigij inopia
Rhenum paucos tranſuectos Othonianos,
Perduellium mille aggredientibus vnum;
Decem millibus centum
Superum gladio
Vnus cedit mille: Decem millia centum.
Diſcite mortales
Hoſtili aciem armare piaculo.
Quid fortuna poteſt? cum Prouidentia pugnat?
Caſu cecidi, gladio reſurgam.
Horam victoriæ Gallus canat;
Commoueatur mare, & plenitudo eius,
Cum Gallia Tranſmarinus Ludouicus
Fato Fatum imponat.
Venit, vidit Ludouicus,
Sed tres Hercules vicit Otho.

V.
[a] Ab Ebræa voce אב
[b] Otho Othonis auus, Saxoniæ dux imperium reſpuerat.

VI.

VII.
[c] Otho Mundi dicebatur amor.

[d] Tanquardus Othonis frater erat; Eberardus Comes Palatinus:
[e] Henricus frater Othonis capitur à perduellibus; à quibus ſpe imperij illectus, & ipſe conſpirat in Othonem.

VIII.
[f] Febrim lenitiuo curare.
[g] A militibus occiditur inſcio Othone.

Giſelbertus Dux Lotharingiæ, cui erat vxor ſoror Othonis Imper.

IX.
Hoſtium inundatione videns Otho milites ſuos obrui, genuflexo ante Redemptoris clauos, & lanceam, de hoſte triumphat.

X.
Othonis inimicis aſſociatur Rex Franciæ Ludou. cognomine Tranſmarinus.

Preda cru·tos villicis inſequentibus; pereunt Eberardus, & Giſelbertus

Eberardus ſuo non eluiſſet ſanguine culpam, *Sal. Anno*
Giſelbertus toto Rheno,
Cantaſſet vacuus ſi coram latro colono.
Sceleris enormitate grauatus
Non enatare potuit, nec ſupernatare.

XI. *Rex Franciæ qui imperium ambierat, ſororem Othonis in vxorem ducens, pacificus reuertitur.*

Gallus ad Aquilam cum veniſſet,
Gallina contentus, dimiſit criſtas. 943.
Supererant fratres Otho, & Henricus
Vterque Saxo, vterque durus
Otho Magnus, Henricus paruus

Deſperatione victus Henricus procumbit coram Othone fratre.

Magnum vicit paruus
Cum lapis paruus percuſſit ſtatuam in pedibus.
Sacco pro ſago præcinctus

XII.

Procumbens Henricus inclinare Cæſarem fecit.

XIII. *Ludouico Gallorũ Regi per Hugonẽ Capetum obſeſſo ſuccurrit.*

Patriæ Otho pater,
Cum totum Orbem recepiſſet in patriam,
Gallo Aquila euolat auxiliaris. 945.
Hugonis Capeti dolo à Normannis
Mancipatus Ludouicus,
Cognatis emancipatus armis, vidit,
Quàm benè Gallo nuptias Aquilæ conuenire.
Cum irrideret Capetus Saxonum mollitiem,

XIV.

Orbis repetiturus pilam,
Ab Othone tulit
Non ſaxeis, ſed ſtramineis ſe venturum pileis
Vt inter Argentinas turres

Lepida obiurgatio in Hugonis ſuperbiam.

Regno vindicato, Rege manumiſſo;
Gallos ferreos domaret Aquila aurea.
Victrix Saxo
Grande exigens prò monumento ſaxum,
Lotharingiam dextera manu capiens
Siniſtra Belgium, & Burgundiam
Agripinam Coloniam imperialem erexit columnam.
Fidei non regni cupidus
Cœlorum regno omnia ſubiecit.

XV. *Danorum Rex Haraldus vt ſe in libertatem vindicaret, religionis iactura ſubditos cõcitauit in Othonẽ. Otten-Sund pugnæ locus.*

Haraldum Danorum inſequitur Regem,
Chriſtum negantem, vt Cæſarem negaret,
Vſque dum terra pulſus, in aquas baptiſmi aufugeret,
Si hæres? adhæreas pugnæ campo: 948.
Quis es? interrogatus fatur *Otten-Sund*,
Vvindi, Vagrij, Polabi, Poloni,

XVI.

Luſatij, Liuonij, Rugij, Obotriti,
Noruegi, Boemi,
Ad crucem, vel armatam
Volentes ducit, nolentes trahit.
(Regnum Cœlorum vim patitur)
Sarraceni non Petri petram, ſed Othonis timentes ſaxa

XVII.

Aureos cum opponerent, & apponerent muros,
Perſonam non reſpexit, ſed munera accepit.
Munera, crede mihi, placant hominesq; Deoſque.

In

Sal. Anno 950.

In mulierem (iratam excipe) recipe aurum
Italia [f] gemina viduitate funeſta
Rex ſine regia, ſine Rege Regina;
Papiam [g] deſponderat Berengario patri
(Vxori hanc dederat Lotharius in dotem, vel in vindictam)
Adhelaidem Adalberto filio.
Sola obſtabat fœlicitas iam in procinctu:
Intercepta cum fugeret,
Captori in pœnam reliquit pennas,
Ne lateret, compendio ſubſcripſit *fel*:
Papiæ incluſam [h] occluſus inſequitur Berengarius,
Ne Sponſa, & ciuitas peregrino nuberent.
Regia expugnata, expugnantem Regina ridens
Petit ſponſum in tumulo, non in thalamo.
Papiâ Gardam deducta [i]
Nuptiarum vinculo, nexus ruptura ferreos
951 Corrupit auro.
Canoſſam traducta.
Ibi Hatto inuocat, Otho
Succurre, curenti brauium
Maieſtas erit, & Amor.
Gloria arriſit, & Cupido:
Nec minus poterat
Pro vidua Venere orbatus [K] Mars.
Duplici preſſa telo [l] Othonis, & Berengarij.
Sentit mortis ſagittam, & ſagittata ſaucia.
Sardonicum credens ſuſpicere riſum Berengarius
Se reſpiciens inter ſacrum, & ſaxum
952 Serò cognouit rapturus regiam, perdidiſſe regnum.
Friguit Berengarius callido exigente Conrado
Italiam pro Papiæ fœnore.
Domeſtico diſiſus gladio, hoſtili [m] acquieuit conſilio
Obſequio non obſidione pugnare.
En Ligij Othonis Pater, & Filius
Abnepos, & Deſiderij trinepos,
Quorum hæreditarium Fatum
Cæſares *Magnos* facere,
Carolum Deſiderius, [n] Othonem Berengarius.
Victis Regibus hæc ſola gloria
Mancipia non hominum, ſed Imperatorum eſſe.
Carolum vno deſiderio fecit Magnum,
Othonem duobus Regibus natura fecit maximum.
Duobus captiuis cuſtodem geminans,
Maieſtatis vinculo [o] catenam nectit Amoris
Hæc in Berengario, hic in Adalberto
Verſo genere
Rex Maieſtatis agit triumphum
Fœmina Amoris.
Sub Othone Berengarius, ſub Adhelaide Adalbertus
Fortunæ lugent delictum;

XVIII.

[f] *Adhelеida Lotharij vidua pro dote Papiam cum teneret, deſiderabatur à Berengario ſponſa filij ſui Adelberti vt tali coniugio Papiam occuparet.*

[g] *Papiã Lotharius pro dote reliquerat Adheleida: vel in vindictam, ſperans quod nouo coniugio vxoris ſuæ etiã defunctus triumphare poſſet de hoſte ſuo Berengario.*

XIX.

[h] *Adheleida recuſans nuptias Adelberti obſidetur à Berengario; ne illa Regẽ extraneũ vocaret in Italiam.*

[i] *Adheleida capitur; Gardam traducitur; inde fugiens ad Hattonẽ Canoſſa comitem, Othonem Imperatorem in Italiam vocat.*

[K] *Othonis prima coniux Edubha iã obierat.*

[l] *Othonis nuncius ſagittam mittens cum annulo intra muros vbi obſidebatur a Berengario, aduentum Othonis ſignificat Adheleida.*

XX.

[m] *Berengarius victus a Conrado Othonis Duce Othonem cum filio ſupplex adit.*

[n] *Comparatio inter Carolum M. & Othonem: ille Deſiderium, iſte Berẽgarium vicit.*

[o] *Victis Berengario & Adelberto cuius nuptias ſpreuerat Adheleida: hæc de amante, Otho de regnante dicitur triumphare.*

Sal. Anno 952.

Filius patre miſerior,
Si toleranda fames, non tolerandus amor.

p Italico regno iterum ab Othone donatur Deſiderius.

Italiam p remiſſus Deſiderius Rex ſine regno,
Impatiens ſua alieno regere Imperio,

XXI.

Latij vindicem, Germanam delègit diſcordiam q

q Filius, & gener in Othonem rebellauerant.

r Centum annis laborabat Occidentale imperium, ſi à Carolo M. tempora ſuppntes.

Centenno Imperij reuolutam Fato.
(Centennas r caueant regna periodos)
Hæc non hominum, ſed temporum vitia.
Victorem aggreditur parricidis victus,
Cum Italorum ſ filia ſit Germanorum nouerca,

XXII.

ſ Berengarius initoſ fœdere cum Ludolpho filio Othonis monet in Othonem.

Et arrhizum tentat priuignus patrem,
Quia arrhegonam t non thelegonam timet matrem.
Inde literis Otho petitus, & armis 954.

t Ludolfus iraſcitur in patrem, timens quod ex ſecundis nuptijs alij naſcantur filij.

Inter Terram pependit, & Cœlum:
Quod Filij occluſum u clauibus,
Nequit patris aperiri gladio.

XXIII.

Petri ſeræ haud Cæſaris reſerantur ſerris.

u Excommunicatur a filio Gulielmo Archiep. Metenſi.

x Otho Gulielmum filium carceri tradit.

Eius eſt aperire, cuius eſt claudere.
Filius Gulielmus x Metenſis Archiepiſcopus.
Ipſemet terra clauſus poſt Cœlum clauſum,
Solutus vt ſolueret; ne ſolueret
Claues duplicauit, z & clauos.

z Gulielmus geminat excommunicationem in patrem.

At patriæ proditores, & patris

XXIV.

Quàm Hungaris A armari fidunt

A Filij vocant Hungaros contra patrē

Pia exarmantur barbarie;

XXV.

Et ſit hoſtis ex hoſpite tàm patris, B quàm parricidæ.

B Hungari vocati in patrem à filijs, vtroſq. aggrediuntur.

Theutonico inebriatis ſanguine Hungaris
Bauaria, Lotharingia, Belgium, & Aquitania
Poculis, paculis plauſit & podecruſtijs.

Hungari populantur Bauariam, Belgium, Lotharingiam, Aquitaniā.

Nequibant aliter proditores reuocari fideles.
Maguntinus Epiſcopus barbarie religioſus factus

XXVI.

Cruce recepta, reſtituit Cæſari clauam

Epiſcop. Magunt. ſubmittitur Cæſari

Genero crudelior filius
Ante diem patrios inquirens in annos
Pugnabat, vt patri eliceret ſanguinem,
Repugnabat pater vt filius mitteret lacrimas.
Hiſce armis exarmant geniti genitorem.
Sic Maieſtati conſultum,
Lochenſi in ſaltu Othoni Lutolphum occurrere,
Vt laterent, cum planctu certarent filius & parens.

LXXVII.

Hungaros inde adortus vt filium erudiret,

Victoria Othonis de Hungaris.

Auſos ipſa prouocare elementa 955.
Tanta vicit clade,
Vt in Lyco Hungarorum diceretur deleta propago.

Tres Hungarorū Reges capti: nomina ignorantur.

Tres eorum captos Regulos, victoriæ ſuſpendit trophæa
Lemate inſcripto
Exaltaui ſuperbos.

XXVIII.

Sclauos ità domuit, & vrbium ruinas diruit,
Vt quibus imperaret, non eſſent.

XXIX.

Hoſce ſine ſtipendio centuriauerat Berengarius 956.

Et quaſi eius calamitas non Berengarius iuraſſet,
Petri ſpolijs regnum ſibi redemit, alijs ademit.
Accurrit [C] Lutolphus,
Sed ſuo non Berengarij properans Fato,
Cum Berengarius victus abit, victor obit:
Iam præluſerat Vates
Ibis neque redibis, nec morieris in bello.
Venit Otho, [D] & ne Germaniæ Otho deeſſet,
961. Othonem filium Cæſarem fecit.
Ferro tandem redimitus, & auro
962. Otho [E] Imperator XI. Pontifex Io: XII.
Super viuos Petri cineres
Iurant peierare promiſſa.
Vtriuſque cum eſſet in pacto primatus
Contractus [F] claudicauit,
Si Petri non Cæſaris legimus Orbem.
Ioanni [G] cum negat Otho Rauennæ claues,
Othoni negatur Imperij clauus.
Virga certabat vterque:
Proh dolor?
963. Moyſis virgam deuorauit virga Pharaonis,
Nec Papa Cæſarem, ſed Cæſar Antipapam [H] fecit.
Leo iſte erat, nec alius eſſe poterat ferarum Rex.
Ioannes moritur, verè Benedictus [I] ſurrogatur.
964. Sed duos Chriſtos deponit Antichriſtus.
Iniuriam vt velaret abundantiâ pacis,
Berengarij manumittit vxorem.
Caducifera [K] cum crederetur petitura maritum
Fabius fœcialis venit,
Mallens à thoro extorris eſſe, quàm à limite torre.
In hoc ſinu (ait) bellum affero
In hoſtem vel in vxorem,
Vtrum eligis? Vtrum mauis? ſume.
In hoſtem; ſucclamat maritus.
Sic fari debebat, vt vtrumque perderet.
Viuum ſepultum dicas, [L] quia non legimus mortuum,
Vel latet mortuus
Ne Otho de manibus [M] triumpharet, vt Carolus,
In iudicium mortuorum à filio Gulielmo vocatus,
Haud poterat manium cogitare triumphos.
Sed quò fugit [N] Adalbertus?
965. *Itala* fide traductus ad rogum, cum petitus ad regnum.
Ticinus mugijt, & medio caput extulit alueo.
Cæſarianam adhuc horrens fortunam, refluit exterritus?
Dextera Domini erat,
Quæ Cæſaris dabat Cæſari,
Vt paria Cæſar referret Deo.
Agnouit Otho
Leone mortuo, factus agnus
Iubet Aquilam famulari [O] Ioanni:
(Fecit

C *In Berengarij ſeuitia mittitur Lutolfus Othonis filius, qui poſt deuictum Berengarium, moritur, ſed non in acie.*

XXX.

D *Otho II. ex Adelaide filius ab Othone M. ſucceſſor declaratur.*

XXXI.

E *Otho, & Ioannes mutuum fœdus iurant.*

XXXII.

F *Videtur claudicare contractus: quia Pontifex non debebat paciſci quod ſuum erat, & illi deſuper datum.*

G *Io: Papa Adelbertum reuocat in Othonem.*

H *Viuente Io. 12. Antipapa creatur Leo VIII.*

I *Io 12. mortuo, eligitur Benedictus, ſed ab Othone, & à Leone VIII. deponitur.*

XXXIII.

K *Vuilla uxor Berengarij miſſa vt maritum ad deditionem ſuaderet, ipſa hortatur eundem ad bellum.*

XXXIV.

L *Quando, & quomodo mortuus Berengarius ignoratur.*

M *Oſſa Deſiderij Regis Longobardorum ſepulta ſub pedibus Caroli M.*

XXXV.

N *Burcardus Dux Othonis Adalbertum ab Italis reuocatum vincit.*

XXXVI.

O *Ioan. 13. eligitur Pontifex plaudente Othone.*

 Sal. Anno

(Fecit iſte venerabile nomen,
Quod fidei dederat infœlix omen)
At ſuper Triregnum vſurpantes Quirini regnum
Trahunt[P] Capuam Orbis caput.
Fremit Otho [Q] exulare Orbem in vrbe: 966.
Et Papa Romàq; ad limina reuocato,
Pro ſummo Sacerdote
Non vna contenta Nemeſis hoſtia
Mulctantur Conſules:
Vrbis non mendax fabula Prætor 967.
Aſello imponitur: obuerſumq; clunibus
Cædit lictor, exſibilat præco.
Decarchæ pendentes ab arbore,
Inſaniæ fructum excerpunt.
Inde Biceps Aquila
Quaſi imperij conſortem quæreret
Vt vno in ſolio conuenirent Maieſtas, & Amor 968.
Græcia obſtitit:
Et poſt Theophaniam [R] Othoni deſponſatam, 969.
Italos paranimphos parentalibus excepit Nicephorus,
Proditoribus etſi Graijs diſplicuit Græca proditio:
Ipſa Vxor Theophana frigidius amari dolens
Ad Tizimiſcen dotale tulit imperium. 970.
Apulia, Calabria, & Theophania
Hæc belli iure, hæc fidei pignore 971.
Gladio primùm Othonis inde ceduntur calamo
Vt nouo Cæſares partirent limite campos.
Inter duos Magnos, Vter fuerit maior?
Carolum, & Othonem,
Siſte iudex viator.
Inter Cæſares primus Carolus? Otho nulli ſecundus
Cæſarum primus
Italum Protheum literis catenauit, & armis.
Feudis exegit fidem.
Stemata, ſtromata, ſtratelatica
Adoptionis, non adeptionis monumenta clamabant:
Tibi ſeruimus, vt liberi viuere valeamus.
Tanta potuit religionis auxilio
Inde Baſilicas non tam ornauit, quàm erexit:
Vt *inquilinum* haberet, quem habuerat commilitonem 973.
Moritur non vt decederet, ſed accederet.
Adhuc viueret, *Nonis Maij.*
Ni ad viuorum, & mortuorum iudicem
Filius traxiſſet patrem.
Die Pentecoſtes conuentus,
Sumpto Viatico protinùs adijt
Ne contra abſentem iura clamarent.
Quis vicerit? videris, poſtquàm vixeris.
Militum more in procinctu teſtatus
Septem verbis totum legauit Orbem;

Fœlix

P Romani in arcē Papam detrudūt; inde Capuam relegant.

XXXVII.

Q Otho iterum in Italiam deſcendit; Papam reſtituit, ſenatores punit.

XXXVIII.

R Græci Theophaniam promiſſam in vxorem Othoni II at Germanorum venientes Legatos vt ſponſam ſuſciperent, Græci doloſè occidunt. Theophana vxoris Nicephori Imperat. quem ipſa tulerat ad imperiū machinatione, a Græcis occiditur Nicephorus.

XXXIX.

Tizimiſces nouus Græcorum Imper. Theophaniam deſponſat Othoni II. & Apuliā ac Calabriam cedit.

XL.

Moritur Otho in die Pentecoſtes, vt à filio Vuilhelmo prouocatus fuerat ad tribunal Dei.

Fœlix latro, tuam negarem ſalutem,
Ni morientis Redemptoris verba furatus.
Larua tua Crux ſola deeſt,
Chriſtum dicerem ſi te crucifixum viderem.
Et ſi Chriſti, non Pilati lex eſſet
Loquela tua manifeſtum te facit
Chriſtum dicerem non crucifixum.

Otho ſeptem verba, quæ in ara crucis Redemptor protulit, moriendo recitauit.

CATENA HISTORICA
CAPVT SECVNDVM.

1 *Othonis parentes. 2. Quando natus. 3. Othonis nomina, mores. 7. Vita ſplendida. 97. Patientia. 4. Vxores. 5. Liberi. 6. Concubinæ. 8. Succeſſor Imperij à patre deligitur. 9. Coronatur: modus coronandi. 22. Vincit rebelles orando. 25. Obſidet Briſacum. 27. Abbatiam militi petenti quid reſponderit? 29. Victoria accepta, ad Eccleſiā properat. 41. Magdeburgū inſtaurat. 4. Monaſterium S. Petri, & Pauli erigit. 47. Otho Lugdunum capit, Pariſios obſidet. 48. Slauos, Danoſq; ſubigit. 77. mouet in Berengarium. 78. Hermannum Saxoniæ præficit. 80. In Italiam deſcendit. 82. Adeleidem vxorem ducit. 83. Romam ingredi denegatur. 49. Haroldum Danorum regem Chriſtianum facit. 50. Vvandalos ad fidem Chriſti trahit. 52. Tres Epiſcopatus fundat. 53. Ab Italis inuocatur. 12. Othonis conſtitutio de libertate Eccleſiæ Stamburgenſis. 13. Hungaros, & Ducem Bohemorum Boleslaum vincit. 14. Henrici Bauari filios Ducatu priuat. 11. Conuiuium ab Othone celebratum.*

10 *Gladius, & reliqua imperij ornamenta quid ſignificent.*

11 *Ius populi in electione Imperatoris.*

15 *Diſcordia inter Othonem, & fratrem Danemarum. 19. Occiditur à militibus Othone inſcio.*

16 *Euerardus conſpirat in Othonē. 18. Othonis fratrem Henricum capit. 28. Mors.*

17 *Canem deducere probroſum antiquis.*

20 *Henricus in fratrē Othonem conſpirat. 24 Lotharingiam aufugit. 34. Prohibetur à ſorore arcem ingredi. 35. Reconciliatur fratri. 36. Bauariæ Ducatu à fratre Othone donatur. 123. Eius vitia. 124. Moritur.*

21 *Giſelbertus Dux Lotharingiæ mouet in Othonem. 28. Mors.*

26 *Fridericus Archiep. Mogunt. molitur in Othonem. 32. Captiuus. 38. Noua molitur.*

30 *Ludouici Francorum Regis bellum pro Lotharingia Effigies. 33. Othonis ſororem in vxorem ducit. 39. Capitur ab Hugone Capeto. 40. Ab Othone liberatur.*

31. *Filia Othonis vxor Bertoldi Bauari effigies.*

37 *Perſecutio clericorum in Monachos. 43. Priuilegia Magdeburgo ab Othone data. 44. Sunt ſuſpecta.*

45 *Ludolphus Othonis filius vxorem ducit filiam Hermanni Sueui. 89. Mouet in patrem. 95. Patri non reconciliatur ne rebelles prodat. 96. Ratiſponam capit. 98. Saxonum turmas intercludit.*

46 *Statuta Ingelenhemenſia.*

54 *Italorum diſcordia ſecuri barbari.*

55 *Itali fouentur diſcordes à Senebaldo filio Arnulphi.*

56 *Sarraceni Italiam inuadunt dolo Græcorum.*

57 *Albericus Hetruſcus Sarracenes vincit. Eius effigies. 58. Hungaros vocat in Italiam.*

59 *Berengarius II. Burgundos Italia expellit, effigies. 60. A Burgundis vincitur.*

tur. 61. Hungaros vocat in Italiam Duce Salardo.

26 Rodulphus Burgundus vincitur ab Hugone Arelatenſi: effigies.

63 Arnoldus Bauarus Veronam capit: effigies, ab Hugone repellitur.

64 Berengarius III. Italiam recuperat. 67. Auro donatos Hungaros remittit. 65. Regnum partitur cum Lothario filio Hugonis. 68. Eccleſias expoliat. 69. Adheleidam in vinculis tradit. 70. Se Auguſtum appellat. Effigies. Albertum filium creat Romanorum regem. 71. Tentat nuptias filij cum Adheleida. 85. Othoni ſe ſubmittit. 86. Italia donatur ab Othone. 134. mouet in Papam.

66 Henricus Bauarus Hungaros Italia expellit.

72 Adheleida Italiæ regina nuptias Adelberti recuſat. 74. Martini Sacerdotis ope fugit ad Adelardum Epiſcopum. 75. Canuſij recipitur ab Athone. 76. Obſidetur à Berengario. 81. Certior fit de aduentu Othonis. 110. An commater Othonis.

79 Hermannus ſeruos ſuos vt fures damnat.

80 Forum Iuly Barbarorum porta.

83 Conradus Dux Othonis Berengarium in Germaniam ſupplicem ducit. 89. Mouet in Othonem. 101. Reconciliatur. 119. An in gratia Othonis obierit. 200. Exuuiæ repertæ.

87 Othonis ſtatuta Auguſtana Eccleſiaſtica.

88 Priuilegium dat Eccleſiæ Oſnaburgenſi.

89 Donatio facta Monachis S. Ludgeri.

90 Ludolpho filio. 92. Cur à Deo punitus. 93. Male auditur à filio propter nuptias Adheleidæ. 94. Mouet in filium. 99. Auares declinare facit. 100. Cinnæ conuentum celebrat. 114. Slauos vincit. 117. Hungaros vincit. 121. Laqueo damnat ſeptem Hungarorum regulos. 122. Gratias Deo agit. 126. Slauos vincit.

104 Vuilhelmus Archiepiſc. Mogunt. Othonis filius. 105. Othonem patrem excommunicat. 106. Carceri traditur. 107. Liberatus exire recuſat. 108. Patrem prouocat ad Tribunal Dei. 111. educat Othonem II. 217. & 228. obitus.

112 Bernardus Halberſtadenſis Epiſcopus Othonem excommunicat.

113 Rex non poteſt Epiſcopatum diuidere. 169. ſpiritualia non tractat.

116 Hungari doloſè Bauariam inuadunt: Duce Comite Schirenſi. 120. Victi.

125 Iuditha Vxor Henrici Bauari à ſuſpicione adulterij purgata ab Abrahamo Epiſcopo Friſingenſi:

127 Geronis virtus militaris. 196. Obitus. 229. Natalia: vita.

128 Otho muneribus à Regibus, & Sarracenis donatus. 129. In Italiam contra Berengarium deſcendit. 138. Turcarum ducem capit. 139. Slauos vincit. 142. Ab Italis inuocatur. 143. iurat Amicitiam Io: XII. 149. Mediolani coronatur in Imperatorem. 150. Eccleſiæ Mediolanenſi facta donatio. 151. & 191. & 195. Eccleſiæ Magdeburgenſi facta largitio. 152. Eccleſiæ Mindenſi. 153. Romæ coronatur à Io: XII. 154. Eccleſiæ bona occupata reſtituit. 155. Confirmat donationes Karoli Magni: Ludouici &c.

130 Io: XII. An legitimè electus. 140. Legatos ad Othonem mittit in Berengarium. 143. Othoni iurat amicitiam. 157 Adelbertum reuocat contra Othonem. 159. Vitia, libido. 160. Vt puer tractatur ab Othone. 161. Se excuſat cum Othone. 164. deponitur. 165. Accuſatur. 166. Proteſtatur de nullitate Conciliabuli. 168. An iure depoſitus.

135 Prodigia crucis apparentis in veſtibus hominum.

141 Vuilla vxor Berengarij improba. 156. Marito ſuadet, ne Othoni cedat.

145 Otho II. coronatur ſucceſſor ab Othone Magno. 211. Romæ coronatur. 227. Theophaniam ducit.

146 Adelbertus Berengarij filius ſe opponit Othoni ad Cluſas. 147. Petitur in Regem ab Italis. 148. Derelinquitur ab Italis. 158. Sarracenis ſe commendat. 182. An relegatus ab Othone. 185. Reuocatur in Italiam. 186. Vincitur à Burchardo.

162 Otho Legatos mittit ad Io: XII. vt duello expurgent innocentiam ſuam. 163. Ro-

mæ recipitur. 170. Priuilegium eligendi Rom. Pontif. necnon ſibi ſucceſſorem conſequitur. 173. Aggredientes reprimit. 179. Romam capit. 181. Eccleſiæ Patauinæ facta donatio. 184. Reuertitur in Germaniam. 192. Donatio facta Monaſterio Laurisheimenſi. 193. alia Oſnaburgenſi. 194. & 199. Hamburgenſis Eccleſiæ priuilegium. 197. In Italiam deſcendit contra Italorum tumultus. 198. Donatio facta Mamaconi.

167 *Leo VIII. Eligitur in Papam. 170. Leonis conſtitutio de electione Pontificis, & inueſtituris epiſcoporum, de eligendo Romano Imp. 174. pro Romanis intercedit. 178. Benedicti electionem in Papam abrogat. 182. Berengarium, & vxorem relegat. 187. Moritur.*

171 *Reſtitutio Imperialium iurium à Romanis Othoni facta.*

172 *Io: XII. molitur in Othonem. 175. Reuocatur in vrbem. 176. Leonis acta improbat. 177. Eius mors.*

178 *Benedicti electio in Papam. 180. obitus.*

183 *Peſtis graſſatur.*

187 *Io: XIII. eligitur in Papam. 188. à Romanis eijcitur. 190. Reuocatur.*

189 *Pandulfus Capuæ Princeps humanus erga Pontificem. 214. Rebellat, obſidē dat.*

201 *Othonis filia infamata expurgatur.*

202 *Otho laqueo damnat Conſules Romanos.*

203 *Gradenſis Eccleſia metropolis Venetorum.*

204 *Eccleſiæ factas donationes Otho confirmat. 205. Alderamo facta donatio. 208. Legatos ad Nicephorum mittit.*

205 *Eſtenſium familia vnde venerit.*

206 *Mutiliana familia.*

209 *Othonis M. Conſtitutiones de raptu de monetarijs: de latronibus: de ſucceſſione nepotum: de varendatione: de Eccleſijs: de earum prædijs non alienandis. 212. Edictum ad Germaniæ proceres.*

210 *Duo Soles apparent.*

213 *Herimanni ambitio punitur ab Othone.*

215 *Luitprandi legatio ad Græcum Imper. Nicephorum.*

216 *Græcorum inhumanitas. 220. dolosè Germanos trucidant. 221. à Germanis victi. 225. occidunt Nicephorum.*

218 *Hattonis Archiep. Moguntini tyrānides in pauperes 219. A muribus deuoratur.*

222 *Catena Petri miraculoſa.*

223 *Deodericus Metenſis Epiſcopus Petri catenā violenter rapit. 224. Eius contentio cum Papa: conciliatur ab Othone.*

226 *Arnulphi Epiſc. Mediolani magnificentia. 227. Serpentem æneum Moyſis Mediolanum fert.*

228 *Mathildis obitus: Laus.*

231 *Bernardi Epiſcopi obitus: Laus.*

232 *Poponis obitus.*

233 *Bruno Archiep. Colon. flagellis cæſus, quia philoſophiæ ſtuderet.*

234 *Othonis M. obitus, vbi, quando, quomodo, & 109. 235. Quid dixerit moriendo. 236. Sepulcrum. 237. Epitaphia. 238. Eius iuſtitia erga militem à quo læſus. 239. Eius tituli. 240. Symboli. 241. Moneta.*

OTHONIS ORTVS.

Sal. Anno 936. I. PAter fuit *Henricus Auceps* Imperat. ex Saxonibus primus.

Mater *Mechtildis* filia *Theodorici*, vel *Dierici* Comitis Ringelheimenſis.

Adnotatio Temporis.

II. HIſtoriæ veritatem ex dierum abſit metiri certitudine. Ottonianæ Geneſis exordium inter temporum antimonias claudicat; cum alij initium Imperij eius referant in Annum 936. alij in 937. alij in 938. itemque Annos imperij quidam tribuant 36. ceteri 37. aut 38. Probabilius eſt ſuſcepiſſe imperium 936. Sexto Nonas Iulij. Obijſſe 973. Nonis Maij Pentecoſtes.

Appellatio.

OTHO huius nominis primus ſine aſpiratione Latinis, cum aſpiratione Germanis, iuxta illud III.

Hatto poſt Hatto, regnauit tertius Hatto;

Cognomine dicitur *Magnus*: ex religio-

Sal. Anno 936.

ſa, iuſta, ac forti rerum amplitudine quas patrauit. Vnde Vvitikindus. *Ipſe Dominus rerum, fratrum natu maximus optimus inprimis, pietate erat clarus, opere omnium mortalium conſtantiſſimus: præter regiæ diſciplinæ terrorem ſemper iocundus, dandi largus, dormiendi parcus, & inter dormiendum ſemper aliquid loquens, quo eum ſemper vigilare æſtimes, amicis nihil negans, & ſupra hominem fidelis. Nam quoſdam audiuimus accuſatos, & peccati manifeſtos, ipſum eorum aduocatum, & interceſſorem, & criminis nullo modo credulum ab eo poſthabitos, tanquàm nihil vnquàm in eum peccaſſent. Ingenium ei admodum mirandum: nam poſt mortem Edidis Reginæ, cum antea neſcierit literas, in tantum didicit, vt pleniter libros legere, & intelligere nouerit. Præterea à Romana lingua Sclauonicaque loqui ſciebat: ſed rarum eſt quod earum vti dignaretur. In venationibus creber, tabularum ludos amat, equitatus gratiam regia grauitate interdum exercens. Acceſſit ad hæc moles corporis, omnem regiam oſtendens dignitatem, capite cano, ſparſus capillo, oculi rutilantes, & in modum fulguris cita repercuſſione ſplendorem quendam emittentes: facies rubicunda, & prolixior barba: & hæc contra morem antiquum: pectus leoninum, quibuſdam ſparſum iubis: venter comodus: inceſſus quondàm citus, modò grauior: habitus patrius, vt qui numquàm ſit peregrino vſus. Quotieſcumque autem ſit opus corona portanda, ieiunium ſemper præcedere pro vero traditur.* Annal. l.2 ver. finem. Concordat *Luithprandus* de Mathilde loquens. *Peperit viro ſuo filium, quem vocauit Othonem. Iuſtum, inquam, cuius mundi partes aquilonares, & occidua potentia reguntur, ſapientia pacificantur, religione lætantur, iuſtique iudicij ſeueritate terrentur.* Lib. 4. cap. 7.

VXORES.

DVas habuit. I. fuit *Editha* Edmundi Anglorum Regis filia, & ſoror Adalſtani, quam ex conſilio Henrici patris ſui ſibi copulauit A.C. 932. mortua eſt A.C. 947. die 27. Ianuarij, & ſepulta Magdeburgi in Cœnobio S. Ioannis. Vel vt ſcribit Luitprandus. *Duxerat Rex Otho ante regni ſu-* IV. Vvitich. 1. Annal. Lib. 4. c. 7.



ſceptionem

Anno Sal. 936. *ſceptionem ex Anglorum gente nobiliſſimam regis Adelſtani fratris filiam ſibi vxorem, nomine Otgit.*

II. Fuit *Adheleida* filia *Rudolphi* Burgundorum Regis, vidua *Lotharij* Regis Italiæ (qui A. C. 950. petitus veneno, in phreneſim incidit, & mortuus eſt Anno Regni IV.) quam Otto in vxorem duxit A.C. 951.



LIBERI.

V. Ex priore coniuge *Editha* ſuſcepit filium *Ludolphum* Sueuiæ Ducem, cui *Idam* Hermanni Sueuorum Ducis filiam in matrimonium dedit. & *Ludgardam* quam pater poſt mortem matris deſpondit Conrado Rufo, Francorum Duci, indè Lotharingiæ Duci, poſtea Burgrauio Vvormatienſi.

Ex poſteriore Vxore *Adheleida* ſuſcepit *Henricum* Ducem Saxoniæ.

II. *Brunonem* Archiepiſcopum Colonienſem.

III. *Ottonem* II. qui patri in imperio ſucceſſit.

IV. *Adheleidam*, quam in vxorem tradidit *Hugoni Capeto*, Comiti Pariſiorum, Regi Franciæ.

CONCVBINAE.

Nobilem captiuam habuiſſe legimus generis Sclauonici, ex qua filium ſuſcepit *Gu-*
VI. *Domarus l.2.* *lielmum* Archiepiſcopum Moguntinum: de quo Ditmarus ſcribit. *Fridericus Archipræſul XVIII. ordinationis ſuæ Anno, vir abſtemius obijt, & Vvilhelmus, de matre quamuis captiua, tamen nobili, & Slauonica, & ex rege prædicto genitus, vice eius ordinatur. Anno Sal. 964.*

Vita Oeconomica.

Magnifica, ſplendida, & verè regalis Ot-
toni fuit. Nam ſingulis ſeptimanis in ci- VII.
bum aulicum 1000. porci, 28. Tauri. 1000. modij frumenti. 8. plauſtra vini. 10. plauſtra ceruiſiæ præter olera piſces, oua, gallinas, carnes ferinas, butyrum, adipem, lardum, caſeum, conſumebantur. *Erneſtus Brotuffus l.2 Chron. Magdeb. c.1.*

IMPERII OCCVPATIO.
Sal. Anno 936.

Quum ſe iam morbo (Krantzius) *grauari ſenſiſſet Henricus Auceps, conuocatis proceribus, deſignauit Ottonem filium Regem, cæteris prædia cum theſauris diſtribuens. Sequutus eſt exemplum prædeceſſoris ſui Conradi, qui ſe moriens regem declaraſſet. Nec longe erat ab conſuetudine Karolinorum, vt deſignaret pater* *Saxon. l.3.c.13.* VIII.

Anno Sal. 936. *quem vellet ex filijs ſibi in Imperio ſurrogari. Nam Karolus Magnus aſſumpſit viuens Ludouicum, & ille Lotharium filium conſortem fecit Imperij. Nondum enim erat legitima electionis forma.* Quibus verbis vſus fuerit Hẽricus dum filium in ſucceſſorem deſignaret,
Lib. 2. tradit Vvitikindus: *En tibi imperium non à maioribus mihi relictum, ſed per memetipſum acquiſitum, & à Deo traditum.*

IX. Henrico itaque defuncto à principibus Imperij confirmatus, & *Aquiſgrani* ab Epiſcopo Mogũtino Hildiberto coronatus Anno C. 936. licet per errorem apud Goldaſtum irrepſerit 946. & quamquàm Treuirenſis ob Eccleſiæ ſuæ antiquitatem; & Colonienſis ob locum *Aquiſgrani* Diœceſi ſuæ contributum, conſecrandi Regis munus
Vvitich. vindicarent, *ceſſit tamen vterque Hildiberti cunctis notæ almitati*. Vnde colligitur ius coronandi Imperatorem ad certam ſedem, ſiue ad Præſulem certi loci, lege tum non pertinuiſſe. Propterea cum rationibus coram Procerum iudicio diſceptaretur: perſonæ vicit auctoritas, cui tamquàm eminentiori cæteri modeſtia Sacerdotibus digna, conceſſerunt.

Chronicõ Hirſgauienſe Qui accedens ad altare, & ſumens inde gladium imperialem cum baltheo, conuerſuſque ad Regem ante ſe genua flectentem, dixit: *Accipe hunc gladium, in quo deijcias*
X. Gladius quid ſignificet. *omnes aduerſarios, barbaros, & malos Chriſtianos, tibi authoritate diuina traditum, cum omni poteſtate totius imperij Francorum, ad firmiſſimam pacem omnium Chriſtianorum. Amen.* Deinde ſumptis armillis, & clamyde induit eum dicens: *His cornibus humero tenus demiſſis, monearis quo zelo fidei feruere debeas, & in tuenda pace, vſque in finem conſtans perſeueres.* Exinde ſumpto ſceptro baculoq; dixit: *His ſignis monitus eſto quatenus paterna caſtigatione ſubiectos corripias, primumq; te Dei miniſtris; deinde etiam viduis, orphanis, & pupillis protectorem, ac defenſorem ſemper exhibeas, eiſq; manum miſericordiæ clementer porrigas.* Poſt hæc fuſo ſuper caput eius oleo conſecrationis, ait; *Vnxit te Dominus in Regem ſuper populum ſuum, vt nunquàm de capite tuo oleum miſerationis deficiat, quo hic, & in futuro miſericordiam ab ipſo Creatore tuo conſequaris, Amen.* Poſtremo impoſuit capiti eius Regalem coronam, dicens: *Coronaui te corona iuſtitiæ, qua monearis te iuſtitiam debere ſubditis, quatenus hoc ornamento regali præmonitus, & tuis reuerendus, & inimicis terribilis appareas, & poſt huius vitæ terminum ſempiterno cum Angelis præmio coroneris, Amen.* Completa benedictione Pontificis, Regem in ſolio poſuere regali: & ad populum conuerſus Epiſcopus
dixit: *En adduco vobis à Deo electum, & à* Vvitich.
Domino rerum Henrico olim deſignatum, nunc vero à cunctis Principibus regem factum Othonem, ſi vobis iſta electio placeat, dextris in Cælum leuatis ſignificate. Quibus non datam populo facultatem diſſentiendi vult *Baclerus*, ſed ad plauſum comitatos populos, vt voce ſe fideles obſtringerent: quod XI.
dubium, cum enim non adhuc penès prin- Populi ius.
cipes eligendi facultas eſſet, ſolus ſupereſſe videtur populus, vnde omnis ſublunaris maieſtas, Romani populi exemplo, qui ſolùm poſt *legem Regiam* latam (ita dictam
quia in ea ageretur de transferendo in Cæ- §. Sed quod princip. inſt. 2. Inſtit. 2.
ſarem populi auctoritatem) tali iure ſe ſponte abdicauit.

Conſecrationem Imperatoris excepit ſo-
lemne conuiuium, vbi Rex cum Pontifici- Vvitichindus 2.
bus ſedit ad menſam: *Duces vero miniſtrabant. Lothariorum Dux Giſelbertus, ad cuius poteſtatem locus ille pertinebat, omnia procurabat: Euerhardus menſæ præerat: Hermannus Franco Pincernis: Arnulfus equeſtri ordini, & eligendis locandiſque caſtris præerat. Sifridus verò Saxonum optimus, & à Rege ſecundus, gener quondam Regis, tunc verò affinitate coniunctus, eo tempore procurabat Saxoniam, ne qua hoſtium interim irruptio accidiſſet, nutrienſque iuniorem Henricum ſecum tenuit. Rex autem poſt hæc vnum quemque principum iuxta munificentiam regalem congruenti ſibi munere honorans, cum omni hilaritate dimiſit multitudinem.*

OTHONIS MAGNI IMPER. AVGVSTI CONSTITVTIO
Super libertate Eccleſiaſtica. Sal. Anno 937.

Coronatione peracta, Primum Othonis facinus fuit religionis cura. Vnde rogante

Adal-

Anno Sal. 937. Adaldago Hammaburgenſi Epiſcopo, ita apud Goldaſtum legimus decreuiſſe.

In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis: Otto diuina fauente clementia Rex.

XII. *Apud Meibom.* *I. Qui mundiali poteſtate præditi, quibuſcumque neceſſarijs regentium ſuffragari feſtinant, diuinam ſibi nihil refragari certiſſimè ſciant. Ideoque non dedignamur affectum ad nos confugientium perducere ad effectum, quia ob hoc temporalis regni modificationem nobis pariter ſperamus, & amplificationem æternaliſq; prouenturam perpetuò perennitatem.*

II. Vndè nouerit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet, & futurorum, ſagacitas, quod Adaldagus ſanctæ Hammaburgenſis Eccleſiæ venerabilis Archiepiſcopus, adiens excellentiam Serenitatis noſtræ, expetiuit à noſtra pietate talem libertatem, & tuitionem Monaſterijs in eius Epiſcopio conſiſtentibus, qualem cætera per noſtrum regnum Monaſteria noſcuntur habere.

III. Cuius iuſta, & rationabilis videtur petitio, ad honorem S. Dei genitricis Mariæ, cui locus ille Hammaburch eſt conſecratus, eidem loco ſupradicto concedimus omnes conceſſiones, quas conceſſerant anteriores Francorum Reges, cæteriſq; Monaſterijs ad hanc Diœceſim pertinentibus, idem *Ranaslaum, Bremum, Bireſinum, BuKKenum videlicet, vt nullus index publicus, vel qualibet iudiciaria poteſtas, aliquam ſibi vindicet poteſtatem in ſupradictorum hominibus Monaſteriorum, litis videlicet, & colonis, vel eos aliquis capitis banno ob capitis furtum, vel quocumque banno conſtringat, vel aliquam iuſtitiam facere cogat, niſi aduocatus Archiepiſcopi, quamdiù eos corrigere valuerit. Quod ſi quiſpiam illorum incorrigibilis extiterit, tunc ab Aduocato eidem præſentetur iudiciariæ poteſtati, cæteri vero in ſubditione Archiepiſcopi permaneant. Si vero aliquis ex libertis voluerit Iammundling, vel litus fieri, aut etiam colonus ad Monaſteria ſupradicta, cum conſenſu coheredum ſuorum, non prohibeatur à qualibet poteſtate, ſed habeat licētiam noſtram, habeat quoq; poteſtatem prædictus Adaldagus ſucceſſoreſque eius Hāmaburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi ſuper liberos, & iamundilingos Monaſteriorum ſupradictorum in expeditionem, ſiue ad placitum Regis. Damus quoque Clericis Hammaburgenſis Eccleſiæ poteſtatem inter ſe, ſiue aliunde elegendi Epiſcopum, cum neceſſitas popoſcerit, & vt hac auctoritatis noſtræ conceſſio à fidelibus noſtris verius credatur, & per ſuccedentia tempora diligentiùs obſeruetur manu propria ſubtus eam firmauimus, & annulo noſtro ſigillari iuſſimus. Data 11. Kal. Iulij Anno Dom. 937. Ind. X. Anno Regni piiſſimi regis I. Actum in Vverlaha in Dei nomine.*

Tria alia leguntur diplomata Othonis Magni ſub hoc Anno 937. cauſa religionis indulta, vt Meibomius poſuit, & ſunt.

PRIVILEGIVM OTHONIS REGIS.

De confirmatione bonorum Bremæ, Hammaburg, Bukkan, Birſinem, Ramaſto pertinentium.

IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Otho Rex diuina opitulante Clementia. Dinoſcat omnium fidelium noſtrorum ſagacitas, qualiter nos pro mercede vitæ permanentis, & per interuentum caræ Coniugis noſtræ Edgidæ, atque Thietarij fidelis noſtri, in proprium damus ad locum nominatum Hammaburg, quicquid in locis ſic nominatis Bremum, Birſina, Ramalſo, BucKin, proprietatis hucuſque habere viſi ſumus, in tuis cultis, & incultis, agris, pratis, paſcuis, campis molendinis, piſcationibus, aquis aquarum decurſibus, vijs, & inuijs, quæſitis, & inquirendis, omnibuſque ad præfata loca iure legitimeque pertinentibus firmiter in proprietatem donauimus, ad vtilitatem Hammaburgenſis Eccleſiæ Epiſcoporum. Inde etiam munificè largitatis noſtræ ſcriptum fieri iuſſimus, per quod volumus, firmiterq; iubemus quatenus Archiepiſcopi Hāmaburgenſis Eccleſiæ habeant poteſtatem quicquid illis placuerit faciendum. Et vt hoc à fidelibus noſtrorum induſtria verius credatur, ac per ſuccedentium temporum curricula diligentius obſeruetur manu noſtra ſub tuas illud confirmari curauimus, & annuli noſtri impreſſione conſignari iuſſimus. Data VI. Idus

Augu-


Anno 937. *Auguſti, Indictione X. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXXVII. Anno autem Othone regnante Rege II. Actum in Vvalahurſem, Amen.*

PRIVILEGIVM OTHONIS I.

Super telonio, quod in Magdeburg conſtitutum eſt, vel conſtituetur.

IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Otho Diuina fauente gratia Rex: nouerint omnes fideles noſtri preſentes ſcilicet, & futuri, qualiter nos ob amorem Dei, & noſtræ animæ remedium, in loco Magdeburg nominato, Eccleſiam conſtruximus in honore Sancti Petri Apoſtolorum Principis, & Sancti Maurity, atque Innocentij, ad hanc Eccleſiam eandem ad nutrimen plebis inibi Deo famulantes, & ſanctis eius ob remedium animæ noſtræ, & patris noſtri, nec non dilectiſſimè matris noſtræ, & coniugis noſtræ, cuius & prædictus locus dos fuit, & prolis noſtræ, omniumque debitorum noſtrorum, & Rudolphi Regis, qui nobis ſanctum tranſmiſit Innocentium telonium omne, quod in Magdeburg conſtitutum eſt, vel conſtituetur in proprium damus, & concedimus eiuſdem congregationi quod familia eorum coram nullo niſi Aduocato eorum iuſtitiam ſecularem cogantur agere. Quod ſcripto roborari iuſſimus, manu noſtra firmauimus, annulo noſtro ſigillari præcepimus.

Signum Othonis Inuictiſſimi Regis.



Poppo Cancellarius ad vicem Friderici recognoui. Data V. Kal. Octob. Anno Sal. 937. An: regni Othonis pijſſimi II. Actum in Magdeburg. Amen.

PRIVILEGIVM OTHONIS SECVNDVM

Magdeburgenſi Eccleſiæ datum.

IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Otho diuina Clementia Rex: nouerint omnes fideles noſtri, præſentes ſcilicet, & futuri, qualiter nos ob amorem Dei omniumque Sanctorum in loco Magdeburg nominato Eccleſiā conſtruere ſtuduimus S. Petri Principis Apoſtolorum, Sanctorumque Martyrum Mauritij, Innocentij, ſociorumq; eorum patrocinijs intereſſe, illorum obſequia quantum ſuppetit humanitas inibi vt agatur cupientes, ad eoſdem vero Sanctos, & ad vſum nutrimenq; congregationis illic eis ſeruientis ob memoriam patris noſtri, & pro remedio animæ ipſius, venerandæq; matris noſtræ, noſtrique, & coniugis noſtræ, cuius & prædictus locus dos fuit, & prolis noſtræ omniumq; debitorum noſtrorum, necnon, et Rudolphi Regis, qui nobis Sanctorum tranſmiſit reliquias, conſilantibus nobis Epiſcopis, qui tunc in præſentia erant, Friderico videlicet, & Adaldago Archiepiſcopis Baldarico, Thiethardo, Ebergiſe, Amarlico, Odarlico, Burchardo, Bernardo, Amelungo res noſtræ proprietatis, quæ ſub notantur in proprium damus: in pago Northturingia, in comitatu Thietmari, in Magdeburg curtem noſtram cum ædificio, & territorium illuc pertines, cum omnibus locis ex occidentali parte Albiæ fluminis ad eandē ciuitatem pertinentibus, vel ſeruientibus cuiuscumque ſint beneficia hoc eſt fredemarcsleba, Pretalitze, Buchaui, Froſa, Rhotariſdorp, Lieminideſdorp, Thiethereſdorp, Otteresleba, Oſterevuettinga, Suldorp, Imenvuettinga, Iſtateſdorp, Dudelovu, Vvataneſuneg, Mantesleba, Vvitrichesdorp, Vnundiſcumburg, Bizzun, Lieboldesdorp, Trumpſite: Quatuor hubas in Valedorp, & quicquid ad præfatum locum pertinens habuimus ex aquilonari parte Horaha fluminis in locis, ità nominatis Moſano, Pelmuſi, Dudiſi, Zuobaro Vvelbuchi, Zelici, & in comitatu Geronis, in Bigeras tres familias Litonum, & in comitatu Chriſtiani in Grimheesleba XV. familias Slauorum, & omnis cenſus, ac venationis, acquiſitioniſque decimam in Mortſani, & ligrize, & Heuelduui præfatæ

Con-

Anno Sal. 937.

Congregationi concedimus & ſicut, vt in eis ligna, & herba in vſus ſint, & porci ſaginentur omnes præfatorum locorum familias cum cunctis adhac iure pertinentibus mancipijs edificijs, agris, pratis, paſcuis, ſiluis, aquis, aquarumue decurſibus molendinis piſcationibus, exitibus, & reditibus, quæſitis, & inquirendis, iure perenni inproprium damus, & condonamus eidem Congregationi vt familia eorum coram nullo, niſi aduocato eorum, iuſtitiam ſæcularem cogantur exercere, & nulli niſi eidem Congregationi ſeruire, & illa, niſi Deo, & Sanctis eius niſi tantum ſingulis annis vnũ Cauallum, ſcutum, & lanceam, & lanceas, vel duas cruſinas dent, vt ſciant in mundiburdio regis ſe eſſe. Electionem eis conceſſimus Abbatem inter ſe eligendi, & Aduocatum quemcumque velint, Abbatem tamen dignum, & vt hæc noſtra traditionis auctoritas plena vigeat firmitate, iuſſimus hoc præceptum conſcribi, per quod ſanximus vt nullus ſucceſſorum, vel hæredum noſtrorum temerè illud præſumat infringere, & ſi vllus homo in iiſdem rebus aliquid iniuriæ facere præſumpſerit, ſumi iudicis vindictæ ſubiaceat, iramque prædictorum martyrum incurrat. Et vt hoc à fidelibus noſtris verius credatur, manu noſtra ſubtus illud firmauimus, & annulo noſtro ſignari præcepimus. Data 11. Kalend. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCXXXVII. indict. X. anno vero Ottonis pijſſimi regis II. Actum in Ciuitate Magdeburg. in Dei nomine feliciter; Amen.

Signum Othonis inuictiſſimi Regis, Poppo Cancellarius ad vicem Friderici recognoui.

BELLVM GERMANICVM. Sal. Anno 937.

In Dancmarum, & Henricum fratres germanos, eorumq; ſocios Euerhardum, & Gilibertum Lotharingiorum Ducem.

XIII. Henrico mortuo perduelles reſurgentes imperij, nouo irrupère ſtipati fœdere. Nam Hungari, Bohemi, ipſi germani fratres eodem tempore leguntur noua moliti. Sed Otho (ſcribit Krantzius) *benedictione percepta, quàm ſapiẽtẽ in regni moderamine, quàm fortem in aduerſantiũ certamine, quàm ſtrenuum in religione ſe præberet, facile enarrari nõ poteſt. Primũ igitur barbaris ad nouas res exiliẽtibus (vt fieri ſolet) Boleslaus Dux Bohemiæ, Vvenzelaum fratrem ſuum regno Romano fidelem, Chriſto deuotum percuſſit. In cuius vltionem quùm Rex exercitum mitteret aduerſus Boleslaum, primò Saxones victores viſi ſunt: deinde prò recenti victoria inconſideratè agentes, repentina incurſione omnes ab hoſte ſunt occiſi* (ſub anno 940. vt notat Sigebertus) *& perſeuerauit, deinde aſſiduum bellum, vſque ad decimum quintum regis annum: ex eo regi Othoni reconciliatus, fidelis in finem vſq; permanſit. Hungari verò antiqui Saxonum hoſtes (imò verò omnium, quos non habuere ad tributa pendenda faciles) audita morte Henrici, qui illos maxima clade affecerat, volentes pertentare noui regis vires, mouerunt per orientalem Franciam, tentantes irrumpere Saxoniam in parte occidua. Sed Rex Otho illorum comperto aduentu, obuiam proceſſit cum expeditis agminibus: & congreſſus ita repulit, vt laceris viribus reuerſi, diu intra ſepta Pannoniarum permanerent. Et quùm externa bella requieſcerent, cæperunt regi naſci inteſtina in ipſis regni viſceribus. Nam Arnoldo Duce Baioariorum (quos nunc vocamus Bauaros) mortuo, filij eius in ſuperbiam erecti, nolebant agnoſcere Regem; neque in cætum regni parere euocationi. Gallicus ille ſanguis faciebat animos, quod ſe potiùs quàm Saxones natos ad coronam regni arbitra-* XIV.

Saxon. l.3.c.14. Chronicon Sigeberti.



Anno Sal. 937. trarentur. Sed Rex Otho pro contumacia, quã
prætenderant, præteritis Arnoldi liberis, duca-
tum permiſit eorum patruo Bertholdo, illumque
in ditione defendit. Ita factum eſt, vt quod
ſub rege tenere nolebant, ab illo penitùs extru-
derentur. Mortuus eſt etiam illo tempore Si-
XV. gefridus, vnus ex Saxonum primoribus, qui
proxima ſub rege poteſtate multa in Saxonia
adminiſtrabat. Eius ditionem Dancmarus
regis conſanguineus frater, hoc eſt ex ſolo patre,
non etiam matre, depoſcit: erat enim ille natus
matre moniali, quam Henricus pater amabat,
& aliquandiù prò coniuge tenebat: ſed vxorẽ
habere non poterat. Rex autem comitatum illũ
Geroni conceſſit, viro primario. Inde exaſpera-
tus in fratrem Dancmarus rebellionẽ molitur.

Cap. 15. Euerhardus quoque Comes iratus aduer-
XVI. ſus Bruningum quendam ex Saxonum pri-
moribus. Erat hic Euerhardus Conradi Re-
gis (vt ſupra ſignificauimus) germanus fra-
ter, ex ſanguine Karolino, cui etiam Otho per
auitam lineam non erat alienus. Hi Principes
erant conſpirationis in Regem. Euerhardus
enim collecta manu ſuccendit Vrbem Brunin-
gi, quæ vocabatur Eliueri, interfectis qui inerãt,
ſine diſcrimine ſexus, & ætatis omnibus. Quã
XVII. præſumptionem rex in eum ſeuerè vindicabat.
Nam, & mulctam illi indixit centum talen-
torum, auxiliarios quoque illius quodam dede-
core notabat, vt in vrbem Magdeburgum (po-
ſtea ab Othone inſignitam) canes deducerent:
quod probri genus illa ætate habebatur. Qua ex
re vehementer exaſperatus Euerhardus iunxit
ſe Dancmaro ad inſtruendam Regi rebellio-
nem. Ergo iunctis armis oppugnant præſi-
dium, quod dixere Bardevuick, in quo Rex
XVIII. germanum fratrem ſuum Henricum adoleſcẽ-
tiorem fecit educari: & capto præſidio militi-
bus dedere diripiendum, quò in reliquum eos
haberent obſequentiores, abducto ſecum Regis
fratre Henrico. Inde vrbem quæ dicebatur
Eresborg, in deditionem acceperant, eamque
firmatam, ſedem ſibi fecere, firmiſſimumque
refugium: vnde excurſiones multas facientes,
diripiunt, vaſtantque vicina loca. Quumque
finem nullum facerent malorum, ſæpe à rege
admonitus frater, magis in ſuperbiam erigi-
tur. Rex contracto valido exercitu, vrbem
memoratam obſidione cinxit. Ciues aliquan-
diu quid facerent deliberantes, quum viderent
Dancmarum ad reconciliationem fratris Regis
nihil intendere, ſeque ad extremum ab ira re-
gis non poſſe vrbem tueri, apertis portis intro-
miſere regem: ſperantes quod in germanum pro
ſolita clementia nihil ſtatueret grauius. Confu- XIX.
gerat autem Dancmarus in Eccleſiam appre-
henſo cornu Altaris. Sepſerant regij eamdem
baſilicam: quam cum ingredi munitam non
poſſent, quidam per feneſtram miſſa ſagitta
Dancmarum confixit. Non probauit Rex fa-
ctum: ſed nulla vis potuit infectum reddere.
Euerhardus Henricum obſeruabat, malè ſibi
timens, vbi audiuit caſum conſortis. Prouo-
lutus autem pedibus Henrici captiui, veniam
precabatur. Facilitas adoleſcentiæ ceſſit pre-
canti, & in familiaritatem admiſit pridem
raptorem ſuum. Ille, vbi inſinuauit ſe inueni, XX.
cœpit prætendere quanti in regno Principes Ot-
toni aduerſarentur: imprimis ſororium eius cõ-
memorauit Giſelbertum Lotharingiæ Ducem.
Si in animum ducat Henricus illi adhærere,
facile futurum vt ipſe accepta corona regnaret
pro fratre. Mouit adoleſcentem promiſſus ho-
nor, facileque conſenſit ſceleri, cuius tantam
ſperabat futuram mercedem.

Giſelbertus Dux eadem expectatione tene- Cap. 16.
batur, Henricum promiſſis lactans, vt ſi eius XXI.
auxilio regem ſororium ſuum (hoc eſt, cuius
germanam teneret coniugem) vinceret, ſibi co-
ronam vindicaret, debitam generi, quod Fran-
corum ſanguine gloriaretur. Nec alia ſpes fo-
uebat Euerhardum: qui, & ipſe rege victo, co-
gitabat Henrico Giſelbertoq; contemptis, ſui ſe
rationem habiturum: recordabatur enim regem
Conradum fratrem. Hoc autem blanditiæ
vxoriæ exauditæ prodebant paulò ante mor-
tem eius. Quum enim gremio foueret vxorem,
gratulare, inquit, nunc in ſinu comitis, de pro-
ximo grauiſura in amplexu regis. Ita tres con-
ſpiratores pro ſe quemque vna ſpes fouebat.
Rex omnium gnarus, habebat non contempti-
biles copias, quibus fidebat, Hermanum Sue-
uorum Ducem, fratremque eius Vtonem, Con-
radumque (quem pro inſigni circumſpectione
cognominauere ſapientem) qui etſi proxima
affinitate Euerhardo iungeretur, potiorem ta-
men omni propinquitate duxit fidem. Henri-
cus autem regis germanus ſpe magna ſublatus,
in loco qui dicitur Salueldia, procerum ſuorum
egit conuentum: is eſt in media Turingia, quæ

tum

*tum obſequuta eſt Saxonibus. Ibique conui-
uio, & ſingulari comitate pertractans, mul-
tos ſibi fecit deuinctiſſimos, muneribuſque con-
ciliabat alios, prout mores cuiuſque, &
fortunam interpretabatur: magnoque agmi-
ne perarmato, contendit cum expeditis in Lo-
tharingiam, ibique Euerhardus arma ſua
iunxit Giſelberto. Viribus vndique compa-
ratis mouerunt in regem. Audiuit rex friuo-
lam trium in ſe conſpirationem. Et initio
quidem non credidit fratrem, & ſororium nul-
la vnquam à ſe affectos iniuria, in ſe ducere.
Vbi, autem certior factus eſt, contractis vn-
dique copijs obuiam proficiſcitur venientibus.*
XXII. *Spem conſtituerat in Deum innocentiæ propu-
gnatorem vindicemque malæ voluntatis. Ve-
nerat rex ad vrbem Tretmont, nunc Tremo-
niam. Ea paruit Henrico: ſed armis regis
coacta eſt illi cedere.*

*Ventum erat ad Rheni ripam: & cum de
hoſtium vicinitate, nec dum compertum eſſet,
audacius Saxones traiecerunt. Vix ripam
alteram tetigere: ecce adſunt improuiſi ho-
ſtes, vix permittentes armandi ſpatium. Rex
conſpicatus ab altera ripa ſuorum periculum,
angebatur ſupra modum, quòd ad traycien-
dum nauigia non adeſſent: cauerat enim ho-*
XXIII. *ſtis. Igitur quum cerneret, quo in loco res ſuo-
rum qui traiecerant, eſſent, nec armis illos tue-
ri poſſet aliud quæſiuit præſidium. Nam equo
deſiliens, ſacram lanceam (quam diximus
patrem illius accepiſſe ex Burgundo) venera-
bundus flexis genibus adorabat, de cœlo ſuis
poſcens auxilium, quando humana defece-
runt præſidia. Idem fecerunt qui proximi ſta-
bant exemplum regis ſecuti. Saxones in alte-
ra ripa laceſſere potius hoſtem, quàm pugna-
re poterant, pauci in multos. Itaque tenues,
quas habuere, equitum copias, diuiſere, vt
medium hoſtem incertum facerent, quò ſe ver-
teret. Conſpecta eſt virtus auxiliatrix deſu-
per: nam pauorem hoſtibus iniecit, vt fuge-
rent, neſcientes quid. Erant inter Saxones,
qui Gallicè ſonarent, Fuge, fuge. Hoc Lo-
tharingi à ſocijs proclamari arbitrati, fugæ præ-
ſidium quæſierunt. Henricus regis germanus,
graui vulnere accepto in brachio, quod anno
vix integro poterat integrari, & ipſe in fugam
vertitur. Interea erat vir primarius in exer-
citu regis, qui miſſo celerrimè nuncio in ditio-
nem Henrici, huius victoriæ famam iuſſit di-
uulgari, cecidiſſe Henricum, & omnia ſua in
manibus eſſe regis. Peregitque, vt vrbes con-
feſtim ſe regi permitterent præter Mersborg, &
Schidingen. Henricus autem ſolis ſuorum no-
uem ex fuga recollectis, iterum tranſmiſſo
Rheno in Mersborg munitam vrbem ſe recepit.
Quo comperto rex illam obſidione preſſit. Et
cum poſt duos menſes cerneret Henricus ſeſe
aduerſus fratrem longè eſſe imparem, deditio-
nis verbum fecit, nec detrectauit. Formula
fuit conuentionis, vt triginta dierum inducijs
acceptis, deliberaret Henricus, & omnes mi-
lites eius quid mallent, optione propoſita intra
tempus ad gratiam confugere (quod liberum
rex faciebat) aut Saxonia excedere. Henri-
cus autem tum elegit, vt ſponte emigraret in
Lotharingiam, ad Giſelbertum contendens:
apud quem per dies aliquot manſit. Rex ex-* XXIV.
*peditis copijs ducit trans Rhenum in Lotha-
ringiam quæ Giſelberti eſſent, omnia ferro, &
igne peruaſtabat. Intelligens Giſelbertum ſe
continere in præſidio, quod vocant Kiuermont
(hoc eſt mons capræ) concitò illuc ducit vt ob-
ſideat: ſed Giſelbertus elabitur. Et quum
fruſtrata perinde videretur Regis molitio in oc-
cupando vel duce, vel eius præſidio, vaſtata
circum regione, locupletatum reducit exerci-
tum in Saxoniam.*

Euerhardus autem in confinibus Alſatiæ XXV.
*oppidum tenebat Briſacum, quod aliquando
erat nobilium, qui Harelungi dicebatur. Tum
autem velut ſuum Euerhardus firmo præſidio
communierat, illic conſtituto robore militum,
qui tuerentur. Hi excurſantes, inde omnem
regi parentem è vicino prouinciam peruaſta-
bant. Eam arcem obſidere conſtituerat, coa-
ctis regni proceribus. Venerant alacres, & fi-
xis apud regis tentorijs quiſq; ſuis, obſidioni ſe
parauerunt. Erat inter proceres Fridericus* XXVI.
*Moguntinæ ſedis antiſtes, aliquo (vt ferebant)
in regem animo. Is habito cum multis collo-
quio, neſcio quid cum illis peregerat: multi ve-
rò ex ijs, qui cum antiſtite ſermonem miſcue-
runt, laxatis noctu tentorijs clam rege abie-
runt. Fridericus autem quò conſilij illius ex-
pers putaretur apud regem in obſidione reman-
ſit. Fuere tamen, qui ſinceritatem Pontificis
tuerentur. Ex eo die cernentes regis milites
quàm rara corona cingeret oppidum, quodque*

magna pars auxiliorum abijſſet, apud regem mentione facta defectionis, ſuadere conabantur, vt & ipſe reduceret in Saxoniam, donec auctis viribus numeroſior rediret: nè fortè cum capitum ſuorum periculo etiam hoſti forent ludibrio. Rex verò nulla perturbatione motus conſilium fugæ non probauit, indecorum, & generi, & dignitati ſuæ arbitratus, ſi propter quorumdam perfidiam hoſti terga daret: fiderent animo, & armis, ſeſe magnis hoſtium copijs ſuffecturos.

XXVII. *Erat etiam tum inter primos regni proceres comes, qui honeſta cohorte militiam regis condecorabat. Is iam tempus eſſe ratus magnum quid à rege depoſcendi, quando eo in articulo conſtrictus, à ſe comitem alienari nullo (vt putabat) pacto Rex pateretur. Poſtulabat ergo ſibi permitti Monaſterium, & Abbatiam Laureshеimenſem. Rex prudenter intelligens quo reſpiceret illius temporis audax poſtulatio, reſpondit, quæ Dei ſunt, ſuæ poteſtatis non eſſe, vt transferat in vſum rerum ſecularium. Arbitrati fortè comitem tam audaci prece, regem ſibi eſſe adeò obſtrictum, vt negare non auſit quicquam. Ponat errorem: non ſe illo eſſe animo, vt vel hoc, vel aliud quicquam ob præſentem rerum neceſſitatem permittat poſtulanti. Si inde diſcedendi quærat occaſionem, nihil eſſe opus tergiuerſatione, abeat quamprimùm Romanorum Regem etiam ſine illo hoſtibus occurſurum. Comes vbi audiuit regis animo profundius ac putaret petitionem ſuam inſediſſe, prouolutus pedibus eius veniam poſtulauit, non ſe contendere teſtatus contra Regis voluntatem.*

Cap.19. *Hoſtes vbi audiuère regem eſſe in obſidione Briſaci, tranſmiſſo cum copijs Rheno, apud Aldernacum in eum ducunt: quæ vero media fuère, omnia peruaſtant: & ſpolijs onuſtum militem iterum traijcere iuſſere Rhenum, vt in tuto loco præda eo locata, contenderent ad plura conquirenda. Interim verò Hermanni Sueuorum Ducis germanus, & Conradus cognomento Sapiens, qui erant partium regis, & ipſis expeditis copijs tendebant ad Regem. Non tamen pares Giſelberto vires habebant in armis, vt aciem illi opponere contenderent: ſed penè legentes iter, ſequebantur euaſtantes, ſi quando occaſionem inuadendi nanciſcerentur. Obuium habuère Sacerdotem triſti vultu, quem ſciſcitati vnde veniret, quidue mæſtus eſſet; Ab iſtis, inquit, qui præcedunt prædonibus vnicum paupertatis meæ ſolatium ademptum eſt iumentum. Interrogatus ſi Ducem Giſelbertum, & Euerhardum Comitem vidiſſet, reſpondit illos magnam à ſe iam ſuorum manum cum præda dimiſiſſe, ipſos vero (quod malè ipſis vertat) iam reficiendis corporibus cum paruo comitatu in villa non longinqua conſidere. Re comperta, Vto, & Conradus*
alloquuti milites arma expediunt: improuiſi XXVIII.
irruunt in imparatos. Euerhardus occiditur, multique cum illo cadunt, capiuntur aliquot. Ipſe Giſelbertus Dux equo prouectus, & quò ſe vertat incertus, in profluentem Rhenum equi robore fiſus ſe immittit: ibi raptus vndæ
vortice perit. Ita paucorum ſanguine Regi XXIX.
Romanorum magna conſtitit victoria. Cuius rei nuntium vt Othoni præferebatur, iter tenebat de more ſuo ad Eccleſiam. Mox audiens equo deſilijt, & genibus prouolutus, ſuſpexit in Cœlum, O ſummi (inquit) cælites, quàm iuſtè noxæ vindices eſtis: diſcite iuſtitiam moniti mortales. Et iterum iumentum conſcendens, ad Eccleſiam properauit.

OTHO IMPERATOR, ET LVDOVICVS TRANSMARINVS

REX FRANCIÆ Ex hoſtibus fiunt affines.

Cap.19. l.3.Saxoniæ. VEruntamen (ita ſupraſcripta proſequitur Krantzius) *aliquantò diuerſius Gallici ſcriptores rem enarrant, ad eundem tamen exitum. Aiunt regem Franciæ*
XXX. *Ludouicum* (cognomine Tranſmarinum) *fuiſſe in parte hoſtium: & obniſſam Regi Rom. quia Lotharingiam occupare contenderet, quæ ſemper Gallici iuris extitiſſet: Henricum Othonis patrem Saxoniæ dominatu donatum ab regibus, præcipuè Karolo tum puero, Ludouici patre: non eſſe permiſſum Saxonibus aliquid vltra Rhenum: itaque omnes qui in Lotharingia fauebant Othoni, pulſos trans Rhenum. Hanc iniuriam Ottonem (vt ferunt illi) vin-*

Sal. Anno 937. *vindicaturum, copias in Lotharingiam traduxiſse, euaſtataque Prouincia cum magna præda reuertiſse. Giſelbertus (vt ferunt) Regis ſui auctus viribus, quùm vicem Ottoni reddere conſtituiſſet, agmina ſua, & ille viciſſim in Saxoniam traijciebat. Et iam multis rebus in prædam comportatis, quùm in eo eſſent occupati Lotharingi, vt in ſuam Prouinciam omnia trans Rhenum traijcerent, Ottonem cum ſuis ſuperueniſſe copijs, & inito certamine; grauiſſimè ferunt præliatum, maiori parte Saxonum occiſa, quum etiam Gallici generis plurimi cecidiſſent. Arbitratum Giſelbertum hoſti proueniſſe victoriam, ſe cum iumento crediſſe profluenti Rheno, & ita perijſſe. Fauet quiſque genti ſuæ, & illi ſtudet condecorandæ.*

Krant. c.20.l.3. Saxon. *Giſelberto Duce iam rebus humanis ſubtracto, Ludouicus Franciæ Rex magnifaciens Romanorum Regis affinitatem, relictam Giſelberti coniugem, Ottonis germanam poſcit vxorem, & accipit. Potuit & reſpectus in Lotharingia, adducere Regem in illud coniugium. Rex autem Otto tanta potitus victoria, Bertholdum Bauarorum Ducem miſſo nuncio de rebus ſibi fœliciter prouenientibus fecit certiorem, vt meritò gratularetur, qui onus regni pro magna parte ſuis viribus ſupportabat: fecitque illi arbitrium, ſi mallet Giſelberti relictam, an filiam ſibi coniugem.* XXXI. *Ignorabat enim regem Franciæ iam illam relictam traduxiſſe coniugio. Elegit Dux annos adoleſcentiores. Fridericus interim Archiepiſcopus Moguntinus, quùm expectaret aduentum belli, (iam tamen multis rebus inclaruit, quod hoſtibus regis magis quàm regi inclinaret) profectus in Metim, vt ſe conſociaret Giſelberto, in ipſo itinere nuntium accepit de nece ſuorum (quos regi præponebat) amicorum: & conuerſa profectione, Moguntiam redire contendit. Ciues autem certiores facti de Pontificis in regem rebellione, quùm audirent regis negotia vbique proſperari, vt indignationem regiam euitarent, quod ſuſpecti illi ducerentur, redeunti Pontifici ſuo vrbem non patefecere.* XXXII *Ille declinans captus eſt à regijs præfectis, & in præſentiam regis adductus. Quum grauiter illum increpaſſet rex, miſit in Saxoniam cuſtodiendum carcere: vnde tamen miſeratione regis non diù poſt dimittitur. Mira Pontificum perplexio, qui vtriſque rebus impliciti, & ſecularibus, & eccleſiaſticis, magnam rem peragunt, ſi vtrobiq; integri ex fide omnia implēt.*

Cap. 21. *Otto interim Rex, Francorum Regi vocatur occurrere ad colloquium: indicitur de vtriuſque placito locus, & dies. Ibi tum confertæ ſunt nuptiæ inter Ludouicum Regem,*



LVDOVICVS TRANSMARINVS FRANCORVM REX. XXXII.

Anno Sal. 937. XXXIII. *& Ottonis germanam* (Gerbirgam) *Giſelberti Ducis relictam* . (Contigit hoc connubium Anno DCCCCXLIII. vt Sigebertus notat.)



Vnde ille geminam ſuſtulit virilem prolem , Lotharium , atque Karolum .



Anno Sal. 940. *Ibi etiam Ludouicus oſtendit Ottoni perfidiam Normannorum littori ſuo inſidentium. Si iungat Francis Rex Romanorum arma illis exterminandis, Lotharingiam illi ceſſuram in præmium. Oblitus erat Ludouicus obſequiorum, quæ illi impenderat Vuilhelmus Normãnus, quùm illum Henrico Ottonis patri conciliaret. Magnis tum conditionibus Ludouicus perpulit Ottonem vt annueret, quamuis Normannorum principum iam à memoria patris eius Henrici (quod ſupra ſignificauimus) bonus eſſet in Saxones reſpectus. Sed tum Rex regi ceſſit poſtulanti. Ducunt vnà iunctis armis Rotomagum, vaſtant prouinciam: vrbem autem inexpugnabilem cernentes, obſidionem non intentauere. Aliquot leuia prælia commiſſa ſunt, ſed nulla memorabili re peracta, reges in ſua quiſque reducunt exercitus. Hen-*
XXXIV. *ricus autem Ottonis regis frater, quùm conſortes belli deperijſſent, & iam auxilijs omnibus deſtitutus videretur, arcem Lotharingiæ Kiuermont ingredi conſtituens, prohibitus eſt à ſorore, Giſelberti relicta iam tunc vidua. Quid eſt (inquit) frater, quod contendis iram regis in nos exaſperare? Maritum perdidi, dum coniuratis in fratrem: & nunc prædia noſtra ad rapinam exponis. Ceſſit ergo, & in Franciam conceſſit ad Regem Ludouicum, qui prouinciam Lotharingiæ commiſit tutandam cuidam Vtoni, inter proceres Francorum primario, vt educaret Henricum Giſelberti filium. Interim parabatur matrimonium de quo prædiximus, inter Ludouicum Regem Francorum, & relictam Giſelberti, Ottonis Romanorum Regis, atque Henrici fratris ſui germanam. Quam rem præoccupando antea commemoratam, huc in ſuum ordinem reuocamus: quomodò ſæpè præſtat narrationis contextus.*

Cap. 22. *Henricus Ottonis Regis germanus, quùm aliud ſupereſſe nullum cerneret conſilium, accitis quibuſdam Epiſcopis, quos ad rem indicauit idoneos, improuiſus regi fratri ſuperuenit: & prouolutus genibus veniam precatur. Aſtãtes Epiſcopi verba precantis, quibus poterant*
XXXV. *adiuuère modis. Rex primùm ſtupefactus hæſit: deinde qua (inquit) iniuria à me exaſperatus, tam in me cruento bello exarſiſti? impacatiſſimum diù animũ fouiſti? ſemel ac iterum admiſſus in gratiam rebellaſti? Crimen hoc tuũ etſi veniã non meretur, faciam tamen nõ quod mereris tu, ſed me & fratrẽ Regem decet: hoſtẽ oblitus, germanum accipio. Eleuauſq; iacentem, permiſit ad oſculũ. Tamen quoad deferueſceret ira, iuſſit oculis elongatum deduci in palatiũ in Ingelheym, quod Magnus Karolus exædificauit: inde aliquot illi permiſit ciuitates in Lotharingia: demùm interuentione matris amborũ ſuperextantis, omnium criminum abolitione facta plenam recepit in gratiam. Nec longum tempus in medio, quum moriente Bertholdo Baua-* XXXVI.



torum Duce ſine prole, eiuſdem matris precibus rex flexus, Ducatum illi donauit cum omni iuris ſolemnitate. Habebat enim Henricus coniugem filiam Arnoldi quondam Bauariæ ducis (vt etiam illa ratione non extraneus videretur) fœminam prudentem, & omni flore pudicitiæ formæque multis præſtantem. Filij autem Arnoldi memorati, propter perfidiam patris, & propriam à Ducatu excluſi, Comites erant Bauariæ: quamuis alter ex his Rodulphus, coniugem teneret Rixam germanam Ottonis, & Henrici. Ex hoc autem die Henricus Dux Bauariæ fratri Regi ſemper fidelis permanebat. Hic fuit exitus belli inteſtini, quo in optimi Regis interitum tres (vt diximus) ſibi quiſque Regni coronam ſunt polliciti. Sed non ita viſum Deo: vicit enim innocens, & melior cauſa. Facti ſpeciem eamdem apud Hiſtoricos legimus. Chronolgiam autem difficile eſt contexere, quia non menſium, ſed anni, luſtri vrget diſſo-

nan-

nantia. Vſque in Annum DCCCCXLV. rebellium exarſiſſe flammas commemorat Sigebertus. Interim ſub Anno DCCCCXL. certa habemus diplomata ab Othone indulta Magdeburgenſi Eccleſiæ.

PRIVILEGIVM MAGDEBVRGENSE III.

OTHONIS IMPERATORIS.

XXXVII. *IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Otho Diuina fauente gratia Rex: nouerint omnes fideles Dei noſtrique, tam præſentes, quam futuri, qualiter nos ob amorem Dei, animæque noſtræ omniumque debitorum noſtrorum remedium ad S. Petrum Apoſtolorũ Principem, & ad Sanctum Mauritium, atque ad SS. Innocentium ad nutrimen Monacorum, in loco Magdeburg dicto, Deoque illic ſeruientium, quem & ipſum locum Romano ſubiecimus mundiburdio, in proprium dantes, quod à Bernardo Halberſtadenſi Epiſcopo pro prædio, quod nos eius Eccleſiæ in Vvmede huſionomarcǫ dantes cum aduocato eius traditione accepimus, hoc eſt in pago Northuringia, in comitatu Ditmari, quicquam in Magdaburgara marco ad Sanctum Stephanum in Halberſtadenſi Eccleſia in territorijs, & mancipijs, omnique re, & decimam de hominibus Magdeburgenſis Eccleſiæ, & erps cuiuſdam nobilis viri in locis ſic nominatis Magdeburg, Vroſa, Mãtesleba, Naturiteſdorp, Dudolon, item Dudulon, Narteſdorp, Nuvuenvuadinge, Oſtervuadinge, Sudolf, Otaresleba, Apendorp, item Apẽdorp, Ruordhardeſdorp, inſuper, & Plebani Eccleſiam in Magdeburg Buchum, Predulize, Tridrimaresleba, Tiremſice, Vvutiriſderdorp, Bobelſtorp. Quæ omnia hoc ſcripto ad præfatam Magdeburgenſem Eccleſiam in propriũ firmauimus, & ad certificationem manu propria confirmauimus, corroborauimus, & annulo noſtro ſigillari iuſſimus.*

Signum Othonis Inuictiſſimi Regis.

Poppo ad vicem Friderici recognoui. Data IX. Kal. Maij Anno Dom. Incarn. 940. Indict. XIV. Anno Othonis V. Actum in Magdeburg.

PRIVILEGIVM MAGDEBVRGENSE IV.

OTHONIS IMPERATORIS.

IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Otho diuina propitiante Clementia Rex: nouerint omnes fideles, præſentes ſcilicet, & futuri, quod nos pro Dei amore, ac prò ſalute animæ Domini genitoris Henrici Regis, cæterorumque nobis iunctorum affinitate conſanguinitatis, Regniq; noſtri ſtatu, & coniugis, proliſque noſtræ incolumitate, fratribus in loco Magdeburg nominato, ad ſeruitium Dei, Sanctorumque Martyrum Mauritij, atque Innocentij à nobis congregatis, totum quod à vectigali, & telonio vel moneta eiuſdem loci venire ex hoc in antea ad vſus illorum hoc imperiali regiæ auctoritatis præcepto iure perenni in proprium conceſſimus. Et vt hæc largitatis noſtræ traditio verius credatur, ac per ſuccedentium temporum curricula à ſucceſſoribus noſtris firmius obſeruetur, manus noſtræ inſcriptione illud ſubtus firmauimus, & annuli noſtri impreſſione corroborari præcepimus. Data V. Kal. April. Anno Dom. Incar. DCCCCXLI. Indictione XIV. Regnante Othone Sereniſſimo Rege. Anno VI. Actum Magdeburg. In Domino fæliciter. Amen.

CONTENTIO INTER EPISCOPOS, & MONACHOS.

Saxon. c. 22. l. 2. prope finem. SCitu dignum eſt quod ſcribunt hoc ac c diſſe anno Krantzius, & Vvitikindus; cum enim bella inteſtina ceſſarent, *legeſque diuinæ, atque humanæ auctorali vigore pollerent; grauis perſecutio Monachis oritur in diebus illis, affirmantibus quibuſdam pontificibus, melius arbitrari, paucos vita claros, quàm plures negligẽtes ineſſe Monaſterijs oportere,*

Sal. Anno 945. XXXVIII. *tere, oblitis ni fallor, ſententiæ patris familias prohibentis ſeruos Zizania colligere, ſed vtraque creſcere oportere, & Zizania, & triticum vſque in meſſem. Quo factum eſt, vt plures propriæ infirmitatis conſcij, depoſito habitu, & relictis Monaſterijs, graue onus Sacerdotum deuitarent. Fuerunt autem quidam, qui Summum Pontificem Fridericum, hoc non, non purè, ſed fictè feciſſe arbitrati ſunt, quatenùs venerabilem virum, & Regi fidelem Abbatem Fuldenſem Hadumarum, quoquo modo poſſet, dehoneſtaret: ipſe enim erat magnæ prudentiæ, & induſtriæ: ſub cuius temporibus templum famoſum Fuldenſe igne conſumptum eſt, & ab eo reſtauratum, & multo maiore decore perfectum. Hic Pontificem Fridericum ſub cuſtodia tenuit, ſecunda coniuratione culpabilem, primum honorificè, ſed cum litteras ab eo ſcriptas deprehendiſſet, ſatis ſeuerè. Pontifex verò dimiſſus dum vltionem quærit, & contra tantum virum leges non præualerent, humillima Monaſteria auctoritate tentauit, vt ad excellentiſſima æqualiter procederet. Sed huiuſcemodi ſimulationes incaſſum profuſa: nam Abbas in gratia, & amicitia Regis permanſit, & cauſis interuenientibus Pontifex quod cogitauit, non impleuit.*

BELLVM GALLICVM IN HVGONEM CAPETVM.

AFfinitatibus magnatum Rex Otho munitus, iam tantus erat, vt à nemine facile oppugnaretur. Nam Franciæ Rex ſororem, & Lotharingiæ Dux filiam eius habebant coniuges. *Ludouici autem*
Krant. 3. Saxon. c. 23. *Franciæ Regis fortuna vacillabat. Nam à Ducibus ſuis circumuentus prælio excedit, proximamque vrbem fugiens ingreditur. Ciues illum Haroldo Baiocenſium Duci tradunt: ſed dato minore filio obſide dimittitur. Nec finis tamen malorum: nam inde egreſſum Dux Hugo cognomento Capetus captum iterum Re-* XXXIX



gem mittit ſub cuſtodia publica Lugdunum. Otho Rex vbi comperit ſororis ſui fortunam, ſe accingit ad vltionem, conſcribitque exercitum in Francos validum. Confluxère voluntarij multi vtriuſque regis gratia, vt tantam in dominum ſuum Francorum ſuperbiam vindicantes, ſi fieri poſſet, etiam confringerent. Hugo qui iam Regnum occupauerat, audito Sa- XL

xonum

Anno Sal. 946.

xonum in ſe motu, miſit qui per contumeliam regi nunciaret, domi ſedeat, vtatur conſule. Nam per animam patris ſui iurauit, plura ſibi eſſe arma, quam vnquam Otho vidiſſet. Quid enim poßent Saxones, quorum tria tela hauriret vna (ſi libeat) potione? Hæc ſuperbum & contumelia plenum nuncium Otho Rex prudens ridiculo quodam reiecit, iubens eundem qui pertulerat, regi ſuo renunciare, plures ſibi eſſe fœninos pileos quàm vnquàm vidißet Hugo; eos præſentari Hugoni oportere, vt pileatus fiat pro Capeto. Habebat tum Saxonicus ritus, vt omnes per ætatem fœninis (hoc eſt ſtramineis) vterentur pileis. Et quum Rex Otho duceret legiones triginta duas, non erat qui non ad Solem hoc genere vteretur teguminis, præter Fuldenſem Abbatem cum paucis ſequacibus, non ampliùs tribus. Eſt & alia einſdem rei interpretatio. Quum per contumeliam Hugo Saxones nominaſſet effœminatos, iuſſiſſe ferunt Ottonem, vt milites in capite geſtarent colos ſubtiliter tornatos cum fuſis, vt irriſioni Gallorum ipſa ſpetie reſpondeant. Quod & noſtri temporis imitantur milites, qui cauda Vulpium ornant lanceas ad contemptum hoſtium. Ita tum Otho vt ſuorum contemptum acrius vindicaret in Gallos, colos tornatiles iuſſit in cono præferri: vt legamus fœmineos pileos, pro eo quod eſt fœninos. Vtrumque autem ad irriſionem pertinet Gallorum. Sed tamen hoc tum peregit Othonis exercitus, vt Hugo oblitus contumeliarum, in verum versùs timorem, regem Ludouicum mox emitteret. Rex ille iunctus regi, procedunt vnà ad obſidendum Lugdunum. Sed quùm inexpugnabilis ciuitas videretur, ea relicta Remos adeunt: in qua vrbe, vero deſtituto Pontifice, Hugo nepotem ſuum conſtituerat. Sed reges detecto adulterino Pontifice, verum reſtituunt, multis præterea locis in deditionem receptis, quos Rex regi attribuit vero Domino. Quùm nuſquàm Hugo magniloquus in aciem prodiret, Rex Otho in Germaniam ſuum reduxit exercitum. Hugo verò in annum ſequentem; Regi ſuo reconciliatur.

Sequitur Annus itaque 946. Quo in dies. Othonis exuberante pietate, eiuſdem quintum legimus Priuilegium Eccleſiæ Magdeburgenſi datum. *Apud Meibo.*

PRIVILEGIVM QVINTVM

OTHONIS IMPERATORIS.

OTho Imper. ob amorem Dei, & prò remedio animæ patris ſui, omniumque debitorum ſuorum donat Eccleſiæ S. Petri, & Beati Mauritij, & Innocentij martyrum in Magdeburg infraſcripta bona, quæ a Bernardo Epiſcopo Halberſtadenſi cum conſenſu Cleri, & Aduocati eius traditione, conſentiente etiam Friderico Archiepiſcopo pro X. manſis in Vvidenchuſeno marco, & VII. in Vueſteruualtinga, quos Eccleſia Habberſtadenſi reſtituit, accepit, videlicet in pago Northuringia in Comitatu Geronis in Magdaburgar marco pertinens habuit, Eccleſiam ad S. Stephanum in Halberſtad in Territorijs, mancipijs, omnique re, & decimam de hominibus eiuſdem Magdeburgenſis Eccleſiæ in locis ſic nominatis Magdeburg, Froſa, Manteſleba, Hurtazareſdorp, Dudulon: item Dodulon, Iſtaresdorp, Linen, Vuaddinga, Oſteruuaddinga, Suldorp, Ottotesleba, Apendorp, item Appendorp, Rundhardesdorp, Buchuui, Predalize, Fridumareſleba, Trumplice, Butricheſdorp, Kobolteſdorp, inſuper, & popularem Eccleſiam in Magdeburg. Actum Magdeburg IV. Kalend. Auguſti. Anno Salut. DCCCCXLVI. Ottonis X.

PRIVILEGIVM GANDERSHEIMENSE

OTHONIS IMPERATORIS.

Aliud Priuil. apud Meibomium.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis. Amē. Otho diuina Clementia Rex: Nouerit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet, & futurorum induſtria, qualiter nos remuneratio-

Anno Sal. 946.

rationis æterna gratia Monaſterium Ganderſheim nuncupatum in honorem Sanctæ Mariæ, & omnium Sanctorum à noſtris conſtructum progenitoribus, noſtri immunitate patrociny donamus, ſanctimonialibus eiuſdem Cœnobij electionis arbitrium concedentes, omniaq; à prædeceßoribus noſtris regibus illùc collocata, Ludouico ſcilicet, prædia in Dengſtede, & EriKe, & Bliſterſtede cum familys, cæteriſque omnibus appendicijs in pago Suetheringia in Comitatu, cui tunc Otho præfuit, & ab Arnolpho proprietates in Villa Eruche, & Calcheim nominatis, illo traditas, & à proauo noſtro Ludolpho, qui prælibatum conſtruxerat Monaſterium, quicquid in confinio Villarum infra nominandarum, ideſt Gandersheim, Rundina, Doguſte, LanKendorpe, proprietatis habuit, datum & ab eius coniuge Oda villam in Vuansleua cum omnibus iure illùc pertinentibus. Et ab auo noſtro Othone villa in Hollenſtede cum omnibus appendicijs ſuis tradita, hoc regalitatis noſtræ curtis etiam in Hezehuſen, & Felberge cum omnibus eo pertinentibus, quas Dominus, ac genitor noſter Henricus Rex præfato dedit Monaſterio cum prædio illùc à domina, ac matre noſtra Mathilda Regina in Friſia collato, præcepto confirmamus. Tradimus inſuper earundem victui ſanctimonialium, quicquid proprietatis hactenus habuimus in Villa Mundelingen in pago Harteri, in comitatu Erenfridi. Iubemus quoque vt nullus Comes, vel alius quilibet exactor, iudiciariam poteſtatem, vel freda exigenda, ſeu manſiones, ſeu paratas faciendas, in omnibus Monaſterij locis, niſi ex conſenſu Abbatiſſæ Monaſtery eiuſdem, habere præſumat. Et homines illius Abbatiſſæ ſiue liberi, ſiue ſerui nulla iudiciaria coerceantur poteſtate, ſed in præſentia eiuſdem Abbatiſſæ Aduocati eorum rectitudinem acquirant, & cæterorum perficiant. Et vt hæc auctoritas noſtra firma permaneat, & per futura tempora à fidelibus noſtris melius obſeruetur, manu propria ſubtus eam confirmauimus, & annuli noſtri impreſſione ſigillari iuſſimus. Datum IV. Non. Maij Anno Sal. DCCCCXLVI. Indict. II. Anno Domini Othonis pyſſimi Regis XI. Vuerlahon: in diuinitatis nomine. Signum Othonis Sereniſſ. Regis.

REÆDIFICATVR MAGDEBVRGVM EDITHA ROGANTE REGINA. Sal. Anno 947.

Cap. 24. Saxen. 3.

PEr *quæ tempora* (continuat Krantzius) *Editha Regina poſtulauit, & impetrauit ab Othone Rege, vt ad Albim fluuium*
XLI. *veterem vrbem, ſed diù deſolatam ab incurſione Vuandalorum, Magdeburgum inſtauraret, & ipſi Reginæ manſionem ibi permitteret. Erat in eo loci ab olim arx non contemnenda, cui præerat Burgrauius: ſed eo tum mortuo peruenit illud præſidium ad Reginam, breuique coaluit, vt haberet in donationem ab Rege propter nuptias. Deſignatis autem terminis iuſſit Regina Vallum circumduci. Rex forum indixit, & profecit noua vrbs vehementer, vt fieret non contemnenda ciuitas. Rex Monaſterium in ea fundauit ſub regula Diui Benedicti, in honorem Petri, & Pauli, & Innocentij martyris, cuius ibi Reliquias collocauit: Beati tamen Mauricy patrocinio præcipuo locum ſubiecit. Sed Monaſterium iam dudum translatum eſt in montem iuxta ciuitatem, canonicis occupantibus priorem locum. Extant literæ, quibus teſtatur etiam nunc Imperator quas dederit immunitates nouæ Vrbi. Poſtea verò tranſtulit illuc Epiſcopatum de Vallerſlene, ut eſſet Archiepiſcopus Metropolitanus omnium terrarum de Vuandalia, tum ad Chriſtum conuerſarum, & deinceps conuertendarum: quod ſuis locis, atque temporibus recordabimur.*

XLII. Priuilegia Magdeburgenſi Ciuitati indulta, qualia fuerint? Apud Goldaſtum ſequentia legimus.

OTHONIS I. IMPER. AVGVSTI CONSTITVTIO
De Locatione, & Priuilegio Cameræ Imperialis Magdeburgenſis.

XLIII. I*N Nomine Domini. Amen. Nos Otho, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ſignificamus hoc ſcripto noſtro omnibus, qui illud uel uiſuri, uel audituri fuerint, quod acce-*

Sal. Anno 947. *denſes noſtram Cæſaream Maieſtatem fideles, ac ſtrenui, Imperij Romani ſubditi egregij Saxones declararūt conſtituiſſe in animo, in tranquillitate Dei ſedes ſimul locare ſuas, ciuitatemque extruere, vbi & auctoritate noſtra locum ſibi delegerant, quem colere, inhabitareq; vellent, ſupplicantes, vt gratiæ prærogatiuis primum condonati, ſimul & perpetua pace firmata à Maieſtate noſtra, legibus quoq; & iuribus inſtruerentur. Nos illorum precibus moniti, ſimulq; expendentes, tum illorum amorem, & ardorem, quem erga fidem chriſtianam gerunt, tum etiam illorum ſtrenua geſta, atq; indefeſſa obſequia, quæ & nunc præſtant, & antea Romano Imperio præſtiterunt, cum ſcientia Sanctiſs. Patris noſtri Papæ Martini, qui ad hæc auctoritate ſua, & S. Petri, pacem ſuam largitus eſt, quam, & nos confirmamus de ſcitu, & conſilio Principum Imperij, & accedente conſenſu Terræ; eiſdemq; Saxonibus, fidelibus noſtris dilectis, facultatem conceſſimus, cōcedimuſq; ciuitatem extruendi, ac muniendi, atq; in ea ius municipale inſtituendi, itaut antiquitus iam municipale obſeruari ſolitum eſt.*

2. *Concedimus præterea fidelibus noſtris dilectis, atq; illorum ſucceſſoribus perpetuam in ea ciuitate, pacem, gratiam, & libertatem, quod eo iure, prout à nobilibus, & generoſis Conſtantino, & Carolo, egregijs Saxonibus, atq; Prouinciæ datum eſt, vti, & frui debeant ad honorem, & emolumentū Ciuitatis, ſecundum iuris formā, generaliter, & ſpecialiter, niſi forte quis iuribus carere declaratus fuerit, iureq; exiſtat priuatus.*

3. *Inſuper liberos pronunciamus illos perpetuò à nobis, et ſucceſſoribus noſtris, itaut ciuitas, atq; eius incolæ perpetuò liberi ſint ab Imperio, quādiu ipſi ſuā libertatē, ut iuris eſt, ſeruauerint.*

4. *Ad hæc illi ciuitati, quæ Magdeburgum vocatur, ex noſtra conceſſione liberum eſſe volumus, vt quidquid illius Præfecti cū inſigniorū, ac prudentium conſilio, & populi aſſenſu, ad ciuitatis honorem, emolumentum, & tranquillitatem ſtatuerint, id firmum, & ſtabile eſſe debebit, perinde ac ſi ab ipſo Imperio conceſſum, et ſtatutum foret, atq; illud ipſum plebiſcitum, ſi annum, & diem durauerit, ſeruari debet ſi ipſimet voluerint. Quod ſi pacificè poſt id tempus iudicialiter ſeruatum ſit, robur iuris ſcripti obtinebit, ſi quidem non repugnet iuri ſcripto, & ſacroſanctæ fidei Chriſtianæ.*

5. *Quare auctoritate noſtra Cæſarea mandamus omnibus Principibus noſtris, & Imperij ſubditis, Dominis, Equitibus Auratis, Miniſterialibus, & omnibus officialibus, tam ſpiritualibus, quàm ſecularibus, ni eandem ciuitatem Magdeburgenſem, atq; eius incolas, in illorū iure, libertatibus, & immunitatibus à nobis gratioſè conceſſis impediant, aut vlla ratione grauent, ſiue violentia, mandatis, exactionibus, ſiue etiam bellicis ſubſidijs, aut alijs, quibuſuis grauaminibus.*

6. *Damus inſuper illis poteſtatē dominādi iure municipali, circa quod conſeruare illos volumus: & proinde nemo huic contrauenire audeat. Alioquin quiſquis id fecerit, ſuccūbet poteſtati noſtræ Cæſareæ: et ſi quid præiudicij eis inde accideret, volumus nos, & ſucceſſores noſtri, eādē ciuitatē, atq; eius incolas indēnes reddere.*

7. *Caterū damus eidē ciuitati, atq; eius incolis in uerum tutorem, ſacroſanctū ius, iuſtitiam, Romanum deniq; Imper. cum Principibus, Electoribus, ſpiritualibus, & ſecularibus, qui adſtent clypeo militari in omnibus vtilitatibus, atque emolumentis.*

8. *Ad perpetuam igitur memoriam, cū aſſenſu ſacri Rom. Principum Imperij; cumq; voluntate terræ, iuxta illorum laudū, omnes gratiarum prærogatiuas, libertates, iura, articulos, inſtituta, et plebiſcita confirmauimus, ratificauimus, & obſiguauimus ſigillo aureo Maieſtatis noſtræ Cæſareæ, quod appenſum eſt. Datum à Natiuitate Chriſti, Anno DCCCCXLVII. Imperij noſtri Anno II. die VII. menſis Iunij, eo in loco, vbi nunc ciuitas Magdeburg ſituata eſt.*

Suſpectam tamen hanc conſtitutionem XLIV.
validiſſimis arguit rationibus Io: Henricus Bæclerus, quia ſubſcribitur *Annus* 947. qui *In vita Othon.* ſit Imperij Othonis II. & mendatiū eſt apertiſſimū. Accedit quod in §.7. Electores ſpirituales, & ſæculares nominat, qui tamen ſub Othone Magno incogniti erant. Subſcribit Sigebertus, qui Magdeburgum extructum putat inter primordia Regni, Anno 939. *Rex Otho conſtruit ciuitatem Magdeburg, quæ et Parthenopolis, ideſt virginum ciuitas dicitur.* Eo voto creditur Otho Saxoniæ ſuæ decus quæſiuiſſe tantæ ciuitatis extructione, vt ferociores hominum animos, ac prædarum, diſſidiorumq; licentiæ intentos, vrbica diſciplina emendaret.

NV-

Anno Sal. 947.

NVPTIÆ LVDOLPHI FILII OTHONIS

Cum Filia HERMANNI Ducis Sueuiæ. *Sal. Anno* 947.

XLV.

Cap. 24. Saxon. 3. Luitpr. lib. 5 c. 1

SEd quùm (Krantzius) *è Francia reuerteretur Rex Otho, occurrit illi gratulabundus Hermannus Dux Sueuiæ, Regemq; interpellauit his verbis; Vides (inquit) ô Rex annos*



meos: noſti fortunam, & propicio Deo multo ſplẽdore res domi præcipuas, opes, & vrbes mihi eſſe plurimas, deeſſe tamen marem heredem: Vnicam filiam meam, (Idam nomine) *ſi tibi*



2 *videtur*

Sal. Anno 948. *videtur filio tuo Ludolpho deſpondeo, vt ſit certiſſimus cum filia heres rerum omnium, & (quod Deus fœcundet) fortunarum Dominus ampliſſimarum. Non diſplicuit ſermo Regi, collaudatoque Duce iubet impleri quod ille conceperat. Deſpondetur puella iuueni: iam enim decimumſextum agebat annum, matre ante paucos dies defuncta, Angliæ Regis filia. Hunc quoque filium Rex Regem creauit, poſt ſe legitimo ordine rebus omnibus dominaturum. Nam ea fuit Otho prudentia, vt nunquàm ſe diſcrimini præliorum committeret, niſi prius teſtamento legitimè facto de rebus omnibus, & de filiorum ſucceſſione ante plenius ordinaſſet.* In omnibus fortuna arriſit, nam Hermannus Anno ſequenti obijt, qui fuit *Sal. 948. cuius Ducatum* (ita Hermannus Contractus in Chron.) *Lutolphus, Othonis Regis filius accepit.*

STATVTA ECCLESIASTICA

In Comitijs Ingelenhemenſibus. *Sal. Anno 948. 7. Idus Ianuar.*

XLVI. CVm ambitioſa Hugonis Principis cupiditate, varijs nutaret tumultibus in Frodoardus. Gallia Ludouici Regnum, Synodus eſt congregata Ingelenhemenſis à Marino Sedis Apoſtolicæ Legato, vt in ſemitam rectam adducerentur rebelles; tum etiam ad cognoſcendum, vter Rhemenſis Eccleſiæ legitimus eſſet Epiſcopus Artaldus an Hugo tunc litigatores. Quæ omnia peracta fuere in præſentia Imperatoris Othonis Magni, & Ludouici Galliarum Regis, qui Othonis armis à rebelli manu ſuũ vindicauerat Regnum. Anno enim Sal. 949. (ſcribit Sigebertus) XLVII. *Rex Otho Lugdunum capit, Hugonem intra Pariſios concludit, Remos capit, Hugonis nepote, qui Epiſcopatum vſurpauerat, expulſo, legitimum Epiſcopum reſtituit, vſque Rothomagum potenter accedit, & caſtellis ac vrbibus, quas ceperat Ludouico redditis, in Saxoniam redit.*

SAL. ANNO DCCCCXLVIII.

Saxon. 3.c.25. OThonis Bella, quæ in Slauos, Danoſq; geſſit, Krantzius, Vvitikindus; Helmodus XLVIII. recenſent; Parum diſcrepant, & cum de victoria vnà ſentiant, à Slauo Chroniſta veritas tranſcribere exigit. *Otho cognomento Magnus, cum regnare cœpiſſet, multas perpeſſus eſt iniurias à fratribus ſuis.* Helmod.c.9 *Rex quoque Danorum, qui* Henrico Othonis *patri tributarius fuit, reiecto ſeruitutis iugo, arma corripuit pro libertate. Et primo omnium, Marchionem, qui erat apud Sleſuuich, quæ alio nomine Heidebo dicitur, cum legatis Regis obtrũcauit, omnem Saxonum coloniam, quæ ibidem erat, funditùs extinguens. Slaui etiam nouas res affectantes, nihilominus rebellare moliti ſunt, multis terroribus Saxonum confinia pulſantes. Rex ergo Otho, diuino fultus auxilio, vbi primùm de inſidijs fratrum ſuorum liberatus eſt, fecit iudicium, & iuſtitiam populo ſuo. Deinde poſtquàm omnia penè regna, quæ poſt mortem Caroli defecerant, ſuo ſubiugauit Imperio, in Danos arma corripuit. Tranſgreſſus ergo cum exercitu fines Danorũ, qui olim fuerant apud Sleſuuich, ferro & igne vaſtauit omnem regionem vſque ad mare nouiſſimum, quod Nortmannos dirimit à Danis, & vſque in præſentem diem à victoria regis* Otten-Sund *dicitur. Cui ingredienti Haroldus Rex, apud Sleſuuich bellum intulit, in quo vtriſque viriliter concertantibus, Saxones victoria potiti ſunt, & Dani terga vertentes ad Naues ceſſerunt. Tandem conditionibus ad pacem inclinatis, Haroldus Othoni ſubijcitur, & ab eo Regnum ſuſcipiens, chriſtianitatem in Dania recipere ſpopondit.* Formula conuentionis (adiungit Krantzius) vt Dani ſu- 3. Saxon. 6. 25. ſcepta Chriſti religione Epiſcopos ordinari paterentur per regiones. Ad quæ pacta facilè poterant induci, iam rege pridem ſub matre chriſtiana Tira, filia regis Angliæ, baptizato. Diſcrepat hic Helmoldus, vult enim Haroldum non pridem, ſed tunc vnà cum vxore, & filio paruulo baptizatum. *Nec mora, baptizatus eſt ipſe Haroldus cum Vxore ſua Gunnild, & filio paruulo, quem Rex noſter à Sacro fonte ſuſceptum, Suein Otho appellauit.* Haraldus (ſubiungit Krantzius) *pater fidelis ad mortem permanſit Chriſtianus. Filius autem abiecto Chriſtianiſmo, patrem ad mortem inſequutus, demum & ipſe*

reuerſus

Anno Sal. 950.

reuerſus eſt ad fidem. Otho autem Rex com-
poſitis apud Danos rebus, in proximos Danis
L. Vvandalos arma conuenit. Habitabant Vua-
grij, Vvinuli, Obotriti, Polabi, per litora
maris Germanici, omnes vno nomine, vna
lingua Vvandali. Hos pater eius vno prælio
contudit. Sed reuerſos in idipſum Otho perdo-
muit, vt accipere fidem Chriſti, & ſoluere Re-
gno tributa cogerentur. Baptizatus innume-
rus populus, Eccleſiæ per Vvandaliam con-
ſtruuntur: ſed nondum venerat tempus conſi-
ſtendi. Quippe in morte Othonis III. (quod
dicemus) denuò iugum Chriſti eum obedien-
tia Regni abiecerunt: quod etiam in Vvan-
dalia explicuimus. Ita in Aquilone quoque,
& Chriſti religionem Imperijque iura fœliciter
Rex Otho ampliauit, & omnia tranquilla
reddidit per ſua tempora. Vrbem Virginopo-
lim (quæ dicitur Magdeburgum) ad Albim
LI. fluuium fecit Vuandalorum metropolim. Sed
hæc poſtea.

Cap.26. Quo tempore Rex Otho tres Epiſcopatus
fundauit, vt fidem Chriſti in Danos, atque
LII. Vvandalos corroboraret: Sleſuuici primum,
quo in loco pater eius (vt diximus) marchio-
natum conſtituit, & Saxonum coloniam.
Sed eam rem paſſus eſt Rex optimus antiqua-
ri, ſciens robuſtiſſimam gentem meliùs man-
ſuetudine, quàm ferro ſub iugo contineri. Al-
terum in ripa, tum non contemnendo oppido
eiuſdem prouinciæ Iutarum: qui etiam in hunc
vſque diem in ſuo loco permanſit. Tertium in
Vvandalis Holſatiæ propinquis, in oppido Al-
denburgo. Vvandali vocauère Stargard, Da-
ni, Braneſiam, quique pro ſuæ linguæ proprieta-
te. Permanſitque is honor per tempora trium
Othonum, & in morte III. Othonis diſturbatæ
res diù fluctuarunt: vtcunq; tamen etiam tum
reſtituta. Poſtremò Annis LXXX. vacabat
Eccleſia, & Chriſti fides exulabat. Tum reuo-
cata, permanſit vſque in diem, qua inde in Lu-
bicam nouam vrbem transferretur: quæ omnia
pleniùs in noſtra diximus Vvandalia. Fertur
à nonnullis, & in Magnopoli oppido Obotrito-
rum Vvandalorum Epiſcopatum conſtituiſſe:
ſed hoc alij probabilius alijs temporibus, &
principibus attribuunt.

Huius belli initium ab Anno 948. vſque
in Annum 950. excluſiuè protractum ha-
beas.

BELLVM ITALICVM. Sal. Anno 950.

Saxon. c.1. NOuo vt ordiamur principio, res nouitate
primas rerum ordo largitur. (Sic 950.
exorditur Annum Krantzius) Annus erat
LIII. poſt mundo, terriſq; natū Chriſtum 950. quùm
rebus in Italia laborantibus ſub Berengario,
Otho iam vndiq; victor in eam prouinciam vo-
caretur. Non grauatur victorioſus Rex labori-
bus, & impenſis illuſtrem quondàm prouin-
ciarum dominam ex ſeruitute vindicare. Ten-
tarunt hoc ante illum Burgundi, Franciq; &
aliquot annis in Italia regnauerunt: ſed ſtir-
pem hoſtilem exſcindere non poterant. Quod
quo ordine ſit factum, vt res planior fiat, paulò
altius repetens expediam. Sub Imperio Ar-
nulphi Imper. quùm Italia hinc Vngaris, inde
vero Saracenis laceraretur, Longobardiq; Ro-
manum populum (quem Karolus Magnus in
ditionem Italiæ aliquantam reſtituerat) con-
temnerent, Romani cæteriq; Italiæ maiores
Berengarium natu maiorem Foroiulienſem
Ducem, creauere Imperatorem: præcipuè quia
diù nullum illis præſidium in Romanorum Im-
peratore (vt dixère) fuit, & Arnulphus alioqui
Imperator fortiſſimus, Germaniæ rebus ma-
gnis implicitus teneretur. Hunc ergo Impera-
torem creauere Romani aduerſùs ſuperbiam
Longobardorum, qui in ea prouincia proterui-
re videbantur, & ad prohibendas incurſiones
barbarorum, quas tum experiebantur à Sara-
cenis, & Vngaris. Sed tamen non ea fuit to-
tius Italiæ concordia, vt vno Principe conten-
ta maneret. Nam alij Guidonem quendam
Spoletanum Ducem. Qui Principes in ſe con- LIV.
uerſis armis diu digladiati ſunt, & vires quas
defendendæ Italiæ iuſtius impenderent, mutuis
vulneribus abſumpſerunt. Prima quidem con-
greſſione Guido præualuit: ſed viribus auctus
Berengarius ſuperior manſit, ita vt Guido ſuis
ſe finibus continère cogeretur. Berengarius cum
Arnulpho Imperatore etiam fœdera iunxit, ex
quorum formula quùm mutuo ſibi præſidio fieri
iuberentur, poſcenti Berengario, primus Ar-
nulphus Senebaldum filium cum copijs in Gui-
donem miſit in Italiam. Ille veniens nihil

egit,

Sal. Anno 950. LV.

egit, prudenter diſſimulans mutuis ſe Principes vulneribus lacerare, vt patri (ſi fieri poſſet) reſtitueret Italiam. Quo comperto, Berengarius actis gratijs Senebaldum remiſit.



Ipſe quoque Arnulphus vocatus à Summo Pontifice Formoſo in Italiam, fertur cum expeditis aſcendiſſe, & capto Bergomo præfectum eius Ambroſium ſuſpendio necauiſſe, Guidonem ex-



pulisse, vxorem eius obſediſſe, vrbem Romam adyſſe, in conſolationem Pontificis. Sed & redeunte, Guido breui mortuus eſt, relicto filio Lamberto in principatu. Berengarius venientibus

Anno Sal. 950 *tibus iterum in Italiam Vngaris ſe opponit: ſed omnem penè quindecim millium perdidit exercitum. Græculus Imperator quum pro ſe Ita-*
LVI. *liam obtinere non poſſet, fertur in eam lacerandam inuitaſſe Sarracenos. Illi Calabros, Salentinos, Apulos, Campanos peruagati, adusque vrbem Romam omnia ferro, & igne fædarunt. Albericus erat vir in Hetruria clarus, frater (vt ferunt) Pontificis Ioan. X.*

LVII. *Is armata Romana iuuentute, & eductis quot poterat millibus, Sarracenis ſe obiecit, & retropreſſit. Orta autem ſimultate inter Albericum, & Romanos, quum inuicem in ſe du-*
LVIII. *cerent, Albericus Marchio retundendis Romanis Vngaros fertur inuitaſſe. Illi venientes, non agrum Romanum (quod in pactis erat) ſed Hetruriam, quam ille volebat immunem, abradebant. Ita perfidia verſa eſt in authorem.*

Nihil tum Berengarius, nihil Arnulphi Cap. 2.
filius Ludouicus Imperator egère. Sed iam primus Berengarius in fata conceſſit, relicto filio cognomine, qui Ludouicum, Romanæ prouinciæ, & Burgundiæ Regis Boſonis filium, cum copijs in Italiam venientem occurrens prælio LIX.
fudit, captumque cogit Italiam abiurare, ne vnquàm in illam arma aut duceret, aut mitteret. Sed tamen eius iuſiurandi breui oblitus Burgundio, per Tridentinos reuerſus, Veronam cepit: ſed non diù tenuit. Nam exercitum illo ducens Berengarius II. vrbem recepit. Pa-



cti ante deditionem abitum Burgundi, dimittuntur. Quum ergo Berengarius Vngaris quoque deliniendis operam impendit, reliquam Italiam pacare contendit: quod malè potentes non paſſi, quùm arma eius formidarent, Ro- LX.
dulphum Burgundionum Regem in Italiam



Anno Sal. 950 *vocauerunt. Ille cum exercitu veniens, pulſo
Berengario, Regnum eius inuadit, & tribus
annis tenuit: erat autem prouincia, quæ nunc
Longobardia nuncupatur. Profuit Berenga-
rio fœdus, quod recens iecerat cum Vngaris.*
LXI. *Nam ad illos confugiens, tranſacto triennio,
in Italiam per illos reduci tentatur; Duce Sa-
lardo Vngari reuertuntur, omnia vaſtant, Pa-
piam etiam capiunt. Quod cernentes Itali, qui
Rodulphum vocauère, quòd nihil eſſet in eo ad-
uerſus Vngaros præſidij, Hugonem Arelaten-* LXII.
ſem vocauère. Illi venienti cum exercitu non



*inuitus ceſſit Rodulphus. Hugo autem ſingu-
lari vir prudentia, ſuſpectam ducens eorum fi-
dem, qui ſe vocauerunt, permiſſo exercitu Sam-
ſoni cuidam ex ducibus, ipſe ſuſpectos egit in
exilium. Illi conſpirantes cum nonnullis ex
remanentibus, perſuaſa Arnolda Bauarorum* LXIII.



Duce;

Sal. Anno 950. *Duce, Hugoni hoſtem immittunt. Dux in Ita-*
liam mouens, capta Verona Rex ſalutatur.
Sed Hugo in eum ducens, facilè repulit, rece-
LXIV. *pitque Veronam. Ille in Bauariam regredi-*
tur. Quò tempore quùm apud Vngaros Beren-
garius II. vitam finiſſet, tertius primi ex filia
nepos, incertum quibus viribus, in Italiam re-
ducitur. Sed occurrenti Hugoni ceſſit, reuer-
ſus in Sueuiam: auctis inde viribus regredi-
tur. Hugo autem quùm in Franciam redire
cogitaret, filiumque Lotharium Italiæ Regno,
quod iam pulchrè compoſuerat, relinquere me-
ditatus, venienti Berengario obuiam mittit
oratores qui de pace agant: regnum Italiæ, quod
hactenus in Longobardia ſolus tenuerit Hugo,
partiantur inter ſe duo. Ea res quùm inter
LXV. *partes placuiſſet, Hugo Lothario filio dedit Al-*
beidam vxorem, Papiamq; illi tribuit Regni
ſedem. Berengarius autem reuerſo in Fran-
ciam Hugone, magno vir ingenio, Lotharium
ſimpliciorem contempſit. Per quæ tempora
Henricus Dux Bauariæ in Italiam mouens
inuitatus, cognouit per Aquileiam Vngaros con-
tendere in eandem: quibus ſe objiciens illos re-
troegit. Quùm verò Berengarium magno in
ſe molimine ducere comperiſſet Henricus, con-
contra ac opinatus erat, retroduxit exercitum.
Vngari verò iniuriam ſuam in Bauaros vltu- LXVI.
ri, quos rerum in Italia potiri credebant, maiori
ac priùs ferocia reuertebantur. Sed Berengarius
miſſo Alberto filio, Vngaros ingenti ære perſolu-
to placauit vt redirent. Vnde tantum æris ha-
buerit Berēgarius? Luitprādus ſoluit, *Per idē* Luitpr. l.5.c.15.
tempus Taxis Vngarorū Rex magno cum exer-
citu in Italiam venit. Cui Berengarius non ex
propria pecunia, ſed ex Eccleſiarum, ac pauperū
collectione decē modios numorū dedit. Fecit au- LXVII.
tem hoc, non vt populi curam haberet, ſed vt hac
occaſione magnam pecuniā congregaret, quod et
fecit. In omni enim ætate omniſq; ſexus, tamq;
ablactatus, quàm lactens pro ſe numum dedit,
quibus æs cōmiſcens, ex paucis decē modios fe-
cit: cæteram verò partē, et quidquid ex Eccleſijs
tulit, ſibi retinuit. Interim Lotharius proſe- Kra... c.3. Saxon. l.4.
quitur Krātzius *relictis rebus humanis, exceſ-*
ſit vita. Relictam eius, ne quis ſe per illius LXVIII.
coniugiū in ditionis eius partem inſinuaret, Be-
rēgarius tenuit in vinculis. Hic erat rerū ſtatus,
quū Otho Romanorū Rex in Italiā vocaretur.
Berengarius III. qui apud Othonem aliquā-



do in Germania ad illū cōfugeret, benè habitus
eſt, eo tempore quo primò ingreſſus Italiam, ab
Hugone eſt repulſus. Quo etiam tempore quùm LXIX.
idem Hugo magnum pro illo deſponderet Otho-
ni, no-

Anno Sal. 950.
ni, noluit confugientem dedere. Iam rebus in
Italia ad ſua vota fluentibus ſe appellauit Au-
guſtum, filium autem Albertum Regem fecit
Apud Meibō. Romanorum, & omnes maiores Italiæ graui
interim tyrannide premebat: Othonis au-
tem in Germania pietas, & religio flore-
bant. Leguntur adhuc Ratisbonenſis Ec-
cleſiæ ab Othone indulta Priuilegia.

PRIVILEGIVM RATISBONENSE OTHONIS IMPER.

IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis.
LXX. Otho diuina fauente clementia Rex. No-
uerit omnium fidelium noſtrorum præſentium,
nec non & futurorum ſolertia, quod nos inter-
uentionibus Henrici noſtri dilecti germani ob-
temperantes quaſdam res iuris noſtri, prò reme-
dio animæ noſtræ ad Eccleſiam B. Petri prin-
cipis Apoſtolorum Sanctiq; Emmerani mar-
tyris Chriſti, vbi venerabilis Epiſcopus San-
ctæ Radasbonenſis Eccleſiæ, Michael nomine,
præeſſe dignoſcitur, in proprium conceſſimus,
ideſt in Villa Huiebinga, in pago Hertinga, in
comitatu Eberhardi Comitis curtem regalèm,
ideſt cum omnibus appendicijs, & adiacentijs
ſuis, iuſtè legitimeq; illuc pertinentibus iure
perenni in proprium, mancipijs vtriuſque ſe-
xus, ædificijs, agris, pratis, paſcuis, ſiluis, aquis,
piſcationibus, manſionarijs, barſchalKis, au-
rearijs, brunearijs, cidelarijs, molendinis, vijs,
& inuijs, exitibus ac redditibus, quæſitis, &
inquirendis, mobilibus, & immobilibus.

Inſuper etiam dedimus ad ſupradictam Ec-
cleſiam Sanctorum Petri Apoſtoli, Emmerani-
que martyris curtem regiā, ideſt in villa Helf-
fendorf ſitam in Trieromarca in comitatu
Pilgrimi Comitis, & Sigehardi in Suideſco,
& Kadalhoi Tſinachgovue, cum omnibus iuſtò
illuc pertinentibus rebus, curtilibus, mancipijs
vtriuſque ſexus, ædificijs, agris, pratis, paſcuis,
ſiluis, foreſtis, foreſtarijſque cum regio noſtro
banno, cæteriſque omnibus commoditatibus, ci-
delarijs, manſionarijs, barſchalKis, molendi-
nis, piſcationibus, venationibus, vijs, & inuijs,
exitibus ac redditibus, quæſitis, & inquirendis,
mobilibus, & immobilibus; Iuſſimus quoque
inde hoc præſens præceptum conſcribi, manu
propria firmatum, annuliq; noſtri impreſſione
inſignitum.

Signum Othonis Inuictiſſimi Regis.

Brun. Cancellarius ad vicem Heroldi Ar-
chicapellani recognouit. Data XVII. Kalend.
Aug. Anno Sal. DCCCCL. Indict. VII. re-
gnante Sereniſſimo Rege Othone; Anno XV.

Actum Beheim ſuburbio Naumburg, in Do-
minio feliciter. Amen. Ita ad ſyllabam tran-
ſcripſimus ex Meibomio.

PONTIFEX AGAPETVS

Cum Principibus Italiæ Othonem aduerſus Berengarium ſollicitat.
Berengarius Adheleidem obſidet. Sal. Anno 951.

QVum interim Agapetus Pontifex lo-
quutus cum Italiæ proceribus, communi
conſilio Othonem Regem victorijs clarum, vo-
cauit in Italiam, tyrannide Berengarij, & Al-
berti liberandam. Poſtquam enim Anno Sal.
950. cum eſſet Olonnæ Berengarius, fœ-
duſq; inter Venetos, & Italicos renouaſſet,
eorumque fines terminaſſet. Capit (ſcribit
In vita Bereng. II. lib. 6. de Regn. Italiæ. Sigonius) indè cum cupido Papienſis regia po-
tiunda. Neque enim ſe regem eſſe arbitraba-
tur, niſi antiquam Regni ſedem vetere inſti-
LXXI. tuto teneret. Hanc verò quia Adheleida poſ-
ſidebat, Adheleidæ coniugium Adelberto filio
LXXII. Regi popoſcit. Mulier ſiue antiquo odio pro-
pter iniurias ſocero, maritoq; ſuo illatas impul-
ſa, ſiue ſpe honeſtiarum nuptiarum elata, eam
conditionem repudiauit. Hac repulſa accepta
Berengarius vſque adeò ira eſt inflammatus,
vt quod elicere amore non potuit, id per vim ſibi
extorquendum eſſe cenſuerit: Itaque exercitu
Papiam adducto, vrbem haud magno certa-
mine expugnauit: ac Reginam in poteſtatem
adductam in caſtro Garda ad lacum Bena- LXXIII.
cum diligenti cuſtodiæ tradidit, verens ſcili-
cet, ne, ſi libera eſſet, per externas nuptias ad-
uerſi aliquid in Italia tumultus excitet, atque
ita Regnum à ſe ad alium, vel inuito transfer-
ret. Interim Adheleida magnum ſui in timo-
rem adducta Martini Sacerdotis ſui ope ex LXXIV.
arce profugit, atque illo vno cum pediſſequa
comi-

Sal. Anno 951.

comitante nauiculam nacta ſilentio noctis ad ſyluam quandam acceſſit. Vbi, cum per aliquot dies manèret, neceſſitate adacta victum per Martinum ipſum, cæteris deſtituta ſubſidijs, corrogauit. Demùm in agrum Regienſem profecta ipſam ſe Adelardo Epiſcopo commendauit. Adelardus loco ſe ad eam cuſtodiendam munito carère excuſans a uctor ei fuit, vt ſe ad Athonem auunculum ſuu m conferret, qui arcem Canuſſij non longe indè firmiſſimam obtinèret, & Lotharij Regis fidelis quondam
amicus fuit. Ita Adheleid a ad Athonem LXXV



profecta caput ei ſuum commendauit, ſuppliciter orans ne ſe furenti Berengarij libidini proderet, cuius ipſe ſanguinem infeſtus appeteret. Atque eam Atho omni cultam offitio, vt Reginam excepit, & ſe pro viribus ab omni iniuria vindicaturum promiſit. Receptam autem ſimul comperit Berengarius, miſſo nuntio, eam ſibi tradi præcepit; eo verò Imperium abnuente, continuò ingentes aduersùs eum copias militum comparauit, ac Canuſſium progreſſus, oppidum magna vi obſidère inſtituit. In his
LXXVI. *rerum anguſtijs Atho poſitus, cum ſuis ſe opibus tantam belli molem ſuſtinere poſſe diffideret, poſtero anno* (nonocenteſimo ſcilicet quin-
LXXVII quagesimo primo) *ex Adheleidæ auctoritate nuncium occultè ad Othonem Germaniæ Regem miſit, cum vetere virtutis indole inſignem, tum recenſi Vngarorum victoria in dies magis ad famam hominum floreſcentem, per Deum obteſtans, vt ad ſe, atque Adheleidem Berengarij obſidione liberandam accurreret. Id ſi maturè faceret, ipſum cum rem maieſtate regia, & virtute ſua dignam facturam, tum Berengario expulſo Adheleidem vxorem ſibi conciliaturum, ac totam Italiam in manu, ac poteſtate habiturum, cuius Imperio par eſſet, ipſum pro animi ſui magnitudine, & rerum geſtarum amplitudine imminere. Non reſpuit conditionem Otho, ratus facilè futurum, vt Regno Germanico Italicum quoque adiungeret; eumque gradum ad maiora etiam Imperia facere. Carolum Magnum Regnum Italiæ àdeptum nouum Romani Imperij titulum in Franciam retuliſse, ſe pariter deuicta Italia, ſi ſe res dederit, idem decus ſua parère Germaniæ poßse.* Italico itaque Bello decreto, *conſilium fertur habuiſse* Otho (ſcribit Chron. Slauor. l.1.c..
Helmodus) *quem poſt ſe vicarium poteſtatis relinqueret, ad faciendam iuſtitiam in his* LXXVIII.
partibus, quæ Barbaris confines ſunt terminis.

Anno Sal. 951.

Nondum enim poſt tempora Caroli, propter veteres illius gentis ſeditiones, Saxonia Ducem acceperat niſi Cæſarem. Ne ergo in Regis abſentia, Dani ſiuè Slaui, noui aliquid molirentur, Rex neceſſitate perſuaſus, Hermanno primum tutela vicem in Saxonia commiſit. De quo viro, & progenie viri, quoniam noſtris temporibus multum inualuerunt, aliqua commemorare neceſſarium duxi. Vir iſte, pauperibus ortus natalibus, primò vt aiunt, ſeptem manſis, totidemque manentibus, ex hereditate patrum fuit contentus. Deinde, quod erat acris ingenij, decoriſque formæ, tum pro merito fidei, & humilitatis, quam dominis, & pacibus exhibuit, facilè notus in palatio, ad familiaritatem ipſius regis peruenit, qui comperta iuuenis induſtria, ſuſcepit eum in numero miniſtrorum, deinde nutricium eſſe præcepit filiorum: mox etiam ſuccedentibus proſperis, commiſit ei vices præfectorum, in quibus officijs ſtrenuè adminiſtratis, dicitur manentes ſuos pro furto in iudicio delatos, data ſententia ſimul omnes damnaſſe ad mortem.
Cuius nouitate facinoris, & tunc carus in po- LXXIX.
pulo, & clariſſimus deinceps factus eſt in palatio. Poſtquam verò ducatum Saxoniæ meruit, iudicio, & iuſtitia gubernauit prouinciam, & in defenſione Eccleſiarum Sanctarum ſtudioſus permanſit vſque in finem.

OTHO IN ITALIAM DESCENDIT.

Adheleidem vxorem ducit. Papiam capit. *Anno Sal. 951.*

LXXX. Itaque Italico bello decreto, Litulfum filium Regem Germaniæ poſt ſe deſtinat:
Inde quinquaginta millibus, aut forte pluribus in agmine ductis militibus, per Forum
Iulij, tritam exterorum *in Italiam viam,*
Sigon. lib 6. de Regno Italiæ. An. 951 *ſubitò Veronam oppidum recipit. Canuſſio diu*
validè pugnato, paucos dies ſuſtinere ſe poſſe
Atho videbatur, cum opportunè nuncius ab
Othone remiſſus cum litteris ad ipſum, & Ad-
LXXXI. *heleidem Verona ſcriptis aduenit. Ibi, cum*
propter intentas diurnas, nocturnaſq; obſeſſorum cuſtodias nulla in arcem ratione penetrare
poſſet, ne quid intentatum relinqueret, epiſto-
LXXXII *lam ſagitta vnà cum annulo ab Othone acce-*
pto alligauit, atque intento arcu in arcem tranſmiſit. Eius epiſtolæ hæc erat ſumma. Bonum animum haberent, nam ſe traiectis Alpibus in Italiam cum exercitu incolumi deſcendiſſe, ac propediem, vbi Litulphus filius, quem præmiſerat Mediolanum, veniſſet, iunctis copijs illis auxilio affuturum, atque in omnibus rebus conſilio, & voluntati eorum obtemperaturum. Othonis aduentum ſimul ac Berengarius ſenſit, raptim inde nullo tentato certamine caſtra mouit, atque ad alia tuendi regni cauſa capeſſenda loca ipſe cum filijs ſuis Adelberto, & Vidone ſe contulit. Otho Canuſſio libera- LXX-
to, Adheleidem ſine mora ſibi matrimonio co- XIII.
pulauit, perfectiſque magna pompa ſponſalibus, inde Papiam acceſſit. Eamq; per Octobrem menſem in poteſtatem redactam vnà cum Regina triumphantis in modum iniuit. Ibi Natalicij dies celebrati, ac menſes aliquot conſtituendis rebus abſumpti. Eo anno Conſtantinus Porphyrogenitus orientale excepit Imperium.

OTHO GERMANIAM REPETIT.

Conradus Berengarius verè ineunte capit. *Sal. Anno 952.*

In Chron. Otho legationem (vt ſcribit Frodoardus) pro ſuſceptione ſui Romam dirigit: qua non obtenta, cum vxore, ſe in *Germaniam retulit, & Conradum generum Lotharingiæ Ducem, qui reliquias belli aduerſùs Berengarium perſequeretur, reliquit. Profecto Othone, Conradus omni ope Berengarium eſt adortus. Berengarius Belli fortunam periclitatus, cum ſe haud quaquàm Conrado viribus parem ſentiret, vt prudens arma depo-*
ſuit, atque ipſo auctore Conrado ad Othonem LXXXIV.
in Saxoniam ad pacem petendam contendit, ita animo paratus, vt omnia quæ ſibi imperarentur, obedienter expleret, atque omnino victoris præpotentis decretum, iudiciumque ſeruaret. Aduenienti Duces, & Præfecti, Palatinorumque primores obuiam ad primum lapidem Othonis Imperio prodierunt, ac regali

pompa

Anno 952 *pompa ſuſceptum in vrbem regiam deduxerunt, eumque præparato in hoſpitio collocarunt.* XXXV Ibi iuſsi manere *per triduum expectabant: qua mora Ludolphum filium ac Conradum Regis generum vehementer offendit, vt prope fuerit eos cum indignatione abituros. Sed Rex occurrit, & auditis perbenigne reſpondit. Rebuſque compoſitis, Berengarius manus filij ſui Alberti manibus ſuis implicans, coram omni exercitu ſubiectionem regis profitetur.* Vbi hæc acciderint? *Auguſtæ Retiæ prouinciæ, Auguſti menſe* Regino ſcribit. Ibique in conuentu Epiſcoporum, nec non Principum Francorum, Saxonum, Bauarorum, Alemannorum, & Longobardorum, adhuc Regno donatus Berengarius Italiam regendam ſuſcipit præter Marchiam Veronenſem, & Foroiulienſem, *quas Henrico fratri Bauariæ Duci attribuiſſe ſe dicit.*

Krant. Saxon. 3. cap. 4. — LXXVI. Sigon. lib. 6. de Regno Italiæ.

Iiſdem in comitijs Statuta Eccleſiaſtica fuiſſe exarata apud Goldaſtum ſequentia legimus.

OTHONIS I. IMPERATORIS AVGVSTI

Statuta Eccleſiaſtica in Comitijs Auguſtanis.

LXXVII. *CVm excellentiſſimus pijſſimuſque Otho Rex, ſuperna attractus clementia non minus de negotio ſpirituali, quam de ſtatu Chriſtiani Imperij tractaret, inprimis Pontificum, aliorumque primatum ſuorum communi conſilio fretus, Anno Incarnationis DCCCCLII. indictione X. Anno vero Regni eius XVI. ſub die VII. Id. Aug. placitum conuentumq; Synodalem Auguſtæ fieri decreuit, quatenus concordi diligentia, tam ſancti Cleri, quam populi Eccleſiæ ſtabilitatis profectus, & totius Chriſtianitatis vtilitates tractarentur. Cuius rei diſpoſitionem per reuerentiſſimi, atque prudentiſſimi Frithurici Maguntinæ Sedis Archiepiſcopi induſtriam maxime gubernari deliberauit.*

Heroldo etiam Iuuanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo.

Manaſſe quoque Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo.

Petro Rauennate Archiepiſcopo: cæteriſque Italiæ, Galliæ, Germaniæ, ſubnotatis Pontificibus huic diſcuſſioni operam exigentibus.

Vdalrico Auguſtenſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Annone Vvangionenſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Starcando Eichſtetenſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Conrado Conſtantienſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Poponi Vverziburgenſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Godefrido Nemetenſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Harberto Curienſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Vvdone Argentinenſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Lantperto Friſingenenſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Hugone Aritienſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Michaele Radesborienſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Adelberto Patauenſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Luidfrido Ticinenſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Giſibrando Terdonenſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Antonio Brioſienſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Vultone Cumano Epiſcopo.
Deodato Parmenſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Vvittone Mutinenſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Adelhardo Regenenſis Eccleſiæ Epiſcopo.
Sigolfo Placentinæ Eccleſiæ Epiſcopo.
Adalgiſo Aquenenſis Eccleſiæ Epiſcopo.

Cum eorum vnanimis diligentia, huic Eccleſiaſtico negotio vigilanter inſtaret, omnibus ratum putabatur, Principem regni Beatæ Matris Eccleſiæ deuotum filium poſtulare, quatenus ibidem diuina diſcutientibus intereſſe dignaretur. Tum die præfinito eo veniens dulciſona modulationum iocunditate, honorifice, vti Regiam dignitatem decuerat, ab omnibus acceptus, Miſſæ celebratione finita, ſatisfaciendo Pontificum petitioni cum inſigni priuatim turba Synodum intrauit. Interim Reuerendus Moguntinæ Sedis Archiepiſcopus Frithuricus ſe è ſolio erigens, humiliter ſtrenueq; ſermonem regulari ſtudio congruentem protulerat: deinde cuncta, quæ de iure Eccleſiaſtico iuxta Canonicam auctoritatem & imitanda Sanctorum Patrum Decreta erant ventilata, pronuncians, in hiſce omnibus huic rei neceſſarijs ſe in commune eius præſidium ſentire poſtulabat. Quibus Rex ſuperni amoris igne ſuccenſus, & zelo diuini amoris animatus, mentis corporiſque niſu Eccleſiaſticarum rerum auxiliatorem, defenſorem promptiſſimum ſe eſſe promittendo certificauit. Hac videlicet promiſſione audita Regali, prælibatus Archiepiſcopus

Anno Sal. 952 *ſcopus reſidens, communi cæterorum aßenſu, Capitula ſubſequentia titulari præcepit.*

I. Si quis Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorumque vxorem acceperit, à ſibi iniuncto officio deponendus eſt, ſicut in Concilio Carthaginenſi tenetur cap. 25.

II. Epiſcopos, Presbyteros, vel aliquem de Clero canes, venandi amore vel accipitres habere non licet, ſicut in Concilio legitur Toletano cap. 10. Quiſquis autem perſonarum huiuſmodi in hac voluptate denudatus fuerit, quamdiu in illa deteſtabili voluptate detinetur, ab omni Eccleſiaſtico officio ceſſet.

III. Epiſcopus, Presbyter aut Diaconus aleæ vacans, ſi ab hoc interdicto opere ceſſare noluerit, velut in Canone Apoſtolorum habetur cap. 42. deponendus erit.

IV. Nullus in Clericatus officio manens mulierem ſub introductam ſecum habitare permittat. Si vero aliqua ſuſpicionum maculis adſperſa contra hæc agere tentauerit, ab Epiſcopo vel eius Miſſo virgis caſa detondeatur. Si autem ſæcularis poteſtas hæc fieri prohibuerit, Regia poteſtate fœmina coacta prælatæ ſententiæ ſubiaceat.

V. Diuerſa ſæcularis vitæ negocia fugientes, & Monaſticæ inſtitutionis normam aggredientes, extra elauſtrum ſine licentia proprij Abbatis ire non licet, ſed tantummodo ieiunio, & orationi vacare in locis, quibus renunciauerunt ſæculo, permanentes, ſicut in Concilio Chalcedonenſi præcipitur.

VI. Oportet etiam Epiſcopum, in cuius Dioceſi Cœnobium ſitum eſt, Monachorum prouidentiam gerere: & ſi aliquod correctione dignum repperit, corrigere feſtinet.

VII. Clericis Monachicum habitum ſequi cupientibus, & pro remuneratione diuina ſæcularibus ſpretis arctiorem vitam adire volentibus, nullatenus introeundi aditus ab Epiſcopo denegetur, ſed potius eum in tali conuerſatione perſtare exhortari conetur, ſicut in Concilio Toletano habetur cap. 1.

VIII. Sanctimonialis, quæ ſpontanea voluntate, ſtrictiori vitæ propoſito ſe alligare voluerit, nulla re obſtante, id quòd bona intentione diſpoſuerat peragendum, ab Epiſcopo impediatur.

IX. Vt laici Presbyteros ſine conſcientia, & conſenſu proprij Epiſcopi ab Eccleſijs eis canonicè commendatis non eijcere præſumant, nec alios locum eorum ſubire faciant: quia vt ab Epiſcopis ordinantur, ita neceſſe eſt, vt ab ipſis Eccleſias procurandas accipiant, ſicut in Concilio habetur Arelatenſi cap. 4.

X. Vt omnis decimatio in poteſtate Epiſcopi ſit: & ſi neglecta fuerit, quicquid inde emendandum ſit coram Epiſcopo eiuſue Miſſo corrigatur.

XI. Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, vt in multis Concilijs firmatum eſt, quia diuina miniſteria contrectant, ab vxoribus abſtineant. Cæteri autem Clerici, quando ad maturiorem ætatem peruenerint, licet nolentes, ad continentiam cogantur.

His peractis, Otho non ingratus Deo, de triumphato hoſte gratias rependens, multa donauit Eccleſiæ, & præcipuè Oſnaburgenſi. Vndè Krantzius *Oſnaburgenſi Eccleſiæ tum ſub Othone I. octauus ordine pontificum eius loci præerat vir optimus Drogo. Quæ tempora ſignat priuilegium à memorato Othone I. impetratum pro Eccleſia Oſnaburgenſi Anno Chriſti 952. Renouauit, & literis inſeruit donationes Eccleſiæ factas per fundatorem Magnum Carolum. Adiecit priuilegio mercatum publicum in loco Vuidenbrugge: vectigalia inibi colligenda donat Eccleſiæ Oſnaburgenſi ob merita Drogonis, qui tum illi præfuit Eccleſiæ.* Metropol. l. 3. c. 25. LXXVIII.

ALIA DONATIO OTHONIS
Monaſterio S. Ludgeri prope Helmæſtadium.

LXXIX. Apud Meibomium. *IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Otho Dei gratia Rex. Nouerint omnes fideles noſtri, præſentes ſcilicet, & futuri, qualiter nos prò remedio animæ noſtræ, nec non & patris noſtris ac dilectæ matris noſtræ, nec non, & aliorum conſanguineorum noſtrorum, ad Monaſterium, quod nominatur Helmonſtedi, ad interuentum Monachorum inibi Deo famulantium, omnem decimationem ſubſtus nominatarum villarum cum conſenſu venerabilis Epiſcopi Bernardi, qui nunc Haluerſtadenſi Eccleſiæ præeſt, in perpetuum*

ius

ius donauimus Helmonſtedi, Baſſalo, & duo Sedorp Vuormſtedi, præterea vero quidquid decimationis fuit ad curtes prædictorum Monachorum in præfato Epiſcopio in proprium conceſſimus. Iuſſimus inde hoc præſens præceptum ſcribi, manu noſtra ſubtus ſignari, & annuli noſtri impreſſione corroborari.

Signum Othonis Sereniſſimi Regis.

Ludolphus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani recognoui.

Data III. Kalend. Maias Anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLII. Indictione V. Anno Domini Othonis Sereniſſimi Regis XVII. Actum Magdeburg fæliciter. Amen.

DONATIO OTHONIS FILIO LVDOLPHO.

XC. *IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Otho Dei fauente clementia Rex. Notum ſit ab omnibus fidelibus noſtris, præſentibus, ſicut & futuris, quod nos omnem regionem Zermund nuncupatam, filio noſtro Ludolpho in proprietatem donauimus. Filius vero noſter Conradi Ducis, noſtriq; Marchionis Geronis interuentu, tres marcas eiuſdem prædictæ Regionis, cum omnibus appendicijs, & adiacentijs ſuis iure perenni ſupra nominato Marchioni in proprietatem manu ſua donauit, quod eſt ſitum in pago Zermund, in Comitatu Theomari Ciuitatis Oſterburgenſis. Poſteaquam prædicti noſtræ omnes obtemperantes petitioni, probationiq; iuſſimus inde hoc præſens præceptum conſcribi, per quod volumus firmiterq; iubemus, vt prænotatus Marchio noſter Gero de hijs omnibus noſtro dono ſibi in proprium conceſſis, amodo, & deinceps omni tempore liberimam teneat poteſtatem habendi, donandi, vendendi, ſeu quidquid placuerit ſibi ea inde faciendi. Hæc noſtra conceſſio, vt obtineat vigorem, manu noſtra ſubtus eam firmauimus, & annuli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. Datum V. Kalend. Aug. Anno Dom. Incarn. DCCCCLIII. Indict. VIII. regnante Othone Rege Anno XV. Actum Vualahuſen in Dei nomine feliciter. Amen.*

BELLVM CONTRA FILIVM LVDOLPHVM,

Et Generum CONRADVM. *Sal: Anno 953.*

XCI. T*Antam regis Othonis fælicitatem,* Italiæ
Regnum ſibi ſubiecisse, *interpolauit,*
(ait Krantzius) *plusquam ciuile Bellum, quod*
ab alijs quoque tuſtis, vt videbatur, cauſis erat
XCII. *conflatum.* Non tantùm humanis, ſed etiam
diuinis. Vltio fortè, & diuina, quia in Ad-
helaidis vxoris gratiam eius Matri Bertæ
Sal. Anno 953. Abbatiam dederit *Merensthein* appellatam:
& humana, quia Adheleidis, & Othonis
nuptias, cum ab initio ſuſpectas habuiſſet
XCIII. filius, murmura inter milites frequentiora
miſcuerat: *& Conradum ſibi ſemper familiariſſimum, Ducem, Regis generum, ſuum ſororium eadem flamma ſuccendit: ad quem ſicut ad filium, ſucceſſionis plenior ſpes perueniſſet, ſi cælibem Rex peregiſſet vitam. Ingraueſcente indignatione, iam filius & gener apertam rebellionem Regi oſtenderunt, diſſimulabat diu Rex: ac vbi pertinacia nullus eſt finis ducit in eos expedito agmine, & vrbes illis*
XCIV. *parentes aut vi, aut deditione, in ſuam redegit poteſtatem: coegitque armato quantocumque maxime poterant exercitu intrare Moguntiam. Ibique ſtatuerunt obſidionem perferre, quando aperta cum Rege acie decertare non auſi, nullum obſidioni firmiorem locum proſpexere. Paratur lacrymabilis obſidio patris in filium, ſoceri in generum. Ciues vtrumq; offendere cauentes, diu ſuſtinuère obſidionem. Crebra ad portas pugna, numquam iuſta acie eſt decertatum. Ad ſexageſimum diem extrahitur obſidio: tum mentio fiebat à ciuibus de pace. Induciæ proclamantur, vt ſecuri in caſtra veniant qui incluſi tenebantur. Rex conſobrinum ſuum obſidem dat futuræ ſecuritatis. Venit filius cum genero, veſtigijs Regis proſternuntur, veniam erratorum precantes. Rex de*
venia nihil dubitare iuſſos monuit, voluitque XCV.
dicerent nomina eorum, qui hoc belli inſpirauerant conſilium, vt malignantium in ſe odia cognoſceret. Tanta fuit in ea re pertinacia, vt priùs infecta pace diſcederent, quàm auctores rebellionis nominarent: paratos aiebant omnia ſe quæ Rex iuſſiſſet perpeti: tantùm eſſet

ſet

Anno Sal. 953. ſet venia auxiliarÿs. Quùm nihil ageretur;
illi in vrbem reuertuntur. Interim Egbertus
Regis conſobrinus, ab ÿs qui intus erant, per-
ſuaſus, rebellionique conſentiens, quùm obſes
fuiſſet, exire ad Regem recuſabat. Conti-
nuandæ obſidioni parantur omnia: quùm Co-
mites Henrici Ducis Bauariæ (qui frater
erat Regis) ab illo quoque deficientes, inſtin-
ctu Arnulphi, & fratrum, filiorum Arnol-
di, olim Ducis, quod ſuum eſſe Ducatum di-
cerent, in vrbem contendunt rebellantes. In-
de Rheni fluenta tranſeuntes Ludolphus, &
Arnulphus, clam Rege cum expeditis copÿs,
XCVI. dum Rex obſideret Moguntiam, illi Ratiſpo-
nam nihil hoſtile timentem adoriuntur, & ca-
Vuitich. lib. 2. piunt alio nomine Reinesburg (vt Vvitikin-
dus ſcribit) vrbem regiam, cum cæteris in ea
regione munitiſſimis, omnemque pecuniam du-
cis ſuis militibus diuiſit: coniugem eum filÿs
patrui, & amicis, non ſolùm vrbe, ſed &
regione excedere cogit. Hæc omnia à Deo cre-
dimus acta, vt qui Sereniſſimum Regem plu-
rimis Populis, ac gentibus præficere voluit,
diſceret parum in ſe, in Deo verò omnia poſſe.
Erat autem iunior Arnulphus cum fratribus,
qui tale conſilium machinatus eſt contra Hen-
ricum, eo quod paterno Regno ſubrogaretur,
ipſe autem honore patrio priuatus eſſet. Porro
exercitus diutino labore fatigatus, miſſionem
petit, & accipit, Rege eum paucis admodum
XCVII. filium in Baioariam ſubſequente. Ipſe nam-
que erat patiens laborum, ſupra quam quod
credi poſſit de homine ab adoleſcentia delicatè
nutrito. Multitudine denique deficiente à fi-
de, rari admodum erant qui partes regis ad-
iuuarent: inter quos erat quidam Adelbertus,
& alÿ cum eo admodum pauci. Milicante
aduersùm Moguntiam Rege, Hermannus
Dux Saxoniam procurabat. Cum nouus exer-
citus à Saxonia ad ſupplementum veteris mit-
XCVIII ti debuiſſet, Thiadericus iuniorq; Vvicmanus
ei præfuere. Attingentes terminos Francorum
à Ludolpho, Duceq; Conrado ſubito circumfu-
ſi, in Deſertum quoddam coguntur Caſtellum,
quod cum oppugnare nituntur, iactu rotæ ſi-
gnifer ante portam brachium perdidit: quo fa-
cto bellum eſt ſedatum, induciæq; conceſſæ
trium dierum in Saxoniam reuertendi. Thia-
dericus à Ludolpho magnis promiſſionibus eſt
tentatus, Vvicmanus autem admodum corru-
ptus, patruum exin arguere, paternæ hære-
ditatis raptorem dicere, & ſuorum theſau-
rorum prædonem vocare cœpit. Ipſe autem Bauaria vaſtatur.
conſilÿ nequaquam ignarus, quanta ſapientia,
quantaq; prudentia contra propinquos, & ho-
ſtes manifeſtos vigilauerit, difficile eſt omni-
modis dicere, iungitur quippe Ecbertus Vvic-
manno, eademque ſententia conſurgunt in du-
cem, nullumque, & dant quietis ocium. Il-
le autem nobili patientia iuuenum furorem
frangens, cauet tumultum aliquem Rege ab-
ſente illis in partibus accreſcere. Baioarÿ re-
pentino regis aduentu: nec ad pacem vertun-
tur, nec bellum publicum præſumunt, ſed
clauſis muris grandem exercitui laborem ſuæq;
regionis ſolitudinem parant. Vnde minus pro-
cedente negotio à manibus exercitus à nulla re
abſtinebat, ſed omnia vaſtabat. Summus
Pontifex interea, vt ipſe aiebat, timore regis
offitio Pontificali omiſſo, eremiticam cum ſoli-
tarÿs ducebat vitam. Non minima quoque
cæteris Pontificibus cunctatio erat in Baioaria,
dum fauent partibus, nunc Regi aſſiſtendo,
nunc alias partes adiuuando: quia nec ſine
periculo alienabantur à Rege, nec ſine detri-
mento ei adhærebant. Agens tres menſes ince-
gros à Moguntia recedens Rex in illis Regio-
nibus, demum circa Kalend. Ian. infecto ne-
gotio, amiſſis duobus principalibus viris, ac po-
teſtate claris, Immede, ac Mainuuerco, quo-
rum vterque ictu ſagittarum perÿt, alter Mo- Immed. & Mainuerc.
guntiæ, alter in itinere Baioariam pergenti-
bus reuertitur in Saxoniam, cauſas dicentibus
coram Rege Hermanno, ſuiſque nepotibus, Herm. Dux cauſam dicit.
omnes iuſti tenaces ſententiam Ducis lauda-
uere, adoleſcentes caſtigandos iudicantes. Rex
autem Amans parcebat illis ſub cuſtodia mi-
litari tantum intra Palatium tradens Vvic- Vuicmãnus in cuſtodia datur.
manuum. Interea audit, quia Auares in-
trantes Baioariam iungerentur aduerſarÿs,
diſponerentque publico bello eum tentare. At
ille ſatis imperteritus tali neceſſitate, num- XCIX.
quam ſe gratia Dei Dominum, ac Regem ob-
litus eſt, ſed collecta valida manu obuiam
procedit acerrimis hoſtibus. Illi autem diuer-
tuntur ab eo, acceptiſque Ducibus à Ludolpho
omnem Franciam peruagati ſunt, & tantam
ſtragem dederunt, primum amicis, vt cui-
dam Erneſto vocabulo, qui erat partis aduer-
ſæ, ſui iuris familias ſupra milleſimum nu- Erneſt.
merum

merum captiuaſsent, deinde cæteris omnibus, vt dictu fidem excedat. Dominica ante Paſcha Vvormatiæ eis eſt publicè miniſtratum, & muneribus auri, & argenti plurimum donatum. Inde in Gallias profecti per aliam viam in patriam reuertuntur. Baioarij ciuili exercitu, externoque fatigati, nam Vngaris egreſſi exercitu regali premuntur, coacti ſunt de pace tractare, factumque eſt, vt pax daretur vſque in XVII. Kalend. Iul. & locus eſſet apud Cinnam rationis dandæ, & reſponſionis reddendæ. Ad condictum locum, dum vniuerſalis populi conuentus fieret, talem Rex orationem exorſus eſt. Pateret inquit, ſi indignatio filij mei cæterorumque inſidias tendentium me ſolum torqueret, & non totum Chriſtiani nominis populum perturbaret, parum eſſet, vrbes meas more latronum inuaſiſse, regiones à mea poteſtate rapuiſse, ni propinquorum meorum, ac chariſſimorum comitum ſanguine ſatiarentur. Ecce ſine filijs ſedeo orbatus, dum filium grauiſſimum hoſtem patior, quem plurimum amaui, & à mediocri loco ad ſummum gradum, ſummumque honorem prouexi, vnicum filium meum habeo aduerſum me. Tolerabile hoc totum foret, ſi non Dei, hominumq; inimici his cauſis introducerentur. Modo Regnum meum habent deſolatum, Populum captum, vel interfectum, vrbes deſtructas, templa ſuccenſa, Sacerdotes extinctos; adhuc madent ſanguine Plateæ auro meo, & argento, quibus filium, generumque ditaui, hoſtes Chriſti ſedes ſuas remeant referti. Quid ergo ſuperſit ſceleris, quid perfidiæ excogitare nequeam. His dictis tacuit Rex. Henricus laudans ſententiam Regis ſubiunxit, quia hoſtes ſecundo victi publico certamine malignè, ac peſſimè conducerentur, quo via eis iterum lædendi aperiretur, omnem calamitatem, omnemque laborem conſultius velle pati, quam communem hoſtem vnquam in fidem ſuſciperet. His dictis Ludolphus procedens ait, conductos aduerſus me pecunia fateor, obtinui, ne me, mihique ſubiectos læderent: ſi in hac parte culpabilis prædicor, ſciat me omnis Populus, hoc non voluntariè, ſed vltima neceſſitate coactum feciſſe. Poſtremò Pontifex Summus rationem intrauit, promittens ſe, quocumque Rex imperauiſſet iudicio ſignificaturum, numquam contra Regem ſenſiſſe, vel velle, vel feciſſe: timore coactum à Rege diſceſſiſse: offenſum ſibi eum, qui intellexiſſet innocentem grauiſſimis accuſationibus obruptum: de cætero iuramentorum omnibus iuramentis fidem ſeruaturum. Ad hæc Rex: à vobis non exigo iuramentum, niſi pacis, & concordiæ conſilium in quantum poſſitis, adiuuetis. Et hoc dato in fide, ac pace eum dimiſit. Pontifex cum Duce Conrado, cum adoleſcentem non poſſent inclinare, quatenus patri ſubderetur, eiuſque ſententiam ſecutus ſubſtineret, diſceſſerunt ab eo, Deo, Regique ſe iungentes. Proxima nocte Ludolphus cum ſuis à Rege diſcedens, vrbem Reinesburg cum exercitu intrauit. Rex autem ſequens filium, vrbem offendens, quæ dicitur Horſedal, obſedit eam facta autem pugna, durius certamen circa murum nemo vnquam viderat mortalium. Multi ibi ex vtraque parte cæſi, plures ſauciati, noctis tenebræ prælium diremere. Saucius ancipiti bello poſtera luce ducitur exercitus, inde diutius ibi non morari viſum ad grauiora tendentibus. Trium dierum iter proindè ad Reinesburg. Caſtrorum loca occupata, munitionibuſque circumſepta, obſidio vrbis diligenter eſt incepta. Sed cum multitudo machinas muris applicari non ſineret, ſatis durè interdum ab vtriſque pugnatum pro muris. Diu tracta obſidio cogit clauſos belli negotij aliquid actitare. Arbitrati ſunt fame peius torqueri, ſi ad id cogerentur, quam in acie fortiter mori. Iuſſum itaque occidentali porta erumpere equites, quaſi impetum in caſtra facturos, alios naues aſcendere, vt per flumen vrbi contiguum, dum equeſtri prælio pugnaretur caſtra armatis deſerta inuaderent. Vrbani ſigno nolæ congregati condicta peragere, quod in caſtris vſu non ignotum, quapropter, & ipſi non ſegniter præparantur. Moram facientibus in erumpendo equitibus, claſſis ab vrbe longius elabitur, exilienteſque de nauibus irruunt in caſtra, offendenteſque armatos, dum trepidæ fugæ conſulunt, circumfuſi vndique cæduntur. Alij naues ingredi niſi timore perculſi deuiantes flumine abſorbentur: alij naues plus æquo ingreſſi demerguntur, factumq; eſt, vt vix pauci de pluribus ſupereſſent. Equites uero ab equitibus fatigati, deuictiq; plures ſaucij in vrbem cogũtur. Miles regius victor in caſtra reuerſus vnũ ſolumodo lethali vulnere percuſſu

Marginal notes: Induciæ. — C. — Oratio Othonis pathetica. — Henrici ſententia. — Ludolphus, & Maguntinus ſe purgat. — Corad. Dux, & Magũt. redeunt ad partes Othonis. — CI. — Ludolfi pertinacia. — Obſidio Ratisbonenſis.

Anno Sal. 954

pro portis ſecum reuehunt. Pecus omne vrbis loco herboſo delatum, qui erat inter Rein, & Danubium fluuios, ſed à fratre Regis Henrico captum, & inter ſocios diuiſum eſt. Vrbani crebris prælijs triti, ſame quoque periclitari cœperunt. Vnde egreſſus vrbe Ludolphus cum principalibus viris pacem poſtulat, ſed non impetrat, quia patri obedientiam negat.

Ludolfus fruſtra pacem petit.

Ingreſſus verò vrbem, portam Orientalem obſidentem armis tentat Geronem tot victorijs, quot prælijs clarum. A tertia hora vſque in Nonam acriter pugnatum eſt ante portam vrbis. Equo cadente aſcenſor Arnulphus armis exutus, illicoq; telis perfoſſus occubuit. Poſt biduum à muliere famem vrbis fugiente mors illius notificatur, dum antea incertum eſſet. Cuius morte vrbani ſatis confuſi, iam de pace tractabant. Interuentu proinde Principum iterum Ludolphus cum ſocijs vrbe egreſſus, dum menſe integro, & dimidio obſideretur, pacem obtinuit, vſque ad condictum diem, dum de ijs cauſis dijudicaretur, locuſque conſilij apud Fridesleri notabatur. Rex redit deinde in patriam, Henricus verò nouam vrbem obtinuit, Reinesburg penè omnis proxima nocte arſa. Exercitandi gratia venationem agens Rex in loco, qui dicitur Suueldum filius patri nudatis plantis proſternitur, intima tactus pœnitentia, oratione flebili, patris primum, deinde omnium præſentium lacrymas extorquet. Amore itaq; paterno ſuſceptus in gratiam, ſpondet ſe obtemperaturum, conſenſurumque omni paternæ voluntati. Imo ſequentia expreſſè Litulphum peroraſſe apud Goldaſtum legimus.

Geronis virtus bellica. Arnulfi cædes.

Ludolf. pax data.

CII.

Ratiſbona incendium.

Ludolf. patri ſupplex.

LVDOLPHI ROMANORVM REGIS SVPPLICATIO
Ad OTHONEM Magnum Imperatorem. *Sal. Anno 954.*

Vnde liquere poteſt, in quantum Rex Roman. debeat eſſe Imperatori fidelis, & ſubiectus,

VNde initium dicendi faciam? nam, quod ſolet ad deprecandum alijs eſſe ſubſidio, nomen paternum; id me nunc exhorreſcere facit. Filij tui nomine indignus ſum, qui nullam filio dignam pietatem præſtiti. Tu mihi Pater, honores Regni dediſti: Tu Imperium daturus eras: ſed omnibus beneficijs contra te vſus ſum. Membrum Imperij appellari non debeo, qui gentes externas, & immanes Barbaros in mediam Germaniam immiſi: qui mea manu ſacra prophanaq; violaui: qui nulli dignitati, aut Religioni peperci: qui armis impijs vrbes exhauſi, cæde agros, & vrbes vaſtaui. Nullus hoſtis tantum mihi dedecoris infligere, tantum turpitudinis afferre potuit, quantum mea mihi temeritas, & inſania nunc conflauit: nec peccati excuſationem, nec maleficiorum prætextum inuenio. Vtere tù (audebo enim ſeriò dicere) Pater, tuo ſummo iure in me, modò ſupplicis preces non planè accerſeris: & quo pacto ſatisfacere tibi debeam, per infimum aliquem ex miniſtris tuis, qui meæ miſeriæ hic sũt ſpectatores, nutu ſignifica: modò tantum veniæ impetrem, vt tua gratia moriar.

MORS FRIDERICI ARCHIEPISCOPI MOGVNTINI,
Et ſubrogatio VvILHELMI Filij OTHONIS. *Sal. Anno 954.*

CIII. *Vuitich. lib. 3.*

LItulpho in gratiam reſtituto. *Interea Summus Pontifex ægrotaſſe nunciatur ac deſperari. Quapropter regis placitum modicè eſt dilatum. Finem Summi Pontificis qui interfuere ſatis laudabilem prædicant. Defuncto Pontifice vniuerſalis conuentus Populi celebratus: Moguntia poſt annum, & dimidium Regi tradita cum omni Francia: filius ac gener in gratiam ſuſcepti, qua & in finem vſi ſunt fideliter.* Vſque adhuc Vuitikindus. *Eodem etiam die* (ſubiungit Sigonius) *Vvilhelmus, alter Othonis filius, in locum Friderici mortui Archiepiſcopus Moguntiæ lectus eum honorem iniijt.* Vel vt fuſius Marianus Scotus refert verba Vvilhelmi filij Othonis M. *Guilielmus filius Othonis ſic: Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLIV. Indictione XII. Beatæ memoriæ Dominus Fridericus Sanctæ Moguntiacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus VIII. Kalend. Nouemb. obijt. Eodem Anno ego Guilielmus tantæ ſucceſſionis indigenus, loco eius cum conſenſu Cleri, & Po-*

CIV. *De Reg. Ital. Anno 954. lib. 6.*

Anno Sal.954 Populi eiuſdem ſanctæ ſedis XVI. Kal. Ianuar.
ipſoque die pace inter Regem Othonem, & fi-
lium eius Lutolphum facta in loco Arenſtedi
ſum electus: & in die IX. Kal. Ian. Mogun-
tiæ ordinatus. Eius mores, doctrinam, &
ſanctitatem Sigonius ita deſcribit.

Hic eximiam habuit veteris ſanctitatis, ac
ſeueritatis opinionem. Itaque patrem acerbis
extemplò increpationibus aggreſſus, diras in
CV. eum execrationes intendit, niſi Adheleidem
vxorem dimitteret, quæ eum, quia commater
eſſet, ius connubij per diuinas leges eſſe non
poſſet. Quo facto Otho ira percitus ipſum, vt ab
eiuſmodi incæpto deterreret, in cuſtodiam tra-
CVI. didit. Cum autem (ſubiungit Sigonius
ſub Anno 956.) per annum Vvilhelmum fi-
lium in cuſtodia habuiſſet, appetente Quadra-
CVII. geſima liberauit. Verum ille non ante exple-
tum pſalterium, quod in carcere aureis ſcri-
bere litteris inſtituerat, eo vti beneficio voluit.
Egreſſus autem eadem agere, & minari in
patrem perrexit, atque ita dixit: Tu me ar-
bitraris pater tecum inclementius agere, &
graui te præiudicio premere, verùm longe fal-
leris. Vter verò noſtrum diuinis legibus ad-
uerſetur, clariſſimè apparebit, cum in die Pen-
CVIII. tecoſtes ad cauſam coram Deo orandam ade-
rimus. Quibus verbis mortis diem patri diui-
no inſtinctus ſpiritu poſt prænuntiaſſe eſt viſus.
Vnde habuerit Sigonius à filio Vvilhelmo
patrem excommunicatum Othonem? Pe-
In epiſt. ad Deſiderium Abbat. trum Damiani prodeunt, qui ad Deſide-
rium Abbatem talia ſcripſiſſe legitur.
Otho Rex Theutonicorum, qui poſtmodum
Imperator creatus eſt Romanorum, Adhelai-
dem Italiæ Reginam, quæ ſibi commater ex-
titerat, ſuſcepit in coniugem, quem filius
eius almificus Vvilhelmus, qui Moguntiæ præ-
ſidebat Paſtor Eccleſiæ, cæpit conſtanter ar-
guere, & ſceleſtum luridumque coniugium
publicè condemnare. Pater autem vehemen-
ter iratus eum comprehendi præcepit, & car-
cerali mox cuſtodia mancipauit, quem per
annale circiter ſpatium carcer incluſit, ſed à
correctione linguam terroris vinculum non li-
gauit. Cum vero pater eum quadrageſimali
decurrente ieiunio, de cuſtodia decreuiſſet edu-
cere; antequam pſalterium expleret, quod au-
reis exarabat apicibus, recuſauit exire. Ve-
runtamen cum exiuit, zelo Sacerdotalis ac-
cenſus auctoritatis non quieuit, ſed mox in pa-
trem publicè excommunicationis iaculum in-
torſit. O verè dignum regio genere Sacerdo-
tem, qui in cauſa Dei non imperiale faſti-
gium, non paternum recognouit affectum, ſed
dum paternam, ac regiam auctoritatem in ſo-
lo Deo conſtituit, hunc hominem eius legibus
reſiſtentem à ſe prorſus extraneum deputauit.
Dixit autem patri: Tu arbitraris me aduer-
ſum te inſolenter agere, te verò præiudicium
ſuſtinere: ſcito prænoſcens, quia die ſancto
Pentecoſtes vterq; ſimul aſtabimus ante Deum,
ibique ventilabitur inter nos librata iuſtitiæ
lance litigium, ibiq; luce clarius apparebit,
quis noſtrum æquitatis lineam teneat, quis
Dei legibus contradicat. Factumque eſt, ipſo
qui dictus eſt Sacroſanctæ ſolemnitatis die,
dum præfatus Auguſtus Imperialibus infulis
redimitus, multorumque Pontificum choris, ſi-
ue procerum vallatus agminibus Miſſarum
ſolemnijs intereſſet, vt repentino ſuper eum ve-
niente iudicio, repertus eſt mortuus. Epiſcopus
autem in Domino iam quieuerat. Sic qui de in-
ceſto coniugio contempſit iudicari inter homines,
ad Tribunal æterni Iudicis coactus eſt pertra-
hi, & qui ſubiectum ſibi dedignatus eſt audi-
re Pontificem, terribilem ſuper ſe non potuit
euadere Maieſtatem. Hæc tamen veluti ſu-
ſpecta retorquenda videntur, cum idem
Petrus Damiani ſubiungat. Hæc ego vene-
rabilis pater, & alia quamplurima non ſine
magnæ formidinis angore conſcribo, ne vide-
licet, vel relatores mei meram veritatis ſemi-
tam non tenuerint; vel ipſe quoque relationum
in quolibet immemor, obliuione deliquerim.
Veruntamen teſte conſcientia, non hæc men-
tiendi voto, ſed ædificationis affectu, prout
melius narrata recolere ſatago ſchedulis anno-
tare. Si quid tamen in his obliuionis obrepſit,
immo quidquid humanæ conditionis infirmi-
tate deliqui, antequàm nexibus huius carnis
abſoluar, diuina mihi pietas tuis orationibus
in memoriam reuocet, ac dignè lugere permit-
tat; ne viuenti mihi pœnitendum aliquod ma-
nere poſſit occultum, quod morientis ſit oculis in-
gerendum. Adiungit Baronius illud omni- Sub anno 973. num. 6.
nò procul à veritate abhorrère vt Otho ip- CIX.
ſo die Pentecoſtes, & in Eccleſia diem obie-
rit. Reliqua etiam probabilitate carerè;
quia nemo prodit Adhelaidem fuiſſe com-

Anno Sal. 954.
matrem Othonis Imperat. quæ ſi etiam
CX. fuiſſet, ſerò opponi poſt annos viginti duos,
cum iam quatuor ſuſcepiſſet ex ea filios, &
cum eadem conſenuiſſet. Accedit inſuper
(inquit Baronius) quod ipſe Vvilhelmus
CXI. Archiepiſcopus Mogunt. natum ex Adhe-
laide Othonem filium Othonis Imperatoris
educauit, fouit, & ad Imperium cuſtodi-
uit, tantum abeſt, vt ex inceſtuoſo ortum
coniugio ipſum putarit. Demum ſi hæc
Vvilhelmi in Othonem excommunicatio
vera fuiſſet, vt omnibus nota, haud licuiſ-
ſet tegi ſilentio, quin ab aliquo eius tempo-
ris auctore ſcriptis prodita eſſet, vel in ho-
norem Vvilhelmi, vel in excuſationem Ot-
honis: Hæc Baronius. Porro nec ipſe dum
alios carpit, irreprehenſibilis currit. Ex an-
norum ſupputatione cum arguit, quod in
primordio matrimonij, non poſt annos vi-
ginti duos, commaternitatis cauſa obijcien-
da foret, decipitur; quia 951. nuptias Otho
cum Adhelaide celebrat 954. vel 955. ex-
communicatur à filio: protinus ac in Ar-
chiepiſcopũ Moguntinum eſt electus. Quod
verò Vvilhelmus Othonem ex Adhelaide
natum educarit; functus eſt officio pietatis,
imo debiti erga regiam prolem legitimam,
vel incæſtuoſam, quid refert; & fratrem
ſuum, licet ex vno latere iunctum. Quod
ſilentio res tanti momenti non debuiſſet in-
uolui; negatiua eſt illatio; & claudicat, ſi il-
lorum temporum annales reuoluas puta
Vvitikindi, & Luitprandi, penes quos quã
plurima deſiderantur. Veruntamen cum
ab Othonis Magni ſæculo non longè abfue-
rit Petrus Damianus, vir integerrimus, fas
non eſt hiſtoriam abhorrere. Quid ſentiam?
relata refero; & ſimilia cum referat Kran-
tzius de Bernardo Epiſcopo Halberſtadenſi,
qui Othonem excommunicauit, quia ſui
Epiſcopatus prædium imperiali gladio, no-
uo vellet ſubijcere Epiſcopatui, tranſcri-
bam: Geminos enim inter anathematis tu-
multus, probabilis erit vtri eorum aſſen-
ſus.

CXII. *Kranz. 4. Saxon. c. 4.* *Patrata* (inquit Krantzius) *tam inſigni de
Hungaris victoria, vt gratior videretur Altiſ-
ſimo Deo Rex, diuinam rem ornare conſtituit.
In Magdeburgo nunc inſigniter inſtaurata
vrbe Epiſcopatum erigere moliebatur, quam
Eccleſiam omnium Vvandalorum Metropo-
lim ordinare decreuit. Tranſtulit autem de
Vallersleue pontificatum in Magdeburgum, il-
luſtriorem locum: nec putabat in ſua prouin-
cia ſupereſſe quemquam ſuper conſenſu inter-
pellandum, paulisper in ea re vir militaris,
alioqui circumſpectiſſimus, lapſuſq; (ſecularis
poteſtas, quæ ſecularia ſunt adminiſtrat, &
de profanis, quæ Deo iubet conſecrari, ſacra
facit: iam autem diuinis vſibus permiſſa, ex-
tra illius ſunt ordinationem.) Bernardus Hal-
berſtadenſis Epiſcopus ordinationi Regis ſe
opponit, quod in illius Parochia eſſet locus,
quem nouæ vult Rex Diœceſi applicare fa-
ciebat, augebatque Regi animos, quod pa-
terna ditione locus ad ſe pertineret. Erat
etiam Burgrauius Magdeburgo, qui Regi* CXIII.
*permiſit, vt eam arcem primæ coniugi dona-
ret titulo propter nuptias. Rex non æquè tu-
lit, quod auderet Epiſcopus ſuæ voluntati
contraire. Captum ergo perduci iubet in Que-
delenborg, & recluſit in carcerem; ſedit ali-
quandiu bonus Pontifex in patientia, ſi fortè
Rex ad cor reuerſus illum iuberet relaxari.
Venerat ſacra dies Dominicæ cœnæ, recolit
Epiſcopus diuinorum, quæ in Eccleſia tum
erant peragenda miniſteriorum: iubet ſacras
ſibi veſtes afferri; paretur. Indutus orat ad-
uocari Regem: erat enim tum eo loci. Ve-
nit, arbitratus Epiſcopum mutaſſe ſenten-
tiam, conſenſumque Præsbyterum ad rem,
quam inſtituerat. Vbi Rex aderat, Epiſco-
pus eleuata manu execrationem protulit, &
excommunicationem in Regem, qui manus
intuliſſet Chriſto Domini; Nondum erant
deſuper conſtitutiones, quæ nunc ſunt. In-
terdixitque ſacris per omnem Diœceſim. Rex
amentiam interpretatus, quod tale aliquid
captus moliretur, primum videbatur rem
excepiſſe cachinno, vbi profundiùs cogitabat
ſententiam Paſtoris putabat non eſſe contem-
nendam. Itaque iuſſit mox laxatum remit-
ti ad Eccleſiam ſuam, & permanſit res in-
fecta per omnes dies, quibus ſupererat Epi-
ſcopus memoratus. Poſt eius exceſſum (vt di-
cemus, res eſt conſumata.)*

BELLVM

Sal. Anno 954.

BELLVM SCLAVONICVM I. Sal. Anno 954.

CXIV. ANno firmatæ pacis inter Regem Othonem, & Litulphum filium, *Sclaui, qui dicuntur Vchri à Gerone cum magna gloria deuicti, cum ei præſidio eſſet Dux Conradus à rege miſſus. Præda ingens ducta: Saxoniæ lætitia magna exorta. Proximum agens Paſcha Rex cum fratre, ducit poſt hæc exercitum contra Reinesburg, iterum armis machiniſque vrbem torquens. Dum præſidio Saxonum deſtituitur, ac fame vexatur portis vrbani egreſſi, cum vrbe tradiderunt ſemetipſos regi. Qui principes exilio dãnant, reliquæ multitudini parcit, victoriaq; glorioſus remeauit in patriam, omni regione Baioariorũ fratri reſtituta.*

(Vuitich. lib. 3.)

BELLVM HVNGARICVM. Sal. Anno 955. *4. Idus Auguſti.*

CXV. GRauiſſimis, & continentibus Bellis Hungari rati potentiam Othonis Imperat. attritam, & Germaniæ vires exhauſtas eſſe; cum iniquo tuliſſent animo Bohemorum ruinas, copijs denuò, quantis antea numquam, per Bauariam in Germaniam irruperunt populabundi, fretiq; immenſa multitudine, inſolenter admodum; aut Cœlum (inquiunt) cadens nos obtuet, aut terra dehiſcens nos abſorbebit, alioqui nemo hoſtium nos multitudine ſuperabit. Contra igitur pacta fœdera, barbarico aſtu bellum denuntiant, cum pacem renouant.

(Bonfin. lib. 10.)

Nam *Ingreſſus Saxoniam* (ſcribit Vvitikindus) *circa Kal. Iul. obuios habet legatos Vn-*
CXVI. *garorum, tanquàm ob antiquam fidem, ac gratiam eum viſitantes, re autem vera, vt quibuſdam videbatur, euentum belli ciuilis conſiderantes. Quos cum ſecum aliquot diebus retinuiſſet, & aliquibus munuſculis donatos remiſiſſet in pace, audiuit à nuncijs fratris, ducis ſcilicet Baioariorum, quia ecce Vngari diffuſi inuadunt terminos tuos, ſtatuuntq; tecum inire certamen.* Huius incurſionis auctor fuiſſe *ex Baioaria quidam Scirenſis Comes memoratur* (In Chron. Friſing.) *qui tamen perfidiæ ſuæ pœnas ſoluens, dum Vngaros incautè eductos, morti expoſuiſſet, ab eis tanquam traditor necatus eſt. Porrò terra eius in fiſcum redacta, partim à Rege inter Eccleſias diuiſa, partim heredibus eius cum caſtro Scirenſi relicta, æterno anathemati ab Epiſcopis abdicata fuiſſe traditur.* Vel vt Pithæus e M. S. exemplari edidit: *Terra ipſius in fiſcum redacta partim à Rege inter Eccleſias diuiſa, partim heredibus eius cum caſtro Scirenſi relicta, vnum tantummodo cœnobium inibi Monachorum inſtitutum fore conſpicitur.* Ex huius origiue Otho Palatinus, quem Elogia laudant, & vituperant, prout ſua quemque trahit voluptas, vt in Chronic. Friſing. legere eſt.

(Annal. 3.) (Lib. 6. c. 20.)

His auditis (proſequitur Vvitikindus) *Rex quaſi laboris oblitus, quem præterito bello tolerauiſſet, cæpit ire contra hoſtes ſumptis ſecum paucis admodum ex Saxonibus, eo quod iam bellum Slauonicum vrgeret. Caſtris poſitis in confinibus Auguſtanæ vrbis, occurrit ei exercitus francorum Baioariorumq; cum valido quoque equitatu venit in caſtra Conradus Dux: cuius aduentu erecti milites iam optabant non differre certamen. Nam erat natura audacis animi, & quod rarum eſt audacibus, bono conſilio, & dum eques, & dum pedes iret in hoſtem bellator intolerabilis, domi militiaq; ſocijs carus. Igitur ab vtriuſque exercitus latrocinantibus agminibus notificabatur, non longè exercitus ab altero fore, ieiunio in caſtro indicto, iuſſum eſt omnes in craſtinum paratos eſſe ad bellum. Primo diluculo ſurgentes pace data, & accepta, operaque ſua primum duci, deinde vnuſquiſque alteri cum ſacramento promiſſa, erectis ſignis procedunt è caſtris, numero quaſi octo legionum. Ducitur exercitus per aſpera, & difficilia loca, ne daretur hoſtibus copia turbandi ſagittis agmina, quibus vtũtur acerrimè, arbuſtis ea protegentibus. Primam, & ſecundam, tertiamq; legionem direxerunt Baioarij, quibus præfuerunt præfecti Ducis Henrici: nam ipſe bello aberat, eò quod valetudine corporis laboraſſet, qua & mortuus eſt. Quartam verò ordinauere Franci, quorum procurator, & rector erat Dux Conradus. In quinta, quæ erat maxima, quæ eo dicebatur regia, ipſo princeps vallatus lectis ex multis militum millibus alacriq; iuuentute,*

(Lib. 3.) (Corad. Dux, eiuſque virtus bellica.) (Acies Othon.) (Henrici morbus, & mors.)

coram-

Anno Sal. 955.

coramq; eo *Angelus* (ſic enim dixere ſignum
militare regium, noſtri vocant vexillum, vt
ſcribit Krantzius) *panès quem victoria denſo
agmine circumſeptus. Sextam, & ſeptimam*
Burcardus dux Sueuiæ. *conſtruxerunt Sueui, quibus præfuit Burchar-
dus, cui nupſerat filia fratris regis. In octaua
erant Bohemi erecti milites mille, armis potius
inſtructi, quam fortuna, in qua, & Sarcinæ
omnes, & impedimenta quæque, quaſi ipſa eſ-
ſet tutiſſima, quæ eſſet nouiſſima. Sed aliter*
Lycus fl. *res acta eſt, ac arbitrabatur: nam Vngari ni-
hil cunctantes Lech fluuium tranſierunt, cir-
cumeunteſq; exercitum, extremam legionem
ſagittis laceſcere cœperunt, & impetu eum in-*
Prœliũ. *genti vociferatione facto, alijs cæſis, alijs ca-
ptis, ſarcinis omnibus potiti, cæteros legionis il-
lius armatos fugere compulerunt. Similiter ſe-
ptimam, ac ſextam aggreſſi plurimis ex eis fu-
ſis in fugam verterunt. Rex autem cum in-
tellexiſſet, bellum ex aduerſo eſſe, & poſt ter-
gum nouiſſima agmina periclitati, miſſo Duce
cum quarta legione captiuos eripuit, prædam
excuſſit, latrocinantiaque hoſtium agmina per-
turbauit. Fuſis latrocinantibus vndique ad-
uerſariorum agminibus, ſignis victricibus Dux*
Conradus. Conradus ad *Regem reuertitur: mirumque in
modum cunctantibus veteranis militibus, glo-
riæ, victoriæ aſſuetis, cum nouo milite, & ferè
bellandi ignaro triumphum peregit. Dum ea
geruntur, in Baioaria variè pugnatum eſt à*
Theodoricus. *præſide Thiaderico aduerſus Barbaros. Cum
capere niſus eſſet quamdam vrbem illorum,
vſque ad introitum portæ perſecutus eſt aduer-
ſarios, cogens illos intra murum. Oppidoque*
Victoria & clades in Sclauis. *potitus, eoque incenſo, & omnibus quæ foras
murum erant, captis, vel interfectis, cum iam
incendio extincto reuerteretur, & paludem,
quæ erat vrbi adiacens, medietas militum
tranſiſſet, Sclaui videntes noſtros in arcto ſitos
ob difficultatem loci, nec copiam habere pu-
gnandi, nec locum adeò fugiendi, inſequeban-
tur à tergo reuertentes cum clamore magno, &
peremerunt ex eis ad quinquaginta viros, fœ-
da fuga noſtrorum facta. Ingens intereà pa-
uor omnem Saxoniam trepidam pro Rege, &
exercitu eius, pro hac re inuaſit aduerſa. Ter-*
Prodigia. *rebant nos præterea portenta inuſitata. Tem-
pla denique pleriſque in locis tempeſtate vali-
da concuſſa, videntibus, & audientibus horro-
rem nimium incuſſere: vtriuſque ſexus Sacer-
dotes ictu fulminis interierunt, & alia multa
illo tempore contigerunt dictu horrenda, &
propterea nobis prætereunda. Totum pondus
prælij ex aduerſo iam adeſſe conſpiciens Rex* Redit ad bellum Vngaricum.
*exhortandi gratia allocutus eſt ſocios ſuos hoc
modo: Opus eſſe bonis operibus in hac tanta
neceſſitate, milites mei, vos ipſi videtis, qui
hoſtem non longè, ſed coram poſitum toleratis.
Hactenùs enim impigris manibus veſtris, ac
armis veſtris ſemper inuictis gloriosè vſus, ex-
tra ſolum, & Imperium meum vbique vici: &
nunc in terra mea, & Regno meo terga ver-
tam? ſuperamur ſcio multitudine, ſed non
virtute, ſed non armis, maxima enim ex
parte nudos illos armis omnibus penitùs cogno-
uimus, & quod maximi eſt nobis ſolatij, au-
xilio Dei, illis eſt ſola pro muro audacia, nobis
ſpes, & protectio diuina. Pudeat iam nunc
Dominos pœnæ totius Europæ inimicis manus
dare. Melius bello, ſi finis adiacet, milites
mei, gloriosè moriamur, quam ſubiecti hoſti-
bus vitam ſeruiliter ducamus, aut certè more
malarum beſtiarum ſtrangulo deficiamus. Plu-
ra loquerer, milites mei, ſi noſſem verbis vir-
tutem, vel audaciam animis veſtris augeri.
Modo meliùs gladijs, quam linguis colloquium* Othonis virtus bellica.
*incipiamus. Et his dictis arrepto gladio, &
clypeo, ac ſacra lancia, ipſe primus equum in
hoſtem vertit, fortiſſimi militis, ac optimi Im-* CXVII.
*peratoris officium gerens. Hoſtium audaciores
primum reſtitere, deinde, vt ſocios viderunt
terga vertere, obſtupefacti, noſtriſque inter-
mixti extinguuntur. Cæterorum verò alij equis
fatigatis, villas proximas intrant, circumfu-
ſique armatis cum mœnijs pariter concreman-
tur: alij flumen contiguum tranſnatantes,
dum ripa vlterior aſcendentes non ſubſtinet,
flumine obuoluuntur, & pereunt. Eo die ca-
ſtra inuaſa, captiuique omnes erepti: ſecundo
die, ac tertiò à vicinis vrbibus cætera multitu-
do in tantum conſumpta eſt, vt nullus, aut
rarus euaderet. Sed non adeò incruenta vi-*
Cõradi Ducis mors. *ctoria fuit de tam ſæua gente. Conradus quip-
pe Dux fortiter pugnans animi feruore, ſoliſq;
ardore, qui eo die nimius erat, accenſus æſtuat,*
Sepultura. Elogiũ. *vinctiſque loricæ ſolutis, dum auram captat,
vulnere ſagittæ aduerſo gutturis defixæ cadit,
cuius corpus iuxta Regis Imperium honorificè
collectum tranſportatur Vvormatiam, ibique
ſepelitur, vir omni virtute animi, & corporis
magnus,*

Sal. Anno 955.

magnus, atq; famoſus, cum fletu, & planctu omnium Francorum. Tres Duces gentis Vngariæ capti, Ducique Henrico præſentati, mala morte, vt digni erant mulctati ſunt, ſuſpendio namque crepuerunt. Triumpho celebri Rex factus glorioſus, ab exercitu Pater Patriæ, Imperatorque appellatus eſt. Decretis proinde honoribus, & dignis laudibus ſummæ Diuinitati per ſingulas Eccleſias, & hoc idem Sanctæ Matri eius per nuncios demandans, cum tripudio, & ſumma lætitia Saxoniam victor reuerſus à populo libentiſſimè ſuſcipitur: neque enim tanta victoria quiſquam Regum intra ducentos annos ante eum lætatus eſt. Nam ipſi bello Vngarico aberant, Sclauonico certamini reſeruati. Porrò de Conrado morte ſubterfugiendum non eſt; nam ſi verum quod ſcripſit Huldricus Mutius, rebellis Conra-

In Cronic. Germā. lib. 13.

dus obijt. Lutolphus cum *apud paternum animum inuenit gratiam, & vſque ad finem vitæ in fide permanſiſſe tradunt. Conradus*

CXVIII *Imperatoris gener, cum hæc non ſucceſſiſſent, alia via peiore tentauit Imperatori nocere. Ad Hungaros enim profectus eſt, & illis ſpem prædæ conſequendæ fecit: qui propter inuidiam facile perſuaſi, alioqui omnem occaſionem captantes, imo ſine omni occaſione ſæpè Germaniam inuadere ſoliti, conſcribunt copias, quas cum Conrado in Bauariam ducunt. Eodem tempore ab alia parte Sclaui Germaniam infeſtabant. Otho igitur Imperator primùm miſſis aduersùs Sclauos copijs, ipſe obuiam Hungaris it, peruenit Auguſtam vſque: ibi de hoſtium conſilijs, & exercitus magnitudine per exploratores cognouit quantum potuit. Conradus gener opera cognatorum ſuorum ex Bohemia, & Bauaria, & Francia Orientali coegit non contemnendas copias, quas in caſtris non procul ab Auguſta habuit ſecum. Erat autem hic Conradus vir audacis, ſed etiam perſpicacis animi, & in bellicis præcipuè laudibus præſtans, propter quas naturæ dotes elegerat Otho eum generum. Cum igitur certior eſt factus Imperatoris copias appropinquare receſſit, & iubet Hungaros proprius ad ſe mouere caſtra, neque enim conſultum putabat numero longè inferiorem pugnare, cum ſocias copias Hungarorum adiungi poſſe videret. Imperator contendit aduerſus hoſtem omnia diripientem: cumque eſſet alter exercitus alteri in conſpectu, acies vtrique inſtruere, & loca apta ſibi occupare, certatim adhortari ad fortiter pugnandum, in odium, & inuidiam aduerſarium adducere, victoribus magna promittere, fugientibus turpitudinem, & periculum, & alia incommoda ob oculos ponere. Otho ab vna parte habebat Lycum fluuium, quem tranſiſſe putabat omnes hoſtium copias, ad huius fluminis ripam impedimenta omnia ponit, & aciei extremum agmen, nihil periculi ab hac parte veritus, quamquam eo loco flumen in latitudinem diffuſum minus altum erat, quàm alijs locis, itaque vertit à fluuio aciem ſuam aduerſus hoſtes, admonuitque ſuos, cogitarent fugæ locum non eſſe, omninoque aut oportere vincere, aut ſuffocari in aqua, de induſtria autem eos in eum adduxiſſe locum diſſimulauit. Hungari, & Conradus ſuas inſtructas copias continent intra foſſam, quam ex tempore fecerant; Othoni ſua proprius ſigna admouenti, copiam non faciunt pugnandi, niſi voluiſſet foſſam tranſgredi, quod non ſine magno diſcrimine fieri potuiſſet. Cunctandi autem hæc erat cauſa: poſtquam Conradus animaduertit ſoceri ſui Imperatoris rationes, ſtatim mittit expeditos equites circiter quingentos cum totidem peditibus clàm per arbuſta, quæ ad ripam fluminis erant, per longiores viarum ambages, vt tranſgreſſi fluuium, obſeruarent tempus prælij, iterumque per flumen impetum facerent in extremum agmen Othonis. Aduentus autem eorum ſignum expectabant, quod erat ex alta arbore fumus non magnus, ne aduerſarij à tergo aliquid ſuſpicarentur periculi. Cum ergo ſignum viderunt, ſine mora reddiderunt ſignum viciſſim, & eduxerunt extra foſſam exercitum, committitur pugna. Primum impetum Germanorum Hungari non ferunt, Germaniſque iam ceù victoribus exultantibus, ecce illi ex inſidijs in extremum agmen ruunt, & ordines perturbant. Re noua perterriti Germani, tota acies confunditur, vtrinque occubuere multi, acerrimè à meridie vſque in noctem pugnatur, nox què diremit pugnam. Per totam noctem Imperator ſuos recolligit, reficere cibo corpora iubet, conſolatur, parum ſupereſſe laboris perſuadere conatur. Luce poſtera exorta, inſtructis copijs adoritur hoſtem diſperſum, ſtatimque fugatum aut occidit, aut capit, minor pars elabitur. Porrò*


mane

Anno Sal. 955. *mane Conradus videns victas Hungaros, vertit arma ſua in ſocios ſuos fugientes, & ita pugnando ſtatuit præſtare mori, quam aut peruenire in Imperatoris manus, aut Hungaros fugientes ſequi, quibus fuerat illius memorabilis cladis auctor, qui ſine dubio quopiam crudeli ſuppliciorum genere illum affeciſſent. Quare non priùs ceſſauit currendo, & occidendo, donec cadens laſſitudine, æſtu, & vulneribus expirarit. Ita in hoc prælio ſunt Hungari tractati à Germanis, vt poſtea numquàm induci potuerint, vt Germaniam hoſtiliter ingrederentur.*

CXX. *Omnis enim eorum nobilitas eſt hic deleta. Tres Principes, quos vocabant regulos, viui capti ſunt: quos Otho quidem ſeruare voluit, ſed alijs exercitus principibus viſum eſt*

CXXI. *aliter cum illis agendum. Nam operæ pretium putabant eos quàm crudeliſſimè necare, vt exemplo territi, non facilè redirent; idque factum eſt. Alij ſcriptores aliud mortis genus habent. Ijs qui ſcribunt laqueo ſuſpenſos credo. Imperator conſecutus victoriam, ſine ſu-*

CXXII *perbia gratias agit Deo, cui adſcribendum omnia nouit, decreuitque per omnes Eccleſias gratiarum actiones Omnipotenti Deo.*



Moritur hoc anno Henricus Othonis frater, cuius geſta ſequentibus Ditmarus recenſet. *De præfato Duce Henrico quædam dico, quæ impiè fecit in ſuimet* Lib. 2. CXXIII.
Regno: & in quibus valet conſiderari, quod ſupradictis omnibus non valet contradici. Patriarcham de Aquileia caſtrari, & Archiepiſcopum Salezburgenſem præcepit excæcari. Cauſas ponere nolo, quia ad hæc promerenda non eſſe idoneas in veritate ſcio. Is cum in fine ſuo à Michaele Ratisbonenſi Epiſcopo de tali commiſſo admoneretur, ſe in priori peccaſſe ſolum fatetur, & in Archipræſule nihil: ignorans quàm parua res, in qua flagitium deeſt. Vnde Dauid ſupplex loquitur: Ab occultis meis munda me Domine. Huius coniux Iuditha nomine, cum præſens adeſſet, hanc confeſſionem audiuit, & mox viro ſuimet moriente, corpus eiuſdem in CXXIV.
Eccleſiam, quam ipſe in honorem Sanctæ Mariæ ſemper Virginis conſtruxit, cum magno mærore depoſuit, & in quocumque animam eius vnquam deliquiſſe ipſa ſciuit, uel ab alijs comperit, lacrymis ac ineffabilibus emendauit eleemoſynis. Hæc indiuiduitate ſua continenter uiuens, cum Abrahaam Friſingenſem CXXV
Epiſcopum præ cæteris diligeret, inuido vulgari dente admodum inculpabilis dilaniabatur. Quæ cum de hac luce migraret, in die depoſitionis ſuæ ab eodem Antiſtite Miſſam cantante ſic expurgatur. Ante Communionem is uerſus ad Populum, quæ merita eius fuerint circumſtantibus indixit. Hoc (inquiens) delictum, quo diffamata fuit, ſi hæc unquàm commiſit, faciat Omnipotens Pater filij ſuimet corporis, & ſanguinis ſalutare remedium mihi prouenire ad iudicium, & ad debitam damnationem, animæque eius ad perpetuam ſaluationem. Ac tunc cum mentis, & corporis innocentia ſumpſit vnicum cunctis fidelibus remedium. Credidítque populus, quamuis ſerò, & cum detractione iniuſta plus ei potuit, cum nocère ſtuduerit.

BELLVM SCLAVONICVM II.

Et de VvICMANO rebelli. *Sal. Anno 956.*

CXXVI. CVm Sclaui Saxoniam affligere nullum finem facerent, & multa millia in captiuitatem abducerent, Imperator Hungarico bello peracto, iterum in eos mouit, & glorioſè vicit; occiſi Principis caput haſtæ prælongæ affixit, Conſiliario primario, *Chron. Spangenb.*

qui

Anno Sal.956

qui ſeditionis author fuit, oculos, & linguam propter perfidiam erui, & ſeptuaginta alios gladio feriri, eorumque capita circum principis caput in ſublimi ſpectanda exhiberi iuſſit. Imperator tot victorijs celebris factus, plurimis muneribus à vicinis Regibus, & Principibus, etiam Saracenis honoratus eſt; & *Pater patriæ appellatus*

Lib. 6. cap. 20.

Otho Friſing. Quæ omnia fuſius ex Vvitikindo repetenda veniunt, ne belli circumſtantiæ fugiant. *Igitur vt ſupra retulimus, cum deficeret in ratione reddenda contra ſuum patruum Vuicmanus intra palatium cuſtoditur. Cum igitur Rex in Baioariam proficiſci vellet, ſimulata infirmitate ipſe iter negauit: vnde monitus ab Imperatore, quia deſtitutus à patre, & matre loco filij eum aſſumpſerit, liberaliterq; educauerit, honore paterno promouerit, rogatq; ne ei moleſtiam inferret, cum alia plura grauaretur. Ad hæc nihil vtile audiens Imperator diſceſſit, commendato eo Iboni Comiti. Aliquantis diebus cum eo degens, petit poſt hæc venandi gratia ſiluam intrare liceret, ibiq; abſconditos ſocios ſecum ſumens perexit in patriam, & occupatis ibi aliquibus vrbibus, iun-*

Fuga, & rebellio.

cto ſibi Ecberto arma ſumit contra Imperatorē. Induſtria autem Ducis Hermanni facilè eos oppreſſit, trans Albiamque coegit. Illi cum ſe ſenſiſſent Duci reſiſtere non poſse, ſociauerunt ſibi duos ſubregulos Barbarorum, Saxonibus iā

Naco Sclauus

olim infeſtos, Naconē, & fratrem eius. Ductus exercitus à Duce reperti ſunt in vrbe, quæ dicitur Suithleiſcranne: & pęnè erat, vt caperētur cum vrbe, ni clamore cuiuſdam excitarentur, & ad arma proſilirent: cæſis tamen ante portā vrbis ad quadraginta armatis, cæſorumq; ſpolijs potitus Dux Hermannus diſcedit. Erant autē qui eum adiuuarent Henricus Pręſes cum fratre Sigefrido, viri eminentes, & fortes domi, militiaq; optimi. Facta ſunt autem in initio quadrageſimalis ieiunij. Barbari verò poſt proximum Paſcha irruunt in regionem Ducē habentes Vuicmanum ad facinus tantùm, non ad Imperium. Nullam moram augens, ſed & ipſe

Herm. Ducis infelix expeditio.

Dux Hermannus cum præſidio militari adeſt, videnſq; exercitum hoſtiū grauem, ſibi paruas admodum belli copias adeſſe, Ciuili bello vrgēte arbitratus eſt conſultius differre certamen in dubiis rebus conſtitutis, multitudiniq; imperare, quæ maxima in vnam vrbem confluxerat, dū cæteris diffiderent, quoq; pacto poſſent pacem expoſtularent. Quod tamen conſilium milites ægrè valdè tulerunt, & maximè Sigefridus, qui erat

Sigefr.

bellator acerrimus. Faciunt tamē ciues Cocarescemiorum, vt Dux imperarat, pacemq; eo pacto obtinent, quo liberi cum uxoribus, & natis ſupra murum inermes aſcenderent conditione ſeruili, & omni ſupellectile in medio vrbis hoſtibus relicta. Cū intra vrbem irruerent barbari, quidā illorum ſuum mancipiū agnoſcit in cuiuſdā liberti vxore, quam cum rapere de manu viri niteretur, ictū pugni accipit, irritumq; pactum ex parte Saxonum proclamitat: vnde fit, vt omnes ad cædem verterētur, nullumq; relinquerent, ſed omnes perfectæ ętatis neci darent, matreſq; cum natis captiuos ducerent. Quod ſcelus Imp. vlciſci geſtiens, victoria iā de Vngaris parta, regiones barbarorū hoſtiliter intrauit. Conſultum de

Vuicm. & Ecbertus proſcripti.

Saxonibus, qui cū Sclauis conſpirauerant, iudicatumq; eſt Vuicmanum, et Ecbertū pro hoſtibus publicis habere oportere, cæteris verò parcere, ſiquidem remeare voluiſſent ad ſuos. Aderat, & legatio barbarorum tributa ſocios ex more velle perſoluere nuncians, cæterum dominationem regionis velle tenere: hoc pacto pacē uelle, alioquin pro libertate armis certare. Imperator ad hęc reſpondit, pacē quidē eis non negare, ſed omnimodis dare non poſſe, niſi iniuriā perpetratā digno honore, ac emendatione purgarent, omniaq; vaſtando, & incendendo per illas regiones duxit exercitū, donec tandē caſtris poſitis ſuper Raxā

Othonis expeditio in Sclauos, & ex flum.

fluuiū ad tranſmeandū paludibus difficillimū, ab hoſtibus circūfunditur. A tergo namq; via arborū robore obſtruitur, eadēq; armatorum manu uallatur. Ex aduerſo fluuius, fluuioq; contigua palus, et cū ingenti exercitu Sclauus, bellatores, & ab hoſte, et ab itinere prohibens. Vexatur autē, et alijs incōmodis exercitus, morbo pariter, ac fame, dū talia agerētur per plures dies, mittitur ad principē barbarorum qui dicebatur Stoineſ,

Stoineſ, Sclauus Geronis elogiū.

Gero Comes quatenus Imp. ſe dedat, amicū per id adepturū, non hoſtē experturū. Erant quippe in Gerone multæ artes bonæ, bellandi peritia, in rebus ciuilibus bona conſilia, ſatis eloquentiæ, multum ſcientiæ, & qui prudentiā ſuam opere magis oſtenderet, quam ore: in acquirendo ſtrenuitas, in dando largitas, & quod optimū erat, ad cultum diuinum bonum ſtudiū; Igitur pręſes ſuper paludem, & flumen, cui palus adiacens erat barbarorum ſalutabat. Cui Sclauus æqua-

lia reſpondit, ad quem præſes, ſatis tibi eſſet, ſi bellum gereres contra unum noſtrum de ſeruis Domini mei, & non etiam contra Dominum meum regem. Quis tibi exercitus, quæ arma, vt talia præſumas? ſi aliqua vobis virtus adſit, ſi artes, ſi audacia, date nobis locum ad vos transeundi, ſeu nos vobis huc veniendi, & æquato loco fortitudo appareat pugnatoris. Sclauus barbarico more frendens, & multa conuitia euomens irriſit Geronem, Imperatoremque, & omnem exercitum; ſciens eum multis moleſtijs aggrauatum. Gero adhæc commotus, vt erat animi ardentiſſimi craſtinus, inquit, dies declarabit, tu & populus tuus fortes viribus ſitis, an non: cras enim nos vobiſcum congredientes proculdubio videbitis. Gero denique olim licet multis geſtis inſignibus clarus haberetur, iam tamen magnus, & celebris vbique prædicabatur, eo quod Sclauos, qui dicuntur Vchri, cum magna gloria cepiſſet: Gero reuerſus in caſtra retulit, quæ audierat. Imperator vero de nocte conſurgens, iubet ſagittis, & alijs machinis ad pugnam hoſtem prouocare, & quaſi vi flumen, paludemque tranſcendere velle. Sclaui autem externa comminatione nihil aliud arbitrati, ad

Auctor victoriæ CXXVII. pugnam pariter conſpirauere, iter tot viribus defendentes. At Gero cum amicis Ruanis milliari fermè vno à caſtris diſcedens, hoſte ignorante, tres pontes celeriter conſtruxit: & miſſo nuncio ad Imperatorem totum exercitum reuocauit. Quo viſo barbari, & ipſi obuiare legionibus contendunt. Pedites barbarorum dum longiorem viam currunt, & certamen ineunt, fatigationibus diſſoluti militibus citiùs cedunt: nec mora, dum fuga præſidium quærunt, obtruncantur. Stoineſ autem colle eminentiori cum equitibus euentum rei expectabat: ſocios inire fugam cernens, fugit, & ipſe; lucoque quodam cum duobus ſatellitibus repertus à viro militari, cuius vocabulum erat Hoſed, certamine fatigatus, armiſque nudatus capite cæſus eſt. Satellitum alius viuus captus, Imperatorique cum capite, & ſpolijs reguli ab eodem milite præſentatus eſt. Ex hoc Hoſed clarus, & inſignis habitus: merces tam famoſi geſti donatiuum imperiale cum reditu viginti manſuum. Eo die caſtra hoſtium inuaſa, & multi mortales interfecti, vel capti, cædeſque in multam noctem protrahebatur. Poſtera die caput ſubreguli in campo poſitum, circaq; illud ſeptuaginta captiuorum capite cæſi, eiuſque conſiliarius oculis erutis lingua eſt priuatus, in medioque cadauerum inutilis relictus. Vuicmanus verò, & Egbertus ſcelerum conſcij in Galliam profecti, ad Hugonem Ducem fuga elapſi ſunt. Crebris victorijs Imperator glorioſus factus atque famoſus, multorum Regum, ac gentium timorem pariter, & fauorem promeruit: vnde plurimos legatos ſuſcipit, Romanorum ſcilicet, & Græcorum, Saracenorumque, per eoſque dies diuerſi generis munera, vaſa aurea, & argentea, ærea quoque, & mira varietate operis diſtincta vitrea, vaſa eburnea etiam, & omni genere modificata ſtramenta, balſamum, & totius generis pigmenta, animalia, Saxonibus antea inuiſa, Leones, & Camelos, Simias, & ſtruthiones, omniumque circumquaque chriſtianorum in illo res, atque ſpes ſita.

Stoineſ fuga, & cædes.

CXXVIII.

EXPEDITIO II. IN BERENGARIVM, Et mors LITVLPHI. Sal. Anno 956.

Sigon. lib. 6. de Regno Ital. ſub Anno 955.

CONrado interfecto in Hungarico bello, Lotharingiam Otho Brunoni Archiepiſcopo Colonienſi, fratri ſuo conceſſit: & Henrico fratre mortuo Bauariam Henrico filio eius indulſit, Adheleida puerum peperit, qui poſtea Otho Secundus appellatus patris Regnum, imperiumque ſuſcepit. Berengarij aſſidua, graueſque iniuriæ cum neque diſſimulari, neque vltra ferri poſſent, Agapetus Pontifex, & Vualpertus Archiepiſcopus ſimul rei indignitate accenſi, ſimul populorum calamitate permoti Othonem nuncijs, litteriſque miſſis de prauis Berengarij ſtudijs, immodiciſque Imperijs admonent, breuique fore, vt ipſe totius Italiæ Imperio potiatur, niſi inuictis eius armis coerceatur, oſtendunt. Summiſque demùm precibus, vt ſaltem laborantibus opem ferat Eccleſijs, orant. Quibus rebus acceptis, Otho ſe nec Reip. ſaluti, neque eorum voluntati defuturum, reſpondet. Ac conſilio ad rem aggrediendam explicito Litulphum filium Ducem belli aduerſus Berengarium Regem deſtinat. Nouo inde ineunte anno qui fuit Sal. nongenteſimus quinquageſimus ſextus, Agape-

CXXIX.

tus

Anno Sal.956 *tus Pontifex obijt. Alberieus Conſul vetere li-*
bidine dominandi, vrbiſq; potiundæ incenſus,
cum extraordinarijs in ciuitate opibus eſſet in-
CXXX *ſtructus filium ſuum Octauianum, licet iuue-*
nili adhuc ætate præditum, ipſa iampridem in
idipſum corrupta nobilitate fauente, ad eam
dignitatem euexit, atque Ioann. XII. appella-
uit. Cuius Pontificatus vt fœdum ingreſſum,
ſic triſtem exitum cum maxima totius Eccle-
ſiæ offenſione, & ipſius Italiæ perturbatione
adeptus eſt. Quod malum ſæua hoc anno obor-
ta tempeſtas portendiſſe videtur, qua lapis in-
gens de Cœlo cum tonitru cecidiſſe, & templa
multa de Cœlo tacta, & aliquot fulmine icti
fuiſſe Sacerdotes dicuntur. Litulphus iuſſu
patris in Italiam aduersùs Berengarium cum
robore militum expedito profectus, multa pro-
ſperè geſſit. Nam, & Berengarium congreſ-
CXXXI. *ſum prælio fudit, atque in Hortam Nouarien-*
ſis lacus inſulam compulit, & oppidis pluri-
mis receptis, populos ad ſe pleroſque traduxit.
Proximo vero anno, qui fuit Sal. 957. dum
CXXXII. *bellū magno ardore perſequitur, repentina mor-*
te ſublatus, cuius ſuſpectus Berengarius fuit,
omnem, quam adeptus erat, victoriæ gloriam
deformauit, atque opus longè pulcherrimum
inchoatum reliquit. Funus, ſepulturam, ſo-
bolem Vvitikindus adnotat. *Funus autem* Lib. 3.
eius à militibus debito honore curatum, & ab
Italia Moguntiam corpus translatum, in Ba-
ſilica Albani Martyris ſepultum eſt, cum lu-
ctu, & planctu multorum Populorum. Reli-
quit poſt ſe filium patris vocabulo inſignitum.
Literæ autem obitus eius allatæ ſunt Impera-
tori, cum eſſet in militia, qua militauit contra
Redarios: qui ſatis plurimum lacrymarum
prò filij interitu fudit. Non deſunt Aucto-
res affirmantes Ludolphum patri contuma-
cem obijſſe. Inter quos Ditmarus, *Ludol-* Lib. 2. in Cron.
phus verò Regis filius malorum deprauatus CXXXIII.
conſilio, rurſum reſiſtit, patriaq; cedens, Ita-
liam perrexit, ibique cum vnum fermè an-
num eſſet, VIII. Id. Septembr. præ dolore
obijt. Berengarius propterea magis infla-
tus, ac duriſſimo ſimul Sclauorum bel-
lo confirmatus, in quod Othonem ite- CXXXIV.
rum opportunè auerſum videbat, po-
tentius ſe inde gerere inſtitit, ac bellum
Pontifici in Ducatu Spoletano commo-
uit.

BELLVM SCLAVONICVM III. Sal. Anno 957.

QVomodo tot vicibus attriti Sclaui,
nouos adhuc excitarent tumultus,
Lib. 3. recitat Vvitikindus. *Eodem tempore Vuic-*
manus ſciens Saxoniam bellatoribus va-
cuam, à Gallia profectus Saxoniam oc-
cultè intrauit, domum coniugemque reui-
ſit, inde ſe iterum alienigenis immerſit. Eg-
bertus verò interuentu magni Pontificis Bru-
nonis in gratiam recipitur. Ductus exerci-
tus contra Vuicmanum tertia vice vix obti-
nuit, vt in fide Geronis filijque ſui ſu-
ſciperetur, ipſique apud Imperatorem obtine-
rent, quo patria coniugiſque patrimonio cum
gratia imperiali fruerentur. Iniuſſus ſacra-
mentum terribile dedit, ſe contra Imperato-
rem, Imperatoriſque Regnum nunquam ali-
quid iniquè conſilio, aut actu facturum. Ita
fide data in pace eſt dimiſſus, & bonis promiſ-
ſionibus ab Imperatore erectus. Peracta cæde
Barbarorum eo anno res prodigioſæ apparuere,
notæ ſcilicet crucis in veſtimentis plurimorum.
Quibus viſis, plurimi ſalubri timore perculſi
aduerſa formidabant: ijdemque vitia multa CXXXV.
ex parte emendauerunt. Fuerunt, & qui le-
pras veſtium interpretarentur, eo quod ſubſe-
quens lepra multos mortales corrumperet. Sa-
pientiores autem ſignum crucis ſalutem victo-
riamque præfiguraſſe prædicabant, quibus, &
nos fidelem aſſensū præbemus. Eo tempore Im-
perator, & ipſe ægrotare cæpit, ſed meritis
Sanctorum, quibus fidele iugiter obſequium
præbet, maximèque patrocinio inclyti Mar-
tyris Viti, cui aperuit os ſuum, de infirmitate
conualeſcit, & mundo vt Sol lucidiſſimus
poſt tenebras ad omnem decorem, & deli-
tias condonatur. Quod forſam Anno 958.
vel 959. accidit. Ad Berengarium re-
deamus.

Anno Sal.957

TYRANNIDES BERENGARII. *Sal, Anno 957.*

MOrtuo Lutolpho vires reparat Berengarius, *ac duriſſimo Sclauorum* bello Othonem implicatum reſpiciens, in Pontificem bellum reſtaurat, vt ſupra diximus. Belli cauſam eam ſuſpicatur

Lib. 6. de Regn. Ital. Sigonius, quia *Sarlione, qui Anſcario Berengarij fratri ſuffectus Dux fuerat, ſiue mortuo, ſiue à Berengario deturbato,*

CXXXVI. *Berengarius ſibi illam ditionem aſciuit. Ioanne verò Pontifice, cuius vetus id ius erat, repugnante, ac ius ſuum, quoquo modo poterat renitente, idem arma intulit, atque Epiſcopos, Eccleſiaſque exagitare inſtituit. Huic expeditioni Petrus Candianus, Ducis Venetorum filius, afficit. Is cum aduersùs patrem, à quo conſors Ducatus erat aſcitus, coniurationem iniſſet, à Patre, Populo, Cleroque vrbe exactus ad Vidonem Regis Berengary filium, atque inde ad Berengarium rem in Ducatu Spoletano gerentem ſe contulit. Inde vt Venetos vlciſceretur, Berengarij permiſſu Rauennam ſe retulit, ac ſex Nauibus armatis ſeptenas Venetorum, quæ onuſtæ mercibus Fanum nauigationem intenderant, ad Portum Primary adortus hoſtiliter cæpit. Sequenti verò anno, qui fuit Salutis 958. Petro Patre Duce mortuo, virtutis cauſa Rauenna à Venetis reuocatus iterum in ſolio Ducali reſedit. Eo anno, continuato in Ducatu Spoletano bello, Berengarius, & Adelbertus Papiam ad ius dicendum deceſſerunt. Vbi cum eſſent, Genuenſibus petentibus veteres ſuas poſſeſſiones, & conſuetudines affirmarunt. Extat apud eos diploma, vt ipſi memoriæ prodiderunt.* Hic

CXXVIII. non prætereundum quod de Othone Curopalates ſcribit, hoc tempore nempe, Turcarum captum Ducem fuiſſe in patibulo ſuſpenſum. *Non deſiſtebant* (ita ſcribit) *etiam Turcæ in Romanorum regionem irrumpere, eamque depopulari, quoad Boleſodes ipſorum Dux, cum decreuißet fidem chriſtianorum amplexari, venit Conſtantinopolim, & baptizatus à Conſtantino Imperat. ſuſcipitur, Patriciatus dignitate donatus, ac multæ pecuniæ compos effectus; deinde domum reuerſus eſt. Paulò poſt etiam Gylas ipſe quoque Turcarum Dux Conſtantinopolim ingreſſus baptizatur, paribuſque & ipſe affectus muneribus, & honoribus diſceſſit. Aſſumpſit autem, & ſecum Monachum quemdam Hierotheum nomine, qui habebatur Religioſus, & pius, Turciæ Epiſcopum à Theophylacto delectum. Qui eo profectus, multos à Barbarorum errore in Religionem Chriſtianorum traduxit. Verum Gylas in fide permanſit, neque ipſe Romanos inuadens, neque captos Chriſtianos negligens, ſed redemptos pretio curans, in libertatem vendicabat. Boleſodes autem violato fœdere diuino, ſæpè omnem exercitum in Romanos adduxit. Quod cum in Francos quoque facere decreuiſset, captus ab Othone ipſorum Rege in crucem actus eſt. Et ea quæ fuerat vxor Ducis Rhos, qui contra Romanos claſſem adduxerat, Elga nomine, mortuo ipſo viro, Conſtantinopolim ſe contulit, & baptizata cum ſinceræ fidei cultum ſe ſuſcipere inſtituiſſe oſtendiſset, & pro ſui propoſiti dignitate ornata domum redyt.* Hanc ſub nomine Helenæ commemorat Regino ſub Anno 959. dicens. *Legati Reginæ Rugorum, ſiue Ruſſorum, quæ ſub Romano Imperatore Conſtantinopoli baptizata eſt, ficte (vt poſtea claruit) ad Regem Othonem venientes Epiſcopos, & Presbyteros eidem genti petebant.*

BELLVM SCLAVONICVM V. Sal. Anno 960.

SClauonicum frequens bellum quod Auctore Vvicmano crudelius reſurgebat, cum crederetur extinctum. Illud chronologicè partiri antiquitas non patitur; Quid

Lib. 3. de eo Vvitikindus ſcripſerit, reſcribam. *Enim vero donatus patriæ Vuicmanus æquanimiter ſe continuit, donec Imperatoris aduentum ſperauit. Cum eius reuerſio differretur, ad Aquilonares partes ſe contulit, quaſi cum Danorum Rege Haraldo bellum ab integro machinaturus. At ille mandauit ei, ſi Ducem necaſſet, vel alium quemlibet principem,* CXXIX. *noſset ſine dolo eum ſibi ſociare vellet, aliter rem fraudulenter agitaſse non dubitaret. Interea*

terea

Sal. Anno 960.

teros ab emptore prætereunte latrocinia eius produntur, ſociorumque aliqui comprehenſi, & tanquam contra publicam rem agentes, à Duce damnati ſtrangulo vitam perdiderunt. Ipſe autem cum fratre vix euaſit. Gero igitur Comes non immemor iuramenti, cum Vuicmanum accuſari vidiſset, reumque cognouiſset Barbaris, à quibus eum aſſumpſit, reſtituit. Ab eis libenter ſuſceptus longius degentes Barbaros crebris prælijs contriuit. Miſcam regem, cuius poteſtatis erant Sclaui, qui dicuntur LicicauiKi, duabus vicibus ſuperauit, fratremq; ipſius interfecit, prædam magnam ab eo extorſit. Eo quoque tempore, Gero præſes Sclauos, qui dicuntur LuſiKi, potentiſſimè vicit, & ad vltimam ſeruitutem coegit, non ſine ſui tamen graui vulnere, nepotiſque optimi viri caſu, cæterorum quoq; quam plurimum nobilium virorum. Erant duo ſubreguli Hermanno Duci inimicitiæ à patribus vicariæ relicti, alter vocabatur Selibur, alter Miſtauu. Selibur præerat Vuaaris, Miſtau Abodritis. Dum inuicem quum ſæpè accuſantur, victus tandem ratione Selibur, condemnatus eſt quindecim talentis argenti à Duce. Eam damnationem grauiter ferens, arma ſumere contra Ducem cogitauit. Sed eum eì belli copiæ non ſufficerent miſſa legatione poſtulat præſidium à Vuicmano contra Ducem. Ille vero nihil iucundius ducens, quam aliquam moleſtiam inferre patruo, citò cum ſocys adeſt Sclauo. Vt autem ſuſcipitur in Vrbem Vuicmanus, ſtatim vrbs obſidione vallatur ab inimico. Ductus quoque exercitus à Duce vrbem obſedit: interim caſu neſcio, an pudenti conſilio, Vuicmanus cum paucis vrbem eſt egreſſus, quaſi ad extrahenda ſibi de Danis auxilia. Pauci dies intererant, dum victus bellatoribus, & pabulum Iumentis defecerant. Fuerunt etiam qui dicerent Selauum quidem ſpeciem belli geſſiße non vero bellum: incredibile omnimodis fore hominem à puero bellis aſſuetum bellicas res tam malè præparatas habuiße, ſed id conſilij machinatum Ducem, vt quoquo pacto poßet, Nepotem vinceret, vt ſaltem in patria ſalutem recuperaret, quam inter Paganos penitùs perdidiſſet. Fame itaque vrbani, & fætore pecudum aggrauati, vrbe egredi ſunt coacti. Dux Selauum auſterius alloquens de perfidia, & nequam eius actibus arguit, hoc quoque ab eo reſponſi accepit. Quid me, inquit, de perfidia arguis? Ecce, quos nec tu, nec Dominus tuus Imperator vincere potuiſtis, in ea perfidia inermes aſſiſtunt. Ad hæc Dux conticuit, eum ſua ditionis regione priuans, filio ipſius, quem antea obſidem accepit omni ipſius poteſtate tradita milites Vuicmani varys pœnis afflixit, vrbis prædam ſuis militibus donauit, ſimulacro Saturni ex ære fuſo, quod ibi inter alia vrbis ſpolia reperit, magnum ſpectaculum Populo præbuit, victorq; in Patriam remeauit. Simulacrũ Saturni.

Audiens autem Vuicmanus vrbem captam, ſociosque afflictos ad Orientem verſus iterum ſe Paganis immerſit, egitque cum Sclauis, qui dicuntur Vuloini, quomodo Miſicam amicum Imperatoris bello laceſſerent, quod eum minimè latuit. Qui miſit ad Boleslaum Regem Bohemorum, gener enim ipſius erat: accepitque ab eo equitum duas acies, cumque contra eum Vuicmanus duxiſſet exercitum, pedites primum ei immiſit: cumque ex iuſſu Ducis paulatim coram Vuicmano fugerent à caſtris longiùs protrahitur, equitibus à tergo immiſſis, & ſigno fugientes ad reuerſionem hoſtium reuocantur. Miſica, & Boleſlai Boemi affinitas. Vuicmano infalix prælium.

Cum ex aduerſo, & poſt tergum premeretur Vuicmanus fugam inire tentauit. A ſocijs igitur arguitur ſceleris, quia ipſe ad pugnam eos inſtigauerit, fidenſque equo, cum neceſſe fuerit, fugam facile inierit. Coactus itaque equo ceſſit, pedeſtris eum ſocijs certamen inijt, eoque die viriliter pugnans armis defenditur. Ieiunio autem, & longiori via, qua per totam noctem armatus inceſſit, mane cum paucis admodùm aream cuiuſdam feſſus intrauit. Optimates autem hoſtium, cum eum reperiſsent, ex armis agnoſcunt, quia vir eminens eſset, interrogatuſque ab eis quiſnam eſſet, Vuicmanum ſe eße profeſſus eſt. At illi arma deponere exhortati ſunt: fidem deindè ſpondent, ſaluum cum Domino ſuo præſentari: hocq; apud ipſum obtinere, quatenùs incolumen Imperatori reſtituat. Ille licet in vltima neceſſitate ſit conſtitutus, non immemor priſtinæ nobilitatis, & virtutis dedignatus eſt talibus manum dare. Dum ad Miſacam ipſi pergunt, vulgus innumerabile eum circundat, eumque acriter impugnat. Ipſe autem quamuis feſſus, multis ex eis fuſis, tandem gladium ſumit, & potiori hoſtium cum his verbis tradidit. Accipe inquit hunc gladium, & defer

Domino

Anno Sal. 960. *Domino tuo, quo pro ſigno victoriæ illum teneat, Imperatoriq; amico tranſmittas, quò ſciat, aut hoſtem occiſum irridere, vel certè propinquum deflere. Et his dictis conuerſus ad Orientem, vt potuit, patria voce Dominum exorauit, animamq; multis miſerijs, & incommodis repletam pietati Creatoris omnium effudit. Is finis Vuicmano, taliſq; omnibus ferè qui contra Imperatorem arma ſumpſerunt.*

PONTIFICIS IOANNIS, ET ITALORVM LEGATI

CXL. Ad OTHONEM contra BERENGARIVM. *Sal. Anno 960.*

IN dies vehementius furentibus in Italia Regibus Berengario, atque Adelberto Sigon. lib. 6. de Regno Italiæ. cum nemo omnium eſſet, qui non externo cuicumq; obedire Imperio, quam huic domeſticæ ſeruire tyrannidi mallet, *Ioannes Summus Pontifex, & vniuerſalis Papa* (ita Luitprandus) *cuius tunc Eccleſia ſupradictorum* Lib. 6. cap. 6. *Berengarij, atque Adelberti ſæuitiam erat experta, Legatos S. Romanæ Eccleſiæ, Ioannem videlicet Cardinalem, Diaconum, & Azonem ſcriniarium ſereniſſimo, atque pijſſimo tunc Regi, nunc Auguſto Cæſari Othoni deſtinauit, ſuppliciter literis, & regum ſignis orans, quatenus prò Dei amore, Sanctorumq; Apoſtolorum Petri, & Pauli, quos delictorum ſuorum cuperet eße remißores, ſe ſibiq; commiſſam S. Romanæ Eccleſiæ ex ſuorum faucibus liberaret, ac ſaluti, & libertati priſtinæ reſtitueret. Hæc dum Romani legati conqueruntur, vir venerabilis Vvalbertus, S. Mediolan. Eccleſiæ Archiep. ſemiuiuus ex prædictorum rabie Berengarij, atq; Adalberti liberatus, ſuperiùs memorati Othonis potentiam adijt, indicãs ſe non poſſe pati Berengarij, Adelbertiq; necnon Vvillæ* CXLI.



ſæuitiam (erat Vvilla Berengarij vxor, Boſonis Marchionis filia, neptis Regis Hugonis, mulierum omnium nequiſſima (vt ſcribit idem Luitprandus) adultera, ſæua, & infami matre digna filia) *qua Manaßem Arelatenſem Epiſcopum contra ius faſq; Mediolanenſis Eccleſiæ ſedi præfecerat. Aiebat ſanè hanc Eccleſiæ ſuæ calamitatem, quæ quod ſe* CXLII. *ſuoſque capere oporteret, interciperet. Sed Vualdo Cumanus Epiſcopus hunc ponè eſt ſequutus, non diſparem à Berengario, atque Adelberto, & Vvilla, quàm Vvalbertum, contumeliam ſe eſſe perpeßum clamitans. Venerant, & nonnulli alterius ordinis ex Italia viri, quos inter*

illuſtris

Anno Sal. 960. *illuſtris Marchio Otbertus cum Apoſtolicis cucurrerat nuncys, à ſanctiſſimo Othone tunc Rege, vt dixi, nunc Auguſto Cæſare, conſilium, auxiliumque expetens.* Quo autem potentiorem legationem facerent, Imperij oblatione Othonem ſuas traxerunt in partes.
Lib. 6. *Quocirca* (ait Sigonius) *orare eum ſe, vt pro Chriſtianæ religionis, atque Italiæ ſalutis amore exercitum deintegro in Italiam adduceret, atque Eccleſiam, Italiamque Caroli Magni exemplo ab ſæua eorum tyrannide vindicaret. Id ſi feciſſet, ſi illum Auguſtalibus inſignibus ornaturum, ac, tanquàm ſummum Eccleſiæ propugnatorem, Imperatorem Romanorum, qui titulus tum vacabat, appellaturum. Quæ dum illi exponunt, Vualpertus Mediolanenſis Archiepiſcopus, & Vualdo Comenſis Epiſcopus, & Marchio Odbertus ſæuam eiuſdem Berengarij rabiem fugientes venerunt, ac ſua quiſque deplorata calamitate, maturam opem ſibi ſuppliciter petierunt. Addidit etiam Vualpertus, Regni ſe ſi Tyrannos extinxiſſet, inſignia traditurum.* Placuit oblatio, nec minus ſollicitante pietate, quàm Imperij vrgente cupidine, Italiam repetere promiſit. Cùm verò Pontifex Io: XII. non ſine ſui cauſa diſſideret, tentauit CXLIII
in ſuas iureiurando Othonem conſtringere partes: qui ſanctas tangens reliquias iuramenti vinculo ſe Pontifici ſequentibus obligauit. *Tibi Domino Io: Papæ ego Rex Otho promittere, & iurare facio per Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, & per Lignum hoc viuificæ Crucis, & per has Reliquias Sanctorum, quod ſi permittente Domino Romam venero; Sanctam Romanam Eccleſiam, & te Rectorem ipſius exaltabo ſecundum poſſe meũ; & numquam vitam, aut membra, & ipſum honorem, quem habes, mea voluntate, aut meo conſilio, aut meo conſenſu, aut mea exhortatione perdes: & in Romana vrbe nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, ſine tuo conſilio: & quidquid de Terra Sancti Petri ad noſtram poteſtatem peruenerit, tibi reddam, & cuicumq; Italicum Regnum commiſero, iurare faciam illum, vt adiutor tui ſit ad defendendam Terram S. Petri ſecundum ſuum poſſe. Sic me Deus, adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.* Gratianus in c. tibi 33. d. 63.

OTHO M. IMPERATOR CORONATVR MEDIOLANI.

OTHO II. declaratur ſucceſſor Patris. *Sal. Anno 961.*

CXLIV Pactis inter ſe Rege, & Pontifice quomodo Berengarium tolleret Otho,
Sigon. conſcriptum in Sclauos ducit exercitum. Vnde victor reuerſus ſolemni Natalicio Ratisbonæ peracto, profectus ad Belgas, Vvormaciæ conuentum procerum cogit, ac rebus Regni conſtitutis, Othonem filium puerum, *contra morem*, Regem ac die Pen-
Luitpr. tecoſtes Aquis Germanica corona exornat:
CXLV. deinde in Saxoniam reuerſus Othonem filium Vvilhelmo Moguntino Archiepiſcopo ex prædefuncta vxore filio cuſtodiendum committit; inde magnas pedeſtres, equeſtreſq; copias colligit, atque in Bauariam progreſſus *per Tridentinas Alpes in Italiam cum coniuge Adheleide tranſit. Tranſgreſſus autem, & maximo Italicorum Antiſtitum, principumq; occurſu exceptus ſine vllo certamine Papiam recuperat, ac regiam ibi à Berengario ante delatam, inſtaurat: atque Athonem Abbatem Fuldenſem ad præparanda ſibi hoſpitia Romam præmittit. Mediolanum inde profectus, vrbem effuſa omnium ciuium gratulatione ingreditur.* Sed vndè tam pacificè Italiam ingreditur, & occupat Otho quæ armata iam pro Adelberto pugnare decreuerat? In Hiſtoria Longobardorum Ducum Beneuentanorum videre eſt, non mediocres habuiſſe ad reſiſtendum copias.
Nam *Adelbertus Berengarij filius venit cum* CXLVI
magno apparatu, populuſque nimis valde ad Cluſas venit fauces (*iſta ſunt Alpium ora per quæ Tranſalpini ſe conſueuerunt immittere in Italiam*) *qualiter cum Othone certamen inirent; feruntq; plurimi, ſexaginta millia pugnatorum fuiße cum Adelberto.* Vnde itaque hoſte inuiſo Papiam veluti maternam domum tutò Otho ſe recipit? Luitprandus ſoluit, *tanto Berengarium, atque Adelbertum celerius Regno expulit, quanto euidentius conſtat, quod commilitones Petrum, & Paulum* Lib. 6.
Sanctiſſimos Apoſtolos habuit. Propterea vt

legitur

Sal. Anno 961. legitur in ſupracitata Longobardorum hi-
ſtoria, cum magnus ille, & fortiſſimus
Adelberti exercitus, *vna die, vnaq; nocte ibi
morarentur, & Othonis exercitus non appro-
pinquaret, Comites ad Adelbertum dixerunt:*
CXLVII. *Vellemus Domine, vt Papiam cum paucis
pergas, & tuo genitori dicas, quatenus Lon-
gobardorum regnum ſub veſtra ditione commit-
tat, quia nos minimè ſub illius poteſtate am-
plius iam durabimus. Si vobis committis re-
gnum, nos totis viribus pugnabimus; ſin au-
tem Italiæ Regnum extero Regi committemus;
quia ſæuitiam illius, eiuſque coniugis omni-
modè ſuſtinere nequimus. Sed dum patri, &
matri quod dictum ei fuerat, intimaſſet, &
pater dictis obtemperaßet, mater verò Vuilla
dictis eius nullo modo aſſenſum dedit. Qua-
propter ad Cluſas reuerſus eſt, & ſuis Comiti-
bus omnia propalauit. At illi omnes exinde
irati ſunt, protinuſque illum reliquerunt, &
vnuſquiſque in ſuas vrbes remeauit. Sicque*
CXLVIII. *Otho Rex ſine impedimento in Italiam introi-
uit, atque Italiæ Regnum obtinuit.* Medio-
lanum inde profectus (Sigonius ita ſcribit)
*vrbem effuſa omnium ciuium gratulatione in-
greditur. Quæ dum aguntur, interim Beren-
garij familia inuſitato terrore perculſa cæteris
relictis oppidis, firmiſſimam quamq; Regni
arcem inſedit, Berengarius quidem in Duca-
tu Spoletano Montem feretrum, Adelbertus fi-
lius Spoletum, & Camarinum; in Lombar-
dia verò Vuilla vxor inſulam in lacu Verba-
no S. Iulij, Vido filius inſulam in lacu Comen-
ſi Comacinam, & ad lacum Benacum Gar-
dam: atque ibi ſingulis validis ſe præſidijs nul-
la de re magis, quàm de ſalute ſolliciti, con-
firmarunt, vſque adeò vt Adelbertus, etiam
ad Sarracenos, qui Fraxinetum tenebant, con-
tenderint, atque eorum auxilium implorarit.
Interim Mediolani Archiepiſcopus promiſſi
memor Principum, Epiſcoporumque de more
concilium vocat, atque ex omnium, qui fre-
quentes conuenerant, ſententia Regnum Be-
rengario, atque Adelberto abrogatum ad eum
deſert, ipſumq; in æde D. Ambroſij vrbana* CXLIX.
*magno apparatu, cæremoniaq; inungit, conſe-
cratumq; ferrea corona condecorat, ſolemni
Sacramento præſentibus omnibus alligatum,
ſe patrimonium ſuum pro ſalute ac dignitate
Italiæ profuſurum, neque eius rei gratia ſe la-
bori, periculoue vlli parſurum. Contra Otho
ne liberalitate ſuperaretur, Archiepiſcopum* CL.
*multis, iiſque amplis beneficijs ornat, in primis
tres illi in agro Mediolanenſi ditiones ſubij-
ciens, quæ eouſque Regibus erant ſubditæ, Co-
mitatu Parabiagi, Seprij, & Bazariæ, Du-
catum Burgariæ, Marchiamq; Marteſij: ac
ciuium alios in tribubus vrbis, quas illi portas
vocabant, & agri pagis, quas Plebes nomina-
bant, Capitaneos, & alios Valuaſores inſti-
tuit. Poſt ſolemne inde Natalicium ab eo Pa-
piæ concelebratum cum lectiſſimo exercitu, ip-
ſo comitante Archiepiſcopo, Romam pergit, vt
coronam Imperij à Pontifice promißam acci-
piat.* Non deſunt hoc anno Othonis noſtri
pietatis exempla, inter quæ.

DONATIO FACTA ECCLESIÆ MAGDEBVRGENSI.

CLI. *OTho Primus pro remedio animæ ſuæ, pa-
tris Henrici Regis, & pro incolumitate
matris ſuæ Mactildæ Reginæ, nec non pro in-
columitate Regni ſui, ac coniugis ſuæ Adhe-
leidis, & filij ſui Othonis inſtinctu, & mo-
nitu Vuilhelmi Archiepiſcopi Moguntini de-
dit Eccleſiæ Sancti Petri, & S. Mauritij, &
Innocentij martyrum in Magdeburg, & Ab-
bati dicti Monaſterij, & ſuis ſucceſſoribus
omnem regionem, & pagam vocatum Noleci-
ce, omnemque vtilitatem in eo manentem, vr-
bem videlicet Guncanſteim, cum ſalſugine
eius, cæteraſque vrbes, ac prædium, quod Vui-
chard in beneficium habet, vrbem Sputineſ-
burg ſitam in pago Nadriei, & ad petitionem
matris ſuæ prædium, quod Huodo in benefi-
tium ſuum habet in pago Helmungouui in co-
mitatu Vuilhelmi Comitis, in locis Bretinga,
& Bernhardeſroda cum omnibus pertinentijs,
prædium, quod Albertus in comitatu ſuo ha-
bet in pago Northuringorum in locis Cununſte-
ti, Flahtungen, Vuaſſereſdal, Adinga. Actum
Odorp. IV. Kal. Aug. Anno Sal. DCCCCLXI.
Regni XXVI.*

Anno Sal. 961

PRIVIL. OTHONIS IMP. DATVM ECCLESIÆ MINDENSI.

CLII. *IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Otho diuina propitiante clementia Rex. Omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium, quàm futurorum cognoſcat induſtria, qualiter vir venerabilis nomine Landuuardus, Epiſcopus ſcilicet Eccleſiæ constructæ in honorem S. Petri Principis Apoſtolorum, in loco qui dicitur Mindin, attulit in noſtram præſentiam pijſſimi genitoris noſtri, cæterorumq; anteceſſorum noſtrorum Regum ſcripta, in quibus continebantur, qualiter ipſi præfatæ Eccleſiæ res cum omnibus in ipſis rebus conſiſtentibus, ſub illorum receperunt Mundeburdo, precatuſque eſt manſuetudinem noſtram, vt hoc ipſum à noſtræ imperialis poteſtatis conſenſu fieri non recuſaremus. Nos autem ob amorem Dei, & remedium animæ noſtræ, ac pij genitoris noſtri, cæterorumque anteceſſorum noſtrorum regum, necnon & pro noſtræ mercedis augmento, paternos mores ſequentes, & benignitati eius conſentientes, ita fieri decreuimus. Præcipientes ergo iubemus, vt nullus Iudex publicus, vel quislibet ex iudiciaria poteſtate, in Eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones iam dictæ Eccleſiæ (quas nunc infra ditionem Regni noſtri legibus poſſideat, vel quæ deinceps in iura eius diuina pietas voluerit augeri) ad cauſas iudiciario more audiendas, vel freda exigenda, manſiones, vel paradas faciendas, aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ contra rationem diſtringendos, nec vllas redibitiones, vel iniuſticatas occaſiones requirendas vllo vmquam tempore ingredi audeat, vel ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitùs exigere præſumat, hominibus quoque famulatum eiuſdem Monaſterij facientibus, qui Saxonicè* Malmam *dicuntur prædictum Mundeburdum, & tuitionem noſtram conſtituimus, vt etiam coram nulla iudiciaria poteſtate examinentur, niſi coram Epiſcopo, aut Aduocato, quem eiuſdem loci Epiſcopus elegerit. Quidquid vero fiſcus exinde ſperare potuerit pro æterna remuneratione dictæ Eccleſiæ ad ſtipendia pauperum, & luminaria continuanda conceſſimus, & ipſe Epiſcopus cum omnibus rebus ſuis, noſtro fideliter pareat Imperio, & ſub noſtra conſiſtat defenſione, quatenus ipſum, fratreſq; eiuſdem loci, pro nobis, coniuge, proleq; noſtra Dominum, meliuſque, iugiterque exorare delectet. Fratribus autem eiuſdem loci præfati dedimus licentiam eligendi Paſtorem, inter ſe qualemcumque voluerint, ita tamen, ſi talis inter eos inueniatur, qui vita, & moribus probatus habeatur. Et vt hæc conceſſionis auctoritas, pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, iuſſimus prælibati loci Epiſcopo hoc præſens præceptum conſcribi; manuſque noſtræ inſcriptione confirmatum ſubtus, & annuli noſtri impreſſione corroborari, pro Dei amore, & ſtabilitate Imperij noſtri, & incolumitate noſtra, & æterno præmio præcipimus.*

Signum D. Othonis Inuictiſs. Regis.

Liutulphus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani recognouit.

Data Anno Sal. 961. Ind. IV. An. Regni Sereniſs. Othonis XXII. Actum Burcheim in Chriſti nomine fæliciter. Amen.

OTHO ROMÆ A PONTIFICE IOANNE XII. IMPERATOR coronatur. *Sal. Anno 962.*

Sigon. VEtus Imperij, quod per multos annos vacauerat, deſiderium, & recens Othonis erga Italiã beneficium ingentẽ in omnium animis inclyti viri viſendi cupiditatẽ accẽderat, omnibus eius ſibi temporis ſpeciẽ animo proponentibus; quo Carolus M. liberandi Leonis gratia Pontificis Romã profectus ingenti totius cũ Italię gratulatione auguſtum Occidentalis nomen Imperij renouarat. *Vide regnũ* (ita Otho Friſing.) *Teutonicorũ cum regno Francorũ affine, & quodamodo cognatũ principiũ habere. Ibi primum Carolus ſine regis nomine honorẽ regis gerebat. Hic Magnus Otho Saxonũ Dux, regibus adhuc ex ſtirpe Caroli manentibus, regni ſummã adminiſtrabat. Illius filius Pipinus non ſolum re, ſed et nomine Rex cæpit eſse, & dici: huius ſimili modo filius Hẽricus regis nomine meruit honorari. Illius filius Carolus M. non ſolũ regnũ, ſed et Imperiũ capto Deſiderio primus obtinuit ex Frãcis: iſcius filius Otho M. poſt multos triũphos primus ex Teutonicis poſt Carolos, capto Berengario,*

Lib. 6. cap. 34.

Anno al. 962 *Romanis imperauit*. Itaq; venientẽ lętitiſſimis,
ſi quenquã vnquam aliũ animis, atq; admi-
rando benigni occurſus ſpectaculo Romani
exceperunt. *Ingreſſum autẽ, atq; ad pedes ſuos*
Sigeb. *ſe ſubmittentem in Vaticanæ Baſilicæ gradibus*
Ioannes amplexus in Templũ deduxit; ac ſa-
cris magna cæremonia celebratis, cum eſſet ab
Archiepiſcopo oblatus, vnxit, ac demum ante
CLIII. *confeſſionem imperiali diademate inſigniuit,*
vniuerſo Populo, Cleroque certatim fauſtis vo-
cibus Auguſto, Imperatorique fœlicitatem, ac
victoriam acclamante. Quo facto vterque
ad aram Sancti Petri ſolemni ſe Sacramen-
to deuinxit, ille ſe Eccleſiæ Romanæ ſem-
per in auctoritate futurum, hic ſe nullo vn-
quàm tempore Berengarij, cæterorumque
hoſtium partibus adhæſurum. Vnde Luit-
prandus ſcribit: *Romæ miro ornatu, miroque*
apparatu ſuſceptus, ab eodem Summo Ponti-
fice, & vniuerſali Papa Ioanne vnctionem
ſuſcepit Imperij. Cui non ſolum propria reſti-
tuit, verum etiam ingentibus gemmarum, au-
ri, & argenti muneribus ipſum honorauit.
Iuſiurandum verò ab eodem Papa Ioanne ſu-
pra precioſiſſimum Corpus Petri, atque omni-
bus Ciuitatis proceribus, ſe numquàm Beren-
gario, atque Adelberto auxiliaturum accepit.
Poſt hæc in Patriam, corrige *Papiam* ita ex
Reginone, *peoperanter repedauit*. Nec vim
L. 4. Saxon. c. 9. facit, quod notat Krantzius, Othonem non
à Ioanne XII. coronatum fuiſſe, ſed à Leo-
ne VIII. quia à Ioanne fuiſſe coronatum, te-
ſtatur Luitprandus, qui forſam coronatio-
ni interfuit: & Luitprando ſubſcribunt Si-
gebertus; & Otho Friſingenſis Auctores
Luitprando ſubſequentes.

Othonem porrò Pontifici Ioanni oppida
Eccleſiæ ad id tempus recuperata reſtituiſ-
ſe apparet, ex eiuſdem Othonis diploma-
te, quod ex authographo aureis literis exa-
rato, & Romæ ſeruato in Caſtello S. Angeli
deſcripſit Baronius.

CLIV. *In Nomine Domini Dei Omnipotentis Pa-*
tris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Ego
Otho Dei gratia Imperator Auguſtus vna cum
Othone filio noſtro Diuina ordinante Prouiden-
tia ſpondemus, atque promittimus per hoc pa-
ctum confirmationis noſtræ tibi Beato Petro
Principi Apoſtolorum, & clauigero Regi Cæ-
lorum, & per te Vicario tuo Domino Ioanni
Summo Pontifici, & vniuerſali XII. Papæ, ſicut à prædeceſſoribus veſtris, vſque nunc in veſtra poteſtate, atque ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis Ciuitatem Romanam cum Ducatu ſuo, & ſuburbanis ſuis, atque viculis omnibus, & territorijs eius, montanis, & maritimis, litoribus, atque portubus, ſeu cunctis ciuitatibus, Caſtellis, oppidis, ac viculis Tuſciæ partibus, ideſt Portum, centumcellas, Cerem, Bledam, Marturianum, Surrium, Nepem, Caſtellum, Galliſem, Ortem, Polimartium, Ameriam, Tudam, Peruſiam cum tribus inſulis ſuis, ideſt Maiore, Minore, Poluenſim, Maruiam, & Vtriculum cum omnibus finibus, atque Territorijs ad ſupraſcriptas Ciuitates pertinentibus. Nec non Exarchatum Rauennatem ſub integritate cum vrbibus, Ciuitatibus oppidis, & Caſtellis, quæ piæ recordationis Dominus Pipinus, & Dominus Carolus excellentiſſimus Imperator prædeceſſores videlicet noſtri Beato Petro Apoſtolo, & prædeceſſoribus veſtris, iamdudum per donationis paginam contulerunt, hoc eſt Ciuitatem Rauennam, & Aemiliam, Bobium, Ceſennam, Forum Populi, Forum Liuij, Faenentiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comiaclum, & Hadrianis, atque Gabellum cum omnibus finibus, Territorijs, atque inſulis, terra, mariq; ad ſupraſcriptas Ciuitates pertinentibus, ſimul, & Pentapolim, videlicet Ariminum, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Auſimum, Humanam, Heſim, Forum Sempronij, Montem Feltri, Vrbinum, & Territorium Balnenſe, Calles, Luciolis, & Eugubium cum omnibus finibus, & Territorijs ad caſdem Ciuitates pertinentibus. Forum Pompil.

Eodem modo Territorium Sabinenſe, ſicut à Domino Carolo Imperatore Anteceſſore noſtro Beato Petro Apoſtolo per donationis ſcriptum conceſſum eſt, ſub integritate. Item in partibus Tuſciæ, Longobardorum Caſtellum fælicitatis, Vrbem veterem, Balneum Regis, Ferentum, Viterbium, Ortem, Martam Fuſcanam, Suanam, Populonium, Roſellas cum ſuburbanis, atque viculis omnibus, & Territorijs, ac maritimis, oppidis, ac viculis, ſeu finibus omnibus. Itemque Almus cum inſula Corſica, deinde in Suriano, deinde in Monte Bardonis, deinde in Berceto, exinde in Parma, deinde in Regio, exinde in Mantua, atq;

in

Anno Sal. 962.

in Monte Silicis, atque Prouincia Venetiarum, & Iſtria, necnon, & cunctum Ducatum Spoletanum, ſeu Beneuentanum, vna cum Eccleſia Sanctæ Chriſtinæ poſita propè Papiam iuxta Padum quarto milliario.

Item in partibus Campaniæ Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, & Capuam, necnon patrimonia ad poteſtatem, & ditionem veſtra pertinentia, ſicuti eſt patrimonium Beneuentanum, & patrimonium Neapolitanum, & patrimonium Calabriæ ſuperioris, & inferioris. De Ciuitate autem Neapolitana cum Caſtellis, & Territorijs, & finibus, & inſulis ſuis ſibi pertinentibus, ſicuti ad eaſdem reſpicere videntur, necnon patrimonium Siciliæ, ſi Deus noſtris illud tradiderit manibus, ſimili modo Ciuitatem Caietam, & fundum cum omnibus earum pertinentijs.

Inſuper offerimus tibi, Beate Petre Apoſtole, Vicarioque tuo Domino Ioanni Papæ, & ſucceſſoribus eius pro noſtræ animæ remedio, noſtriq; filij, & noſtrum parentum, & proprio noſtro Regno, Ciuitates, & oppida cum Piſcarijs ſuis, ideſt Reatem, Amiternum, Furconem, Murſiam, Baluam, & Marſim, et alibi Ciuitatem Interamnē cum pertinētijs ſuis.

Has omnes ſupradictas Prouincias, vrbes, Ciuitates, oppida, & Caſtella, viculos, & Territoria, ſimulque, & patrimonia pro remedio animæ noſtræ, & filij noſtri, ſiue parentum noſtrorum, ac ſucceſſorum noſtrorum, & pro cuncto à Deo conſeruato, atque conſeruando Francorum populo, iam dictæ Eccleſiæ tuæ, Beate Petre Apoſtole, & per te Vicario tuo ſpiritali patri noſtro Domno Ioanni Summo Pontifici, & vniuerſali Papæ, eiuſq; ſucceſſoribus, vſque ad finem ſæculi eodem modo confirmamus, vt in ſuo detineat iure, principatu, atque ditione.

CLV. Simili modo per hoc noſtræ delegationis pactum confirmamus donationes quas piæ recordationis Domnus Pipinus Rex, & poſtea Domnus Carolus Excellentiſſimus Imperator B. Petro Apoſtolo ſpontanea voluntate contulerunt: necnon & cenſum, vel penſionem, ſeu cæteras dationes, quæ annuatim in Palatium Regis Longobardorum inferri ſolebant ſiue de Tuſcia, ſiue de Ducatu Spoletano, ſicut & in ſupraſcriptis donationibus continetur, & inter ſanctæ memoriæ Hadrianum Papam, & Domnum Carolum Imperatorem conuenit, quando idem Pontifex eidem de ſupraſcriptis Ducatibus, ideſt, Tuſcano, & Spoletano ſuæ auctoritatis præceptum confirmauit, eo ſcilicet modo, vt annis ſingulis prædictus cenſus ad partem Eccleſiæ Beati Petri Apoſtoli perſoluatur, ſalua ſuper eoſdem Ducatus noſtra in omnibus dominatione, & illorum ad noſtram partem, & filij noſtri ſubiectionem. Cæterum ſicut diximus, omnia ſuperius nominata ita ad veſtram partem per hoc noſtræ confirmationis pactum roboramus, vt in veſtro permaneant iure, principatu, atque ditione, & neq; à nobis, neque à ſucceſſoribus noſtris per quodlibet argumentum, ſiue machinationem in quacumque parte veſtra poteſtas imminuatur, aut à vobis inde aliquia ſubtrahatur de ſupraſcriptis videlicet Prouincijs, vrbibus, Ciuitatibus, oppidis, caſtris, viculis, inſulis, Territorijs, atque patrimonijs, necnon & penſionibus, atque cenſibus, itaut neque nos ea facturi ſimus, nec quibuslibet ea facere volentibus, conſentiamus. Sed potius omnium, quæ ſuperius leguntur, ideſt Prouinciæ, Ciuitates, vrbes, oppida, Caſtella, Territoria, & patrimonia, atque inſulæ, cenſuſq; & penſiones ad partem Eccleſiæ Beati Petri Apoſtoli, atque Pontificum in Sacratiſſima illius Sede reſidentium, nos in quantum poſſumus defenſores eſſe teſtamur, ad hoc, vt ea in illius ditione ad vtendum, & fruendum, atque diſponendum firmiter valeant obtineri, ſalua in omnibus poteſtate noſtra, & filij noſtri, poſterorumq; noſtrorum, ſecundum quod in pacto & conſtitutione, ac promiſſionis firmitate Eugenij Pontificis, ſucceſſorumq; illius continetur, id eſt.

Vt omnis Clerus, & vniuerſa Populi Romani nobilitas propter diuerſas neceſſitates Pontificum irrationabiles erga Populum ſibi ſubiectum aſperitate retundendas Sacramento ſe obligent, quatenus futura Pontificum electio (quantum vniuſcuiuſque intellectus fuerit) canonicè, & iuſtè fiat; & vt ille, qui ad hoc Sanctum, atque Apoſtolicum regimen eligitur, nemine conſentiente, conſecratus fiat Pontifex, priuſquam talem in præſentia Miſſorum noſtrorum, vel filij noſtri, ſeu vniuerſæ generalitatis faciat promiſſionem pro omnium ſatisfactione, atque futura conſeruatione, qualem Domnus, & venerandus

De Roman. Pontif. electio.

Anno Sal. 962.

ſpiritalis Pater noſter Leo ſponte feciſse digno ſcitur.

Praterea alia minora huic opera inferenda prauidimus, videlicet, vt in electione Pontificum, neque liber, neque ſeruus ad hoc venire præſumat, vt illis Romanis, quos ad hanc electionem per conſtitutionem Sanctorum Patrum antiqua admiſit conſuetudo aliquod faciat impedimentum. Quod ſi quis contra hanc noſtram inſtitutionem ire præſumpſerit, exilio tradatur.

Inſuper, vt nullus Miſſorum noſtrorum cuiuſcumque impeditionis argumentum componere in præfatam electionem audeat, prohibemus. Nam, & hoc omnimodis inſtituere placuit, vt qui ſemel ſub ſpeciali defenſione Domni Apoſtolici, ſiue noſtra fuerint ſuſcepti, impetrata iuſtè vtantur defenſione. Quod ſi quis quemquam illorum, qui hoc promeruerunt, violare præſumpſerit, ſciat ſe periculum vitæ ſuæ eſse incurſurum.

Illud etiam confirmamus vt Domno Apoſtolico iuſtam in omnibus ſeruent obedientiam, ſiue Ducibus, ac Iudicibus ſuis ad iuſtitiam faciendam. Huic enim conſtitutioni hoc neceſſariò annectendum eſſe perſpeximus, vt Miſſi Domni Apoſtolici, ſeu noſtri ſemper ſint conſtituti, qui annuatim nobis, vel filio noſtro renunciare valeant, qualiter ſinguli Duces, ac Iudices populo Iuſtitiam faciant. Hanc Imperialem conſtitutionem quomodo obſeruent qui Miſſi, decernimus, vt primum cunctos clamores, qui per negligentiam Ducum, ſeu Iudicum fuerint inuenti, ad notitiam Domni Apoſtolici deferant, & ipſe vnum è duobus eligat, aut ſtatim per eoſdem Miſsos fiant ipſæ neceſſitates emendatæ, aut Miſſo noſtro nobis renuntiante per noſtros Miſſos à nobis directos emendentur. Hoc vt ab omnibus fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris firmum eſſe credatur, propriè manus ſignaculo, & nobilium Optimatum noſtrorum ſubſcriptionibus hoc pactum confirmationis noſtræ roborauimus, & Bullæ noſtræ impreſſione obſignari iuſſimus.

✠ Signum Domini Othonis Sereniſſimi Imperatoris, ac ſuorum Epiſcoporum, Abbatum, & Comitum.

✠ Signum Adaldagi Hamaburgenſis Ellæ Archiepiſcopi.

✠ Signum Hartberti Curienſis Eccleſiæ Epiſcopi.

✠ Signum Druogonis Oſnaburgenſis Eccleſiæ Epiſcopi.

✠ Signum Votonis Argentinenſis Eccleſiæ Epiſcopus.

✠ Signum Otuuini Hilſensheimenſis Eccleſiæ Epiſcopi.

✠ Signum Landuuarti Mindonenſis Eccleſiæ Epiſcopi.

✠ Signum Otgeri Nemetinenſis Eccleſiæ Epiſcopi.

✠ Signum Gezonis Tortonenſis Eccleſiæ Epiſcopi.

✠ Signum Hucberti Parmanenſis Eccleſiæ Epiſcopi.

✠ Signum Vvidonis Murinenſis Eccleſiæ Epiſcopi.

✠ Signum Attonis Fuldẽſis Monaſt. Abb.

✠ Signum Guntharij Herolſesfeldenſis Monaſterij Abbatis.

✠ Signum Eberarti Comitis.

✠ Signum Guntharij Comitis.

✠ Signum Burgharti Comitis.

✠ Signum Vtonis Comitis.

✠ Signum Cronratis Comitis.

✠ Signum Ernuſtes.

Signum Thiotheris, Ricdages, Liupen, Hartuuiges, Arnolues, Ingilthies, Burchartes, Retinges.

Anno Dominicæ Incarnationis nonocenteſimo, ſexageſimo ſecundo, Indictione quinta, menſe Februarij, decimotertio die eiuſdem menſis, Anno vero D. Othonis Imperij inuictiſs. Imper. XXVII. facta eſt hæc pactio fæliciter.

Videtur autem Priuilegium hoc aliqualiter pugnare cum eo, quod legitur apud *Antonium Poſſeuinum*, in quo Mantua dicitur ab eodem Othone Magno donata Vvalterio Gonzach, primo Marchioni Mantuæ, & Imperiali Vicario. *Lib. 1. Hiſtor. Gonzagæ.*

TENOR

Anno Sal. 962.

TENOR PRIVILEGII EST.

IN nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Otho diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Iuſtitia, æquitas, Regni auctoritas, circumſpecta fides, & ſincera dilectio nos admonent, omnium vtilitati proſpicere, maximè verò conſanguineorum noſtrorum: Et eos propter eorum benè merita, modis omnibus promouere, & adiuuare. Ea propter meritis conſanguinei noſtri Valterij de Gonzach annuimus. Et conſiderantes ſinceram fidem, & grata obſequia, quæ Imperio, & maieſtati noſtræ exhibuit, & impoſterum exhibiturus ſit, locupletare ac decorare ipſum, & omnes eius ſucceſſores conſtituimus. Et vt præſenti, & futuræ poſteritati notum ſit, liberalitate Auguſta, creamus dictum Valterium



Vicarium Imperialem, & primum Marchionem Mantuæ. Quam dignitatem in omnibus eius primarijs ſucceſſoribus, in perpetuum concedimus, & ſtatuimus. Donando eis omnia tenimenta, caſtra, rura, villas, & diſtrictus, cum omnibus eorum pertinentijs, iuſtitijs, & omnibus honoribus, tam intra, quàm extra, Imperio attinentibus. Statuentes, ac firmiter præcipientes; vt nulla vnquam perſona, cuiuſuis ſtatus, eminentiæ, conditionis, & dignitatis, audeat memoratum Valterium, & ipſius ſucceſſores, & hæredes, in hac noſtra conceſſione, creatione, & donatione, impedire; vel ipſis aliquod grauamen irrogare. Quod ſi quis auſu temerario facere præſumpſerit, pro pęna in vindictam ſui reatus, auri puri centum libras, dimidium fiſco noſtro, & reliquum paſſis iniuriam perſoluenda componat. Et vt robur noſtræ conceſſionis, ac donationis perpetuum ac firmum ſit, hoc priuilegium in hac pagina inſcribi, & ſigillo noſtro aureo muniri iuſſimus. Huius rei teſtes ſunt: Hildelbertus Magontinus Archiepiſcopus, Corradus Francorum Rex, Erminius Sueuorum Princeps, Ioannes almæ Vrbis pręfectus, Gulielmus Miſniæ Palatinus, Comes Encherius, Vicellus Camerinus, & alij quàmplures. Acta sũt hæc, anno Dom. Incar. DCCCCLXII. Indict. V. regnante D. Othone I. Romanorum Imperatore glorioſo, Regni, & Imperij ſui Anno XXVI. Datum apud Viterbium Idibus Nouembris.

Signum D. Othonis M. Rom. Imp. Inuictiſs.

OTHO

Sal. Anno 963.

OTHO BERENGAR. PERSEQVITVR VvILLAM CAPIT.

PApiam cum rediſſet Otho Imperator,
Paſchate ibi celebrato, animum ad
Berengarium, vxorem, eiuſque filios per-
ſequendos conuertit. Itaque euocatum
e ſtatiuis exercitum protinus ad inſulam S.
Iulij in lacu Verbano adduxit. *Berengarius*
enim (vt habet Regino) *in quoddam Mon-
te, qui dicitur, ad Sanctum Leonem* (eſt in
Vmbria locus, tamquàm Vliſſis Ithaca, vt
nidus in vertice montis Altiſſimi, vndequa-
que prærupti poſitus) *plurimis vndique ſe-
cum copijs attractis ſe muniuit. Et Vvilla in
lacu maiori in quadam inſula quæ dicitur ad
Sanctum Iulium, ſe incluſit, filij vero Adel-
bertus, & Guido huc illucque incerti vaga-
bantur, quaſdam tamen munitiones cum ſuis
ſequacibus adhuc poſſidebant, hoc eſt Grad Ca-
ſtellum, & Traualliũ, & inſulam in lacu
Comano. Tunc Vvilla in primis hoſtiliter adi-
tur, & redempto omni de lacu exitu, quoti-
dianis fundibulariorum, & ſagittariorum,* CLVI.
*aliorumque belli inſtrumentorum impugnatio-
nibus fatigatur, & non plenis duobus menſi-
bus obſeſſa capitur, & ad vltimum clementia
Imperatoris dimiſſa, quo uellet, ire permitti-
tur; quæ quanta potuit celeritate Berengarium
adijt, & ne ſe Imperatori dederet, omnibus
modis perſuaſit.*

PAPA IOANNES XII. ADELBERTVM ROMAM REVOCAT
Aduerſus OTHONEM. *Anno Sal. 963.*

REuerſus Papiam Otho pridie Nonas
Sigon. Octobris rogatu Adheleidæ Augu-
ſtæ Vidoni Epiſcopo Mutinenſi, Archican-
cellario ſuo opimam Nonantulæ Abbatiam
CLVII. indulſit. Interea Io: Papa Sacramenti ob-
litus, cur in Othonem molliretur, cuius
gladio tyrannidem effugerat Berengarij, Si-
gonius aſſignat. *Fuerat Ioannes Pontifex*
lib.7. de Regno Italiæ. *primùm domi patris Alberici educatus non ſo-
lum Italici hominis, ſed etiam patris exem-
plo de vetere gloria Italiæ renouanda, & an-
tiquo recuperando Imperio aſſiduè cogitantis,
deinde his ſpiritibus imbutus domeſtica patris
potentia ad celſiſſimæ faſtigium dignitatis ado-
leſcens euectus. Itaque ſiue, quia tanquam
Italus, valde ab externorum Imperio abhorre-
ret, ſiue quod, tanquàm iuuenis, inconſtanti
ac mobili præditus ingenio eſſet, breui de ſuſce-
pta ſententia deſtitit; & Berengarium, vt
qui Italici ſanguinis eſſet, ſibi in Italia reti-
nendum, Othonem verò, vt hominem Germa-
num, inde eyciendum exiſtimauit, pleriſque
Romanorum conſilium eius, vt honeſtum, ac
ſalutare Italiæ comprobantibus.* Itaque An-
no, qui fuit Sal. 963. *ad Adelbertum vt ſe
adeat mittit, iuramento ei affirmans* (vt ſcri-
Lib. 6. cap.6. bit Luitprandus) *ſe illum contra Sanctiſſimi
Imperatoris potentiam adiuturum. Adeo enim
eundem Adelbertum, Eccleſiarum Dei, eiuſ-
demque Papæ Ioannis perſequutorem, Impe-
rator ſanctus terruerat, vt omnem Italiam
deſerens, Fraxinetum adiret, ſeq; Sarraceno-* CLVIII
*rum fidei commendaret. Imperator autem in-
ſtus, qui cur Adelbertum Ioannes Papa, quem
prius vehement odio inſequebatur, nunc dili-
geret, ſatis mirari non potuit, accerſitis qui-
buſdam familiaribus, an hoc verum eſſet, Ro-
mam dirigit percontatum. Quumq; illo idem
nuncij perueniſſent, huiuſmodi non à quibusli-
bet, aut paucis, ſed ab omnibus Romanis ci-
uibus reſponſa ſuſcipiunt. Non diſpar videtur
ratio, cur Io: Papa Sanctiſſimum Imperato-
rem, ſuum ſcilicet ex Adelberti manibus li-
beratorem, & Diabolus oderit Creatorem.
Imperator, quemadmodum re ipſa experti ſu-
mus, ea quæ Dei ſunt, ſapit, operatur, diligit,
eccleſiaſtica, & ſecularia negotia armis tuta-
tur, moribus ornat, legibus emendat: Ioannes
Papa his omnibus aduerſatur. Non clam eſt* CLIX.
*Populo, quod fatemur. Teſtis eſt Rainera ſui
ipſius militis vidua, quam cæco captus igne,
multis præfectam vrbibus, Sacroſanctis Bea-
ti Petri donauit aureis crucibus, atque calici-
bus. Teſtis eſt Stephana eius amica, quæ in
effuſione, quod ex eo conceperat, recens homi-
nem exiuit. Quod ſi cuncta taceant, Latera-
nenſe Palatium Sanctorum quondam hoſpi-
tium, nunc proſtibulum meretricum, non ſilebit
amicam coniugem Stephanæ patris concubinæ
ſororem. Teſtis omnium gentium præterquam
Romano-*

Anno Sal. 962.

Romanorum, abſentia mulierum, quæ Sanctorum Apoſtolorum limina orandi gratia timent viſere, quum nonnullas ante dies paucos hunc audierint coniugatas, viduas, virgines vi oppreſſiſſe. Teſtes ſunt Sancta Apoſtolorum Eccleſia, quæ non ſtillatim pluuiam, ſed totum intrinſecus, ſupra ipſa etiam ſacroſancta Altaria imbrem admittunt. Quanta nos terrore tigna afficiunt, quum diuinam opem eodem depoſcimus? Mors in tectis regnat, quæ nos orare multa volentes impedit, atque domum Domini mox linquere cogit. Teſtes ſunt non ſolum iuncearum curatura, ſed & quotidianarum formarum mulieres, cui eadem ſunt, & ſilicem pedibus, quæ conterunt atrum, & quæ magnorum ſubuehuntur adiutorio iumentorum. Atque hoc rei eſt, quod tanta ei cum Imperatore ſancto diſcordia eſt, Lupis, & Agnis quanta ſortitò obtigit. Illi hoc vt impunè liceat, Adelbertum ſibi tutorem, & defenſorem parat. Hæc dum à redeuntibus nuncijs
CLX. *Imperator audiret, Puer, inquit, eſt facilè bonorum immutabitur exemplo virorum. Spero eum obiurgatione honeſta, ſuaſione liberali, facilè ex illis ſeſe emerſurum malis, dicemuſque tunc cum Propheta. Hæc eſt immutatio dextera Excelſi, & adiecit: quod prius rerum ordò depoſcit, Berengarium in Ferretrato monte reſiſtentem propulſemus, dein paternà abdicatione Dominum Papam conueniamus: ſi non voluntate, verecundia ſaltem in virum perfectum ſeſe mutet. Sicque forſitan deuictus, bene conſueſcere, ſtudebit his deſueſcere. His expletis, Papia nauim conſcendit, ac per Eridani alueum Rauennam vſque peruenit: indèq; progrediens montem Feretratum; quod oppidum Sancti Leonis dicitur, in quo Berengarius, & Vuilla erat, obſedit. Quò, & præfatus Papa Leonem Venerabilem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ tunc Prothoſcriniarium, nunc in eadem Sede Beati Petri Apoſtolorum Vica-* CLXI.
rium, necnon & Demetrium Optimatem Romanorum Illuſtriſſimum Sancto Imperatori nuncios dirigit, mandans haud mirum eſſe, ſi hactenus iuuentutis igne deuictus, quid puerile geſſerit. Iam tempus inſtare, quum alieno cuperet viuere more. Mandauit etiam do'osè, quod quendam Leonem Epiſcopum, & Ioannem Diaconum Cardinalem ſuos infideles ſuſcepiſset, & quod Sanctus Imperator promiſſionis ſuæ fidẽ violaret, dũ eos, qui eo loci manebant, iuramento non ipſi, ſed ſibi adſtringeret.

OTHONIS MAGNI IMPERATORIS RESPONSVM

De PAPÆ IOANNIS XII. moribus, datum Romanis legatis, Leoni S. Romanæ Eccleſiæ Prothoſcriniario; & Demetrio Optimati Romanæ Ciuitatis.

Sal. Anno 963.

IOannis XII. Romani Pontificis, Legatis perhumaniter auditis, ita legitur Otho
Luitpr. item Goldaſt. reſpondiſse vt ex Luitprando collegit Goldaſtus.

I. Pro correctione, ac morum immutatione, quam promittit, gratias ago. De promiſſis verò fidem mutare, cuius me arguit, an verum ſit, ipſi perpendite. Omnem Terram Sancti Petri, quæ noſtræ poteſtati ſubiecta eſt, Eccleſiæ promiſimus reddere: atque id rei eſt, quod ex hac munitione Berengarium cum omni familia pellere laboramus. Quo enim pacto terram hanc ei reddere poſſumus, ſi non prius eam ex violentorum manibus ereptam poteſtati noſtræ ſubdamus?

II. Leonem Epiſcopum, & Ioannem Cardinalem Diaconum, ſuos infideles, quos nos ſuſcepiſse accuſat, his temporibus non vidimus, nedum ſuſcepimus. Conſtantinopolim Domino Papa eos ad iniuriam noſtram proficiſcentes dirigente, Capuæ ſunt, vt audiuimus capti. Quibus cum etiam Saleccum, natione Bulgarum, educatione Hungarum, Domini Papæ familiariſſimum, & Zachæum virum reprobatum, diuinarum, atque humanarum inſcium literarum à Domino Papa Epiſcopum nouiter conſecratum, & Hungaris ad prædicandum, vt ſuper nos irruant, deſtinatum, eodem captos eſſe loco audiuimus.

III. Hæc Dominum Papam nullis narrantibus feciſse crederemus, niſi literæ fidem admitterent, quæ plumbo ſignatæ eius nominis characteres monſtrant.

His expletis Landohardum à Saxonia Mumendenſem, & Liutpbrandum ab Italia CLXII.
Cremonenſem Epiſcopos cum præfatis nuntijs

Romam

Anno Sal. 962.

Romam dirigit, Domino Papæ ſe inculpabilem eſſe ſatisfacturum, quorum etiam militibus hoc Imperator iuſtus impoſuit, vt ſi ſecus Dominus Papa non crederet, duello verum eſſe approbarent. Præfati igitur Landohardus, & Luitprandus Epiſcopi Romam ante Domini Papæ præſentiam venientes tanto ſunt in honore ſuſcepti, vt non eos lateret, quanto ſanctum Imperatorem tædio faſtidirent ordinatim tamen, prout eis iniunctum fuerat, enarrantes, non iuramento, non duello ſatisfactionem Papa recipere voluit, ſed in eadem, qua fuerat duritia permanſit. Subdolè tamen poſt dies octo Ioannem Epiſcopum Narnienſem, & Benedictum Cardinalem Diaconum cum iſtis Dominus Imperator deſtinauit, putans hunc ſuis poſſe deludere verſutijs, cui nimis eſt verba dare difficile. Ante quorum reditum Adelbertus (inuitante Papa) à Fraxineto rediens, Centumcellas aduenit: deindè Romam profectus, non, vt debuit, repudiatus, ſed à Papa honorificè eſt ſuſceptus. Hæc dum aguntur, Phœbi radijs graui Cancri ſydus inæſtuans Imperatorem Romanis arcibus propellebat, ſed cum virginale ſydus gratam rediens temperiem ferret, collectis copijs clam Romanis inuitantibus Romam aduenit. Quid clam dixerim? cum maior Romanorum pars Optimatum Sancti Pauli Caſtellum inuaſerit, ſanctumque Imperatorem obſidibus etiam datis inuitauerit? quid multis morer? iuxta vrbem Imp. caſtramentatus eſt. Roma Papa ſimul, atque Adelbertus aufugiunt. Ciues vero ſanctum Imperatorem cum ſuis omnibus in vrbem ſuſcipiunt, fidelitatemque promittunt: hæc addentes, & firmiter iurantes, numquam ſe Papam electuros, aut ordinaturos præter conſenſum, atque electionem Domini Imperatoris Othonis Cæſaris Auguſti, filijque ipſius Regis Othonis.

CONVENTVS ROMANVS

Regnante OTHONE I. Imperat. Super depoſitione Papæ Ioannis XII. Et electione Leonis VIII. *Sal. Anno 963.*

CLXIV *Poſt triduum rogantibus, tam Romanis Epiſcopis, quàm Plebe, magnus in Sancti Petri Eccleſia fit Conuentus: ſederuntque cum Imperatore Archiepiſcopi.*

AB ITALIA.

Pro Angelfrido Aquileienſi Patriarcha, quem in Vrbe languor repente (vt fit) ortos arripuerat.
Rodulphus Diaconus.
Vvalbertus Mediolanenſis.
Petrus Rauennas.

A SAXONIA.

Adeltac Archiepiſcopus Hamaburgenſis.
Landohardus Epiſcopus Numedenſis.

A FRANCIA.

Otgerius Epiſcopus Spirenſis.
Buptus Padebornenſis.

AB ITALIA.

Luitprandus Cremonenſis.
Hermelandus Regenſis.

A TVSCIA.

Conradus Lucenſis. Piſaurus Senenſis.
Euerarius Aricienſis. Forentius Piſtorienſis.

EX ALIIS ITALIAE LOCIS.

Petrus Camerinenſis. Sico Oſtienſis.
Romanus Spoletinus. Benedictus Portuẽſis.
Gregorius Albanẽſis. Lucidus Cannenſis.
Theophilactus Præneſtinus.
Vvido Siluæ Cãdidæ. Ioannes Tiburtinus.
Leo Velitrenſis. Ioannes Foroiulienſis.
Sico Blerenſis. Romanus Ferẽtinẽſis.
Stephanus Senenſis. Ioannes Hormenſis.
Ioannes Nepeſinus. Ioannes Verulenſis.
Martinus Sutrinus. . . . . Phalarenſis.
Ioannes Narnienſis. . . . . Alatrenſis.
Ioannes Sabinenſis. . . . . Hortanus.
Ioannes Gallacenſis. Ioannes Anagnienſis.
. . . . Trebenſis.
Salibatinus Tarraconenſis.

CARDINALES.

Stephanus Cardinalis Archipresbyter Titulo Balbinæ.

Do-

Sel. Anno 963.

Dominicus Titulo Anaſtaſiæ.
Petrus Titulo Damaſi.
Theophilactus Titulo Chriſogoni.
Ioannes Titulo Equitij.
Ioannes Titulo Suſannæ.
Petrus Titulo Pammachij.
Adrianus Titulo Calliſti.
Ioannes Titulo Cæciliæ.
Adrianus Titulo Lucinæ.
Benedictus Titulo Sixti.
. . . . Titulo Quatuor Coronatorum.
Stephanus Titulo Sabinæ.
Benedictus Cardinalis Archidiaconus.
Ioannes Diaconus.
Bonfilius Diaconus Cardinalis Primicerius.
Georgius Secùndicerius.
Stephanus Adminiculator.
Andreas Arcarius.
Sergius Primicerius Defenſorum.
Ioannes Sacellarius.

S C R I N I A R I I.

Stephanus.	Adrianus.
Theophulactus.	Romanus.
Adrianus.	Leo.
Stephanus.	Benedictus.
Benedictus.	Item Leo.
Azo.	Et Leo.

Leo Primicerius Scholæ Cantorum.
Benedictus Subdiaconus, & Oblationarius.

S V B D I A C O N I.

Azo.	Demetrius.
Benedictus.	Ioannes.
Amicus.	Vrſo.
Sergius.	Ioannes.
Benedictus.	

Benedictus Subdiaconus, & ſubpulmentarius.
Stephanus Archiacolythus cum omnibus acolitis, & Regionarijs.

Ex Primatibus Romanæ Ciuitatis.

Stephanus filius Ioannis Superiſta.
Demetrius Melioſi.
Creſcentius Caballi; Marmorei.
Ioannes cognomento Nuzina.
Stephanus de Muza.
Theodorus de Ruſina.
Ioannes de Primicerio.
Leo de Carmizuli.
Ricardus . . . . .
Petrus de Canaparia.
Benedictus cum Bulgamino filio ſuo.

E X P L E B E.

Petrus, qui, & Imperiola eſt dictus, aſtitit cum omni Romanorum militia.

I. His itaque reſidentibus, ſilentiumque ſummum tenentibus, ita Sanctus eſt Imperator exorſus: Quoniam decorum eſſet, tam claro, Sancto; Dominum Papam Ioannem intereſſe concilio, cur tantum declinauerit eatum, vos ò Sancti Patres conſulimus, quibus communis labor Eeclſiaſticus, ac commune negotium exiſtit.

II. Tunc Romani Pontifices (Epiſcopi ſcilicet ſuffraganei) & Cardinales Presbyteri, ac Diaconi cum vniuerſa Plebe dixerunt: Miramur ſanctiſſimam prudentiam veſtram nos hoc velle percuntari, quod nec Iberieos, nec Babylonicos, nec Indicos incolas latet. Non hic iam de illis eſt qui ueniunt in veſtimentis ouium, intus autem ſunt Lupi rapaces: ita aperte diabolica pertractat negotia, vt nihil circuitionis vtatur. Imperator reſpondit: Iuſtum nobis videtur, vt accuſationes nominatim exprimantur. Deinde quod agendum eſt, communi conſilio pertractetur.

III. Tunc conſurgens Petrus Cardinalis Presbyter, ſe vidiſſe illum Miſſam eelebraſſe, & non communicaſſe, teſtatus eſt. Ioannes Epiſcopus Narnienſis, & Ioannis Cardinalis Diaconus ſe vidiſſe illum Diaconum ordinaſſe in equorum ſtabulo non certis temporibus ſunt profeſſi. Benedictus cum cæteris Condiaconis, & Presbyteris dixit, ſe ſcire quod ordinationes Epiſcoporum faceret pretio, & quod annorum decem Epiſcopum in Tudertina Ciuitate ordinarit. De ſacrilegio non eſt neceſſe percuntari, quia plus videndo, quam audiendo ſcire potuiſſemus. De adulterio dixerunt quod oculis non viderant, ſed pro certo ſcirent viduam Rainarij, & Stephanam patris concubinam, & Annam viduam eum nepte ſua abuſum eſſe, & ſanctnm Palatium lupanar, & proſtribulum feeiſſe. Venationem dixerunt publicè exereuiſſe. Benedictum ſpiritualem Patrem ſuum lumine priuaſſe, & mox mortuum

Anno Sal. 963.

eſſe. Ioannem Cardinalem Subdiaconum, virilibus amputatis occidiſſe: Incendia feciße; enſe accinctum, galea, & lorica indutum fuiſſe, teſtati ſunt. Diaboli in amorem vinum bibiſſe, omnes tam Clerici, quàm Laici, acclamarunt. In ludo aleæ, Iouis, Veneris, cæterorumque Dæmonum auxilium popoſciſſe dixerunt. Matutinas horas eum non celebraſſe, nec ſigno Crucis ſe minuiſſe profeſſi ſunt.

IV. His auditis Imperator, quia Romani eius loquelam propriam, ideſt Saxonicam, intelligere nequibant, Luitprando Cremonenſi Epiſcopo præcepit vt latino ſermone hæc Romanis omnibus quæ ſequuntur, exprimeret. Surgens itaque ſic cæpit.

V. Perſæpe contigit, & nobis expertis credimus, vt in dignitatibus conſtitutis inuidorum infamia maculentur. Diſplicet bonus malis quemadmodum, & malus bonis. Atq; hoc rei eſt, quod hanc in Papam accuſationem, quam modo Benedictus Cardinalis Diaconus legit, & vobiſcum fecit, amphibolam retinemus, incerti vtrum è zelo iuſtitiæ, an impietatis liuore proruperit. Vnde mihi indigno ſecundum conceſſæ dignitatis auctoritatem omnes obteſtor per Deum, quem fallere, & ſi vult, nemo poteſt, ſanctamq; eius Genitricem intemeratam Virginem MARIAM, perque Pretioſiſſimum Apoſtolorum Principis Corpus, in cuius hæc recitantur Eccleſia, vt nulla in Dominum Papam iaculentur conuicia, quæ non ſint ab ipſo patrata, atque à viris probatiſſimis viſa.

VI. Tunc Epiſcopi, Diaconi, Clerus, & cunctus Romanorum Populus, quaſi vir vnus, dixerunt: Si non, & quæ per Benedictum Diaconum lecta ſunt, hiſque turpiora, & ampliora. Ioannes Papa indigna commiſit facinora; non nos à peccatorum vinculis abſoluat Apoſtolorum Princeps B. Petrus, qui verbo cœlum indignis claudit, iuſtis aperit: ſimus anathematis vinculo innodati, atque in die nouiſſima in ſiniſtra parte poſiti cum eis, qui dixerunt Domino meo: Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus: Quod ſi fidem nobis non adhibitis, exercitui Domini Imperatoris ſaltem debetis credere, cui ante quinque dies enſe accinctus, clypeo, galea, lorica indutus occurrit ſolus Tyberis, qui interfluit, ne ſic ornatus ab exercitu caperetur, impediuit. Mox S. Imperator dixit: Tot ſunt huius rei teſtes, quot ſunt noſtro in exercitu bellatores. S. Synodus dixit: Si placet Domino Imperatori mittantur litteræ Domino Papæ, vt adueniat, ſeque ex his omnibus purget. Tunc eidem ſunt litteræ deſtinatæ quæ ſic ſe habent:

Summo Pontifici, & vniuerſali Papæ Domino Ioanni, Otho Diuina reſpectu Clementia Imperator Auguſtus, cum Archiepiſcopis Liguriæ, Tuſciæ, Saxoniæ, Franciæ, in Domino ſalutem.

VII. Romam ob ſeruitium Dei venientes, dum filios veſtros, Romanos ſcilicet Epiſcopos, Cardinales, Presbyteros, Diaconos, & vniuerſam plebem de veſtra abſentia percunctaremur, & quid cauſæ eſſet, quod nos Eccleſiæ veſtræ, veſtrique defenſores videre noluiſſetis, talia de vobis tamquam obſcena protulerunt, vt ſi de hiſtrionibus dicerentur, nobis verecundiam ingererent. Quæ ne magnitudinem veſtram lateant omnia, quædam vobis ſub breuitate deſcribimus, quoniam ſi cuncta nominatim exprimere cuperemus, dies nobis non ſufficeret vnus. Noueritis itaque non à paucis, ſed ab omnibus, tam veſtri, quàm alterius ordinis, vos homicidij, periurij, ſacrilegij, & ex propria cognatione, at ex duabus ſororibus inceſti crimine eße accuſatos. Dicunt, & aliud auditu ipſo horridum, Diaboli vos amorem vinum bibiſse: in ludo aleæ, Iouis, Veneris, cæterorumque Dæmonum auxilium popoſciſſe. Oramus itaque paternitatem veſtram obnixè, venire, atque ex his vos omnibus purgare non diſſimuletis. Si fortè vim temerariè multitudinis formidatis, iuramento vobis affirmamus, nihil fieri præter Sanctorum canonum ſanctionem. Data 8. Idus Nouembris.

VIII. Hanc Epiſtolam cum legiſſet, huiuſmodi apologeticum ſcripſit.

Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, om- CLXVI
nibus Epiſcopis. Nos audiuimus dicere, quod vos vultis alium Papam facere. Si hæc feceritis, excommunico vos de Deo Omnipotenti, vt non habeatis nullum ordinare, & Miſſam celebrare.

IX. Quum hæc Epiſtola in Sancta Synodo legeretur, aduenerunt, qui prius defuerant, Religioſi à Lotharingia, Herricus Treuirenſis Archiepiſcopus, ab Aemilia, & Liguria Vuido Mutienſis, Gezo Tertonenſis, Sigulfus Placenti-

centi-

Anno Sal. 963 *centinus. Quorum conſilio. Domino Papæ ita reſcribunt.*

Summo Pontifici, & vniuerſali Papæ Domino Ioanni, Otho diuina reſpectu clementiæ Imperator Auguſtus, ſed & ſancta Synodus Romæ ob ſeruitium Dei congregata, in Domino ſalutem.

X. Præterita Synodo, quæ celebrata eſt VIII. Idus Nouembris, litteras vobis direximus, in quibus accuſatorum veſtrorum verba, atque accuſationis cauſæ continebantur. Rogauimus etiam iiſdem litteris magnitudinem veſtram, quemadmodum iuſtum eſt. A vobis, non quales temporis qualitas, ſed inconſultorum vanitas expoſcit hominum, litteras accepimus. Non veniendi ad Synodum rationabilis eſſe accuſatio debuit: ſed & præſentes magnitudinis veſtræ debuerunt Nuntij intereſſe, qui aut ægritudinis, aut certæ difficultatis cauſa ſatisfacerent ſanctam vos Synodum declinaſſe. Eſt & aliud veſtris in litteris ſcriptū, quod non Epiſcopum, ſed puerilem ineptiam ſcribere deceret. Excommunicaſtis enim omnes, vt non habeamus licentiam canendi Miſſam, ordinandi Eccleſiaſticas diſpoſitiones, ſi alium Romanæ ſedis conſtitueremus Epiſcopum. Ita enim ſcriptum erat: Non habeatis licentiam nullam ordinare. Nunc vſque putauimus, immo credimus, duo negatiua vnum facere dedicatiuum, niſi veſtra auctoritas priſcorum ſententias infirmaret auctorum. Nos vero intentioni veſtræ, non verbis, reſpondeamus. Si ad Synodum venire, & obiecta purgare non differris, auctoritati veſtræ proculdubio obediemus: ſed ſi (quod abſit) venire, & obiecta vobis capitalia crimina purgare diſſimulatis, cum præſertim vos venire nihil impediat, non maris nauigatio, non corporis ægritudo, non itineris longitudo: tunc excommunicationem veſtram paruipendimus: eam potius in vos retorquebimus, quoniam quidem iuſtè facere poſſumus. Iudas Domini Noſtri IESV Chriſti proditor, immo venditor, cum cæteris priùs ligandi, atque ſoluendi poteſtatem à Magiſtro in hæc verba acceperat: Amen dico vobis, quæcumque ligaueritis ſuper terram, &c. Quandiu enim bonus inter diſcipulos fuit, ligare atq; ſoluere valuit: poſtquam vero cupiditatis veneno homicida factus, vitam occidere voluit, quam poſtea ligatum ſoluere, ſolutum ligare potuit, niſi ſeipſum quem infeliciſſimo laqueo ſtrangulauit? Dat. X. Kalend. Decembr. & Miſſa per Hadrianum Cardinalem Presbyterum, & Benedictum Cardinalem Diaconum.

XI. Qui cum ad Tyberim perueniſſent eū non inuenerunt (Pharetratus enim in campeſtria iam abierat:) nec quiſquam erat, qui his vbi ipſe eſſet, indicare poſſet. Quum eum inuenire non poſſent, cum eiſdem litteris ad ſanctam Synodum, quæ tunc tertio eſt habita, ſunt reuerſi.

XII. Mox Imperator ait: Expectauimus aduentum eius, vt præſente eo, quod nobis egerit quereremur. Verum quoniam eum non affuturum certo ſcimus, quàm perfidè nobiſcum egerit, vt diligenter agnoſcatis, etiam atque etiam flagitamus. Notum itaque vobis facimus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, reliquoq; Clero, necnon & Comitibus, & Iudicibus, omnique Plebi quod idem Ioannes Papa oppreſſus à Berengario, atque Adelberto rebellibus noſtris, miſit in Saxoniam Nuntios, rogans ut pro amore Dei in Italiam ueniremus, & Eccleſiam Sancti Petri, ac ſeipſum ex faucibus eorum liberaremus. Nos uerò, Deo adiuuante, quanto fecerimus non eſt neceſſe dicere ut in præſentiarum uidetis. Ereptus uerò mea opera, & eorum manibus, & honori debito reſtitutus, oblitus iuramenti, & fidelitatis, quam mihi ſupra Corpus Sancti Petri promiſit, eundem Adelbertum Romam uenire fecit, & contra me defendit, ſeditiones fecit, & uidentibus noſtris militibus Dux belli factus, lorica, & galea eſt indutus. Qui ſuper hoc Sancta Synodus decernat, edicat.

XIII. Ad hæc Romani Pontifices (ſuffraganei ſcilicet Epiſcopi) reliquuſque Clerus, & cunctus Populus dixerunt. Inauditum uulnus, inaudito eſt cauterio exurendum. Si corruptis moribus ſibi ſoli, & non cunctis obiſſet, quoquo modo tolerandus eſſet. Quot prius caſti, huius facti ſunt imitatione inceſti? Quot probi, huius exemplo conuerſationis ſunt reprobi? Petimus itaque magnitudinem Imperij ueſtri, monſtrum illud nulla uirtute redemptum à uitijs, à Sancta Romana Eccleſia pelli, aliumq; loco eius conſtitui, qui nobis exemplo bonæ conuerſationis præeſſe ualeat, & prodeſſe ſibi, rectè uiuat, ac bene uiuēdi nobis exemplum præbeat.

CLX. VII. *XIV. Tunc Imperator: Placet, inquit, quod dicitis; nihilque gratius nobis, quà vt talis, qui huic ſanctæ, & vniuerſali Sedi præponatur, inueniri poſſit.*

XV. His dictis omnes vna voce dixerunt: Leonem venerabilem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Prothoſcriniarium, virum approbatum, ad ſummi Sacerdotij gradũ nobis in Paſtorem eligimus, vt ſit Summus, & vniuerſis Papa Romanæ Eccleſiæ, reprobato ob mores improbos Ioanne Apoſtata. Quum hoc omnes tertio dixiſſent, annuente Imperatore, nominatum Leonem ad Lateranenſe Palatium, ſecundum conſuetudinem cumCardinalibus ducunt, & certo tempore in Eccleſia Sancti Petri ad ſummum Sacerdotium ſancta conſecratione attollunt, & fideles ſe ei aſſuturos iureiurando CLX. VIII. *promittunt.* Quamplurima de Ioanne adnotanda iure hic prætermitto, quod adhuc Laicus eſſet, cum in Pontificem eligeretur, vt Sigebertus ſcribit. Validam etiam, vel inualidam promotionem Io: XII. Quo in Petri ſede viuente, an in eum geſta, antiquorum Patrum traditioni reſpondeant; vnde ipſo viuente, iure Leo fuerit ſubrogatus. Porrò cum votum noſtrum ſit annales Imperatorum percurrere, non quid agendum Romæ, ſed quid actum ſit, proferam: vt poſtquàm facta ſuis ſint diſtributa locis; iura poſtea examinare poſſimus in annalibus Pontificijs, quos à Petro vſque in hodiernum diem edificamus. Otho enim Friſingenſis Epiſcopus, Germanus licet, & inter fautores Othonis Imperatoris, cum de ſupradicti conuentus validitate ſermo incidit, ita ſoluit. *Quæ omnia vtrum licitè, aut ſecus acta ſint, dicere præſentis non eſt operis: res enim geſtas ſcribere, non geſtarum rerum rationem reddere propoſuimus.* Lib. 6. cap. 23. in Cron.

LEONIS, ET POPVLI ROMANI CONSTITVTIO

De electione Summi Pontificis, & inueſtituris Epiſcoporum, facienda per OTHONEM I. Imperatorem.

CLXIX Altiora conſcendimus, & illius ſupremæ ſedis attingimus apicem, quam ſuperbæ nequeunt præualere inferorum portæ. Sed vndè habuit Cæſar in Sanctuarium Dei, ſummum manuducere Sacerdotem? eccleſiaſtica non fuit diſciplina, ſed correctionis neceſſitas, quæ compromiſſarium conduxit Cæſarem, vt illi Pontificis electione commiſſa, Romana coerceretur libido, vnde totius Chriſtiani Orbis Eccleſia diſtrahebatur in partes, & Petri agitabatur nauicula, vt penè ſuperborum fluctibus mergeretur. Cæterum Eccleſiæ Claues Petro non Cæſari datas quis dubitat? Quæ ſunt Cæſaris dentur Cæſari, quæ Dei Lib. 7. Deo. Audi Sigonium. *Leone Pontifice ſubrogato tum de ſtatu Eccleſiæ reformando relatum. Non erat neſcius Leo, omnem præſentis huius perturbationis Eccleſiæ fontem à fœda Romanorum ambitione eſſe deductum, qui pontificatum, ideſt, Romæ, ac totius propè Italiæ dominatum anxiè affectantes, inteſtinis iampridem ſeditionibus ciuitatem, ac comitia corrupiſſent. Non ſine cauſa Hadrianum Primum Carolo Magno tribuiſſe, vt Eccleſiam ordinaret, & Pontificem legeret. Hadrianum Tertium, qui libera ex omni parte comitia effeciſſet, plus dignitati, quàm quieti Eccleſiæ ſtuduiſſe. Nam libertate Populo in Comitijs reddita, Romanos in dies deteriores effectos. Nimirum hanc libidinem coercendam eſſe, neque aliud frenum acrius inijci poſſe, quàm ſi Hadriani Primi conſtitutio renouetur. Itaque relatione facta, & re in diſceptationem adducta, præſente atque aſſentiente conuentu ſic ſtatuit.*

SENATVS CONSVLTVM ROMANVM

Pro Electione Pontificis ab Imperatore facienda.

CLXX. *Conuenit Apoſtolico moderamini, petentibus beneuola compaſſione ſuccurrere, & poſcentium animis alacri deuotione præbere aſſenſum. Ex hoc enim lucri potiſſimum præmium apud conditorem omnium reperitur. Deinde quoque, & cunctum Clerum, & omnem*

Popu-

Anno Sal. 963 *Populum aſſerimus eſſe concordem, & ad meliorem ſtatum fore productum. Atque ideo, quia iuſtè, & rationabiliter ueſtra humilitas à noſtro Apoſtolatu humiliter poſtulat, quatenus gratulanter peragentes ſanctam Synodum veſtro conſilio congregatam in Patriarchio Lateranenſi, in Eccleſia Sancti Saluatoris conſtitutam à pluribus uiris Catholicis, Epiſcopis, & Abbatibus, inſuper Iudicibus, & legis Doctoribus, promulgantes, qualiter quiete, & pacificè ſtare, & vinere valeamus, præſentibus omnibus, & ſingulis regionibus huius Almæ Vrbis Romæ, & ex omnibus ordinibus Cleri, & Populi, aſſerentibus, & confirmantibus per omnia, ut hereſi, & altercationi, ac omni errore expulſo (quoniam his temporibus error ex hoc accreſcere cernitur) diſcernatur tàm de Romano Imperio, quàm de Apoſtolica Sede, ac dignitate Patriciatus, & de inueſtituris Epiſcopatuum. Idcirco ad exemplum Beati Adriani, Sedis Apoſtolicæ huiuſmodi Epiſcopi, cuius vitam, & actionem ſatis diſcretam audiuimus, & rationabilem admodum in ſuis ſpiritualibus ſanctionibus recognouimus. Idem enim ſanctus vir ſanctam Synodum congregauit, & in præſentia omnium, eorumq; auctoritate, Domino Carolo inuictiſſimo Regi Francorum, & Longobardorum, ac Patricio Romano, ſuiſque ſucceſſoribus Regnum Italiæ. Patriciatus dignitatem, ac ordinationem Sedis Apoſtolicæ conceſſit: inſuper, & Epiſcopatum inueſtituras, velut ipſi cum diſcretione, & reuerentia libitum fuerit (præter quos tam Pontifici ſummæ ſedis, quam Archiepiſcopis ipſe Carolus reliquit.)*

II. Igitur nos Leo Seruus ſeruorum Dei, Epiſcopus, ad idem exemplum Beati Adriani, cum cuncto ſimiliter Clero, & vniuerſo Populo Romano, omnibuſque ordinibus huius almæ Vrbis, ſicut in ſuis ſcripturis apparet, conſtituimus, confirmamus, & corroboramus, & per noſtram Apoſtolicam auctoritatem concedimus, atque largimur Domino Othoni Primo Auguſto, Teutonicorum Regi prouidentiſſimo.

Spirituali in Chriſto filio noſtro, eiuſque ſucceſſoribus huius Regni Italiæ in perpetuum tam ſibi facultatem eligendi ſucceſſorem, quam ſummæ Sedis Apoſtolicæ Pontificem ordinandi: ac per hoc Archiepiſcopos, ſeu Epiſcopos, vt ipſi tantum ab eo inueſtituram accipiant, & conſecrationem vbicumque pertinuerit; exceptis his, quos Imperator Pontifici, & Archiepiſcopis conceſſit. Ita demum aſſerimus, quod nemo deinceps, cuiuſcumque gradus, vel conditionis, aut dignitatis, ſeu religionis eligendi Regem, vel Patricium ſiue Pontificem ſummæ Sedis Apoſtolicæ, vt quemcumque Epiſcopum, vel ordinandi habeat facultatem, ſed ſoli Regi Romani Imperij hanc reuerendam tribuimus facultatem, quam abſque omni pecunia diſponet, & vt ipſe ſit Patricius, & Rex.

Quod ſi à cuncto Clero, & vniuerſo Populo quis eligatur Epiſcopus, niſi à dicto Rege laudetur, & inueſtiatur, non conſecretur. Si quis contra hanc regulam, & auctoritatem Apoſtolicam, & traditionem aliquid molitus, aut temerator in aliquo repertus fuerit, ſiue contra hoc noſtrum Cōcilium agens, ſciat ſe in iram Sancti Petri Principis Apoſtolorum, & filij noſtri Domini Othonis, eiuſque ſucceſſorum, & omnium prædeceſſorum noſtrorum cenſuram, & anathematis vinculum incurſurum, ac per hoc excomunicationi vniuerſalis Eccleſiæ, omniſque populi Chriſtiani eum ſubiacere decernimus. Inſuper, niſi à malo reſipuerit, irreuocabili exilio puniatur, vel vltimis ſupplicijs feriatur. Qui verò pio intuitu cuſtos, & obſeruator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam, vitamque æternam cum omnibus Sanctis ſine fine mereatur habere in ſæcula ſæculorum. In his actis interficere Senatores, Proconſules, Exarchatus, Vicemtenentes, Regionarij Scholæ Græcorum, Arabum, Iudæorum, & Paganorum, & de maioribus omnium Platearum: inſuper Cardinales, Archiepiſcopi, omnes Presbyteri, & Epiſcopi definitimis Ciuitatibus, Proceſſionarij, Notarij, Cancellarij, & ex omni Plebe Romani Imperij: Datum in Patriarchio Lateranenſi Indict. VI. Anno ...... & dicti Domini Othonis II. fæliciter.

Huc facit Senatus Conſultum ſub nomine Papæ Leonis VIII. vulgò circumlatum, in quo gratè Othoni, & ſucceſſoribus Imperatoribus ſe reſtituere dicit, quæ vel Conſtantinus donauit, aut Karolus ex Longobardis accepta Eccleſiæ dedit; aut ante illum Iuſtinianus confirmauit, vel Arithperdus Longobardorum Rex tribuerit. Eius exemplum apud Krantzium tale legitur.

SENA-

Anno Sal. 963.

SENATVS CONSTVM ROMANVM.

De Reſtituendis Romano Imperio omnibus temporalibus, quæ per Reges, ac Imperatores Eccleſiæ Romanæ in damnum Imperij ſimul, & ipſius Eccleſiæ collata fuerant.

CLXXI NOs Leo, ſeruus ſeruorum Dei Epiſcopus, Othoni ſpirituali filio noſtro in Chriſto, Imperatori Auguſto, & omnibus ſucceſſoribus ſuis Imperatoribus, ac Regibus Regni Italiæ.

Kram. Saxon. 4.c.10.

I. Quæcumq; Dominus Karolus Rex Frãcorum, & Longobardorum, & Patricius Romanus, necnon Pipinus Pater eius, de regalibus Regni Italiæ tribuerunt in Sancta Romana Eccleſia Beato Petro Apoſtolo, ſiue per inſtrumenta, quæ ſcripta fuerunt per Etherium Notarium ſuum, ſiue per ſacrã, * ſiue donationes, ſiue per alios modos ſibi obuenerunt à Iuſtiniano Imperatore, & Ariperto Rege: hæc omnia largimur, & diffinimus vobis Othoni Imperatori, & Adheleidæ coniugi tuæ, Regniq; conſorti, veſtriſq; vtriuſq; ſucceſſoribus Regni Italiæ in perpetuum, præſentibus Sacroſanctis Euangelijs, & Patrocinijs plurimorum Sanctorum (videlicet.

* Al. ſacramẽta.

II. De Cruce Domini, & de Caligis pedum ſuorum, & de Veſtimento inconſutili, & ſuper Corpus Beati Petri cum terribilibus Sacramentis à Papa prædicto, & ſuis Cardinalibus) per conſenſum, & auctoritatem totius Populi Romani, tàm Clericorum, quàm Laicorum, de omnibus ordinibus Romanis ex vnaquaq; regione præſentibus, laudantibus, & confirmantibus pro nimia perſecutione Paganorum.

III. Et Deus Omnipotens tibi victoriã largiri dignetur, & expellere eos de Prouincijs Romani Imperij. Prædictas autem donationes, quas ſpecialiter hic nominabimus, & perpetuatim in regalibus rebus ſubiacere volumus per noſtram Apoſtolicam traditionem: Surrianum, Montem Bordenſem, & Lunæ Inſulam, Corſicæ Regnum, Parmam, Mantuam, Montenſelete, Inſulam Venetiarum, Ducatum Ferrariæ, Gauellum, Caniſdam, Ducatum Hiſtriæ, Dalmatiam, Exarchatum Rauennatenſem, Fauentiam, Ceſenam, Caſtrum Tiberiatus, Roccam Medilianam, Roccam Comiza, Roccam Cornicularіam, Ciuitadellam, arcem Mediolanam, arcem Comenſem, Terminum, Terimium, Caſtrum, Ceperianum: Terram Cornulariam, Roccam Fauillam, Petram de Appla, ſeu caſtrum Tuſinianum, Petram Mauri, Cernutullam, Ducatum Arimini, Contam, Montem Ferretum, Montem Capiniam, ſeu Olimpicum, caſtrum Exforij, Bobium, Eugubium, Vrbinum, forum Semporij, Galli, & Senogalli, Anconam, Auximanam, Goſam, Ducatum Peruſij, Vrbenetam, & Tudertum, Amelia, Ortum Montis ſarapti cũ oppidis ſuis, Caſtrũ Cimianum, Caſtrum Gallera, Caſtrum Sutriamum, Caſtellanum, Tiburtinum, Ducatum Spoletanum, Marcham Marſij, & Anchar, Theanum, Locumbarem terram, Termulanenſem, Drogonaiam, Liſima Montis Gargani, et Capitenaeam, Apuliam, Calabriam, Bar, Theantrum, Ducatum Neapolim, Ducatum Beneuenti, Capuam, Salernum, Otrenti Inſulam, Sardiniam Inſulam, Meſanam, Aticiæ Inſulam, ſeu montis Lucreti, Montis Argentarij, Territorium Cuſitanum, Territorium Præneſtinum, & Cornetum prope mare cum multis Caſtris, Terram Silandis, Terram Cluſinam prope Peruſiam, Terram Fundanam, Terram Caſſipate, Terram Vegetanenſem, Terram Claudianam, Terram Camiſinam, Terram Sabinenſem, Terram Siram, Terram Coranij, Terram Portuenſem cum Inſula Archis, Terram Oſtienſem cum Maritimis, Caſtrum Lucolis, & Montisbobium cum tota Campania, Ciuitatem Fundis, Ciuitatem Aquinenſem, Ferentium, & Tarracium, Ciuitatem Lamentum, & Sufforariam, Liſuuarias, Septimi, Tranueicies, Ciuitatem Niphiſij, Ciuitatem Faliſenã, Fidenam, Villam magnam, Feretrum, Clyternam, Vitrialam, Pontealongum, Geſſum, Roccam Bergalli, Roccam Farianam, Roccam Pallioli, Caſtrum Ruptum, Alborum, Caſtrũ Rubeum, Neapolim, Galliopolim, Cotronum, Regium, Almæ Sitonis, Tranſpadum, caput Apuliæ, Melphim, Bellum, Pineum, Fortomini, Ciuitatem Maritimam, Territanenſem in Regno Trinacriæ, Patarenſem, Meranenſem, Catanienſem, Athenarium, Monaſterium

Sancti

Anno Sal. 963.

Sancti Benedicti in Monte Caſino, Monaſterium Farſenſe, Monaſterium Inbellimarum, Monaſterium Sancti Vitalis Rauennæ, Monaſterium Sancti Hilarij, Monaſteriũ Sancti Archangeli Bonanienſis, Monaſterium Aulæ Regiæ, Monaſterium Nouanculæ, Monaſterium Martyrum conſtitutum in Tuſcia, vt hæc omnia habeatis, teneatis, & poſſideatis in perpetuum ad vſus Curiæ, & militiarum veſtrarum ad bellandum, & expugnandum contra prædictos Paganos, & contra rebelles Romani Imperij. Ideoque per huius noſtri authoritatem inſtrumenti confirmamus, & corroboramus in omnibus progieniebus veſtris de generatione in generationem in perpetuum; Quod ſi quiſquam hanc authoritatem noſtram deſtruxerit, & huius violator eſſe repertus fuerit, ſiue contra hoc agens, ſciat ſe in iram Beati Petri Principis Apoſtolorum, & noſtram, noſtrorumque prædeceſſorum caſurum. Inſuper, niſi à malo reſipuerit, ſubiacebit Legi Iuliæ, reus Regiæ Maieſtatis, & Reipublicæ, vt ij, qui contra Rempublicam, vel contra Imperatoriam Maieſtatem aliquid moliti fuerint, animæ amiſſionem ſuſtineant, & bona eorum publicentur. Fiat, fiat.

Actis iſtis interfuere Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij de vicinis Comitatibus.

V. Archiepiſcopus Calaritanus.
Ciconatus Epiſcopus.
Euſtaſius Albanenſis Epiſcopus.
Gratioſus Præneſtinus Epiſcopus.
(Martinus Narnienſis Epiſcopus.)
Benedictus Tudertinus Epiſcopus.
Boardus Caſtrenſis Epiſcopus.
Ioannes Peruſienſis Epiſcopus.
Georgius Ortenſis Epiſcopus.
Andreas Mamentanenſis Epiſcopus.
Georgius Tudertinus Epiſcopus.
Valentinus Merenenſis Epiſcopus.
Theodoſius Melitenſis Epiſcopus.
Sauianus Feranenſis Epiſcopus.
Albertus Lucerinenſis Epiſcopus.
Damianus Alanus, Epiſcopus.

CARDINALES PRESBYTERI.

Georgius Cardinalis ad Vincula.
Benedictus Cardinalis de Præſepe Sanctæ Mariæ.
Cardinalis Presbyter Leo S. Hieruſalem.
Ianuarius Presbyter Cardinalis S.Cæciliæ.
Cardinalis Presbyter Fauſtinus Sancti Petri Apoſtoli.
Marcus Presbyter Cardinalis.
Patriarchatus Lateranenſis.
Iulianus item Lateranenſis Presbyter.

Hi omnes Cardinales his actis interfuere Omnes Schola Romana.

Deinde Protoſcriniarij, Satellarij ex omni ordine Romanenſi, atque minoris Populi Romani.

ITEM.

Fauſtinus, caput Senatus Exconſul.
Probinus Exconſul de Palatio Luciano.
Romanus de forma Traiana.
Paulus de Templo Palatino.
Ioannes de via Claudia.
Leo de Via Salaria.
Remigius de Via Amelia.
Scaniphus de Via Mamertina.
Romulus de Via Ardeatina.
Sardus de Via Flaminia.
Marcus de Via Portunenſi.
Garbus de Via Latina.
Sauinus de Via Appia.
Marianus de Via Tiburtina.
Gardus de Macello Lydiæ.

In his actis etiam interfuere de omnibus iſtis Regionibus.

Regio vico Patricij. Regio vrbis Rauennę.
Regio violata. Regio octaua ſub Capitolio.
Regio caput Tauri.
Regio Cælimontis. Regio ad Gallinas albas
Regio Riui Argẽtarij. Regio Labontica.
Regio prima Auẽtini. Regio Horea.
Regio ad duos mõtes. Regio Fuctim.
Regio ſecunda Mamertini.
Regio ſecus Portam Metroni.
Ianuarius ex Meta Græcorum.
Traianus de Monte Molbio.
Ioannes Conſul de Palatio Soſaritano.
Amacius Conſul de Palatio Vaticano.
Ioannes de Monte aureo.
Petrocius de Cirto.
Gregorius de Cella Noua.

Scripta per manum Gregorij Archinotarij noſtri. Datum in Patriarchio Lateran. III. Kal. Maij. Indict. VI. Anno ſedis noſtræ II. & dicti Domini Othonis Secundo, fæliciter.

PAPÆ

Anno Sal. 964

PAPÆ IOANNIS XII. INSIDIÆ IN OTHONEM, Eiuſq; Mors. *Sal. Anno 964.*

PEractis, quæ ſatis videbantur ad ſubleuandam laborantem Eccleſiam: Plerique ſecunda vice Othonem à Leone imperialibus decoratum inſignibus, auctores ſunt. Inde ne militum multitudine Romanis oneri eſſet, partem exercitus ad premendum obſidione Berengarium miſit, atque ipſe dies Natalicios ab omnibus ſecurus inſidijs Romæ cum Leone traduxit. Hoc Anno moritur Comes Canuſſinus, filijs Si-
CLX-XII. Luitpr. c.11.16. geberto, & Tedaldo relictis. *Quumque hoc Ioannes Papa cognoſceret, non ignorans quàm facilè Romanorum mentes pecunia poſſet corrumpere, clam Romam mittit Nuncios, Beati Petri, omniumque Eccleſiarum pecuniam repromittentes, ſi ſuper pium Imperatorem, & Dominum Leonem Papam irruerent, eoſq; impijſſimè trucidarent. Quid multis morer? Romani quàm mox exercitus paucitate confiſi, imo decepti, & pecuniæ promiſſione animati, buccina concrepante ſuper Imperatorem vt eum occidant, feſtinare contendunt. Quibus Imperator ſuper pontem Tyberis, quem Romani plauſtris impeditum habebant, occurrit. Cuius fortes milites aſſuefacti bello, pectore, & armis intrepidi, eos inter proſiliunt, & quaſi accipitres auium multitudinem nullo reſiſtente proterunt. Non latibula, non corbes, non conaua ligna, non cryptæ, ſordium receptacula fugientibus tutelæ eſſe poſſunt. Occiduntur itaque, & vt aſſolet contingere viris fugientibus, paſſim à tergo vulnerantur. Quis tunc Romanorum cladis huius ſuperſtes fieret, niſi Imperator Sanctus miſericordia quæ eis nulla debebatur, inclinatus, ſuos adhuc interficere ſitientes retraheret, & reuocaret? itaque*
CLX-XIV. *deuictis omnibus, atque ijs qui ſupererant obſidibus acceptis, venerabilis Papa Leo pedibus Imperator prouolutus orat, vt Romanis obſides reddat, ſeque eorum fidei commendet. Rogatu denique venerabilis Papæ Leonis Imperator Sanctus Romanis obſides reddit, non incertus, quod proſecuturus ſum, incepturos. Igitur Romanorum fidei eundem Papam quemadmodum Lupis, Agnum commiſit. Deinde Roma exiens Camerinum, Spoletumq; verſus, vbi Adelbertum eſſe audierat, properauit. Interea mulieres, quibus cum Ioannes qui dictus* CLXX-V.
eſt Papa, voluntatis ſuæ ludibrium exercebat, non ignobiles, & plures concitauerunt Romanos, vt Leonem ſummum, & vniuerſalem Papam à Deo, & ipſis electum perderent, & Ioannem in vrbem ſuſciperent. Quod quum feciſſent, Deo miſerante, ex eorum manibus eſt venerabilis Papa Leo liberatus, pauciſque ipſum concomicantibus, ad pijſſimi Imperatoris miſericordiam eſt profectus. Reuerſus in vrbem Ioannes animi ſui acerbitatem euomuit. Quippe Conuentu Clericorum coa- CLX-XVI.
cto, Leonis acta & inſtituta omnia infirmauit, *Imperator denique ſanctus tantum dedecus ægrè ferens tum ex Domini Papæ Leonis deiectione, tum ex Ioanne Cardinali Diacono, & Azone Prothoſcriniario, quorum alterum manu dextera, alterum lingua duobus digitis, naribuſque abſciſis, Ioannes abdicatus defœdauerat, reparato exercitu Romam redire diſpoſuit. Priuſquam tamen Sancti Imperat. copia eſſent congregatæ volens cünctis ſeculis innoteſcere Dominus, quàm iuſtè eſſet Ioannes Papa à ſuis Epiſcopis, & Plebe repudiatus, quamque poſtmodum iniuſtè receptus:* CLX-XVII.
quadam nocte extra Romam dum ſe cum cuiuſdam viri vxore oblectaret, in temporibus adeò à diabolo eſt percuſſus, vt intra dierum octo ſpatium eodem ſit vulnere mortuus. Sed Euchariſtiæ viaticum ipſius inſtinctu qui eum percuſſerat, non percepit: quemadmodum à ſuis cognatis, & familiaribus qui præſentes erant, perſæpe ſub atteſtatione audiuimus.

ELECTIO BENEDICTI IN PONTIFICEM A ROMANIS Facta abrogatur à Leone VIII. OTHO Romam occupat. Benedictus in exilium mittitur. *Sal. Anno 964.*

CLX-XVIII. Luitpr. IOanne XII. ex Luitprandi hiſtoria miſerabiliter mortuo, *Romani omnes iuramenti quod Sancto Imperatori promiſerät immemores, Benedictum Cardinalem Diaconum Pa-*

Anno Sal. 964 *Papam conſtituunt, inſuper, & iuramento numquam ſe eum dimißuros, ſed eum contra Imperatores potentiam defenſuros promittant. Quo audito Imperator vrbem vallauit, nemi-*
CLXXIX. *nem qui non membris truncaretur exire permiſit: machinis, & fame vſque adeo afflixit, donec Romanis nolentibus vrbem reciperet, Leonem virum venerabilem debitæ ſedi reſtitueret, ac Benedictum ſummæ ſedis inuaſorem eius præſentaret. Reſidentibus itaq; Domino Leone Summo, & vniuerſali Papa in Eccleſia Lateranenſi, necnon & Imper. Sanctiſs. Othone, & Epiſcopis Romanis, Italicis, à Lotharingia, & Saxonia Archiepiſcopis, Presbyteris, Diaconis, omnique Romanorum Plebe, quorum nomina ſuperius adſcribuntur: aduenit Benedictus Apoſtolicæ Sedis inuaſor, eorum qui ſe elegerant manibus adductus, pontificalibus veſtibus indutus. Quem Benedictus Cardinalis Archidiaconus tali eſt ſermone aggreſſus. Qua tibi auctoritate, quaue lege, ò inuaſor, hæc pontificalia indumenta uſurpaſti, ſuperſtite hoc præſente Domino noſtro venerabili Papa Leone, quem tu nobiſcum accuſato, & reprobato Ioanne ad Apoſtolicatus culmen elegiſti? num inficiari potes præſenti Domino Imperat. iuramento promiſiſſe, numquam te cum cæteris Rom. Papam electurum, aut ordinaturum abſque illius filijq; ſui Regis Othonis conſenſu? Benedictus reſpondit: ſi quid peccaui miſeremini mei. Tunc Imperator effuſis lacrymis, quàm miſericors eſſet, oſtendens, rogauit Synodum, ne Benedicto præiudicium fieret. Si vellet, & poſſet, ad interrogata reſponderet: quod ſi non poſſet, aut nollet, ac ſe culpabilem redderet, tamen pro timore Dei miſericordiam aliquam inueniret. Quo audito, ad Domini Leonis Papæ pedes ipſiuſq; Imper. Benedictus concitè procidens, ſe peccaſſe, ſeq; Sanctæ Rom. ſedis inuaſorem eſſe acclamauit. Poſt hæc pallium ſibi abſtulit, quod ſimul cum pontificali ferula quam manu geſtabat, Domino Papæ Leoni reddidit. Quam ferulam idem Papa fregit, & fractam Populo oſtendit. Deinde Benedictum in terra ſedère præcepit. Cui caſulam quam planetam vocant, cum ſtola pariter abſtulit. Poſt autem omnibus Epiſcopis dixit, Benedictum Sanctæ, & Apoſtolicæ Sedis Romanæ inuaſorem, omni pontificatus, & præsbyteratus honore priuamus: ob eleemoſynam verò Domini Imperatoris Othonis, cuius ſumus opera in ſedem debitam reſtituti, Diaconatus eum ordinem habere permittimus, & non iam Romæ, ſed in exilium deſtinamus.* Qui (vt Sigonius ſcribit) in Germaniam deportatus, Namburgi diem obijt:

His actis (Sigonius progreditur) *Otho,* CLXXX.
Beatorum Apoſtolorum feſto Romæ celebrato, vrbe diſceſſit, & quod Adelbertum, relicto Camerino, in Corſicam profugiſſe audiuerat, in Etruriam tranſijt. Itaque ad Aquampendentem cum eſſet pridie Nonas Iulij, Goslino Epiſcopo Patauino, bona Eccleſiæ precipuo beneficio confirmauit. Cuius tabulas ad illuſtranda hæc tempora his annalibus ad verbum licet intexere.

PRIVILEGIVM DATVM AB OTHONE IMPERATORE Eccleſiæ Patauinæ.

CLXXXI. *IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Otho diuina fauente clementia Imperator: Si ſanctis, & venerabilibus locis digna conferimus munera, aut collata à pijs, & religioſis viris Imperiali auctoritate confirmamus, ad ſtatum Regni noſtri proficere credimus. Proinde omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorum præſentium, ac futurorum comperiat induſtria, qualiter prò Dei amore, animæque noſtræ remedio, necnon conſultu, & interuentu dilectæ coniugis noſtræ Adheleidæ, & conſortis Imperij noſtri, per hanc noſtri præcepti paginam, prout iuſtè, & legaliter poßumus, confirmamus, ac corroboramus Eccleſiæ Sanctæ Dei Genitricis, & Virginis MARIAE, & Sanctæ Iuſtinæ, quæ caput eſt Patauienſis Epiſcopij, cui præeſſe videtur Goslinus venerabilis Epiſcopus, noſterque dilectiſſimus fidelis, omnes Plebes, Abbatias, Xenodochia, atque Curtes, nec non illam, quæ Saccum dicitur, quæ à prædeceſſore noſtro Berengario Imperatore, & Hugone Rege eidem Eccleſiæ per præcepti paginam data eſt, quatenus prætaxatus Pontifex ſuiq; ſucceſſo-*

Anno Sal. 964. *ceſſores ad partem ipſius Eccleſiæ habeant, teneant, firmiterque poſſideant in perpetuum prædictas Plebes, Abbatias, Xenodochia, atque Curtes vnà cum ſeruis, & ancillis, aldionibus, & aldianis, omnibuſque rebus, quæ dici, vel nominari poſſunt, ad præfatum Epiſcopum pertinentibus. Concedimus etiam ac Imperiali auctoritate confirmamus prælibato Goslino*



GOSLINVS EPISCOP. PATAVINVS.

Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus in cunctis ſui Epiſcopij poſſeſſionibus, vbicumque ſibi melius viſum fuerit, Caſtella cum turribus, & propugnaculis erigere, negotia conſtituere, molendina componere, & publicas aquas ad vtilitatem ipſius Eccleſiæ trahere, piſcationes exereère, abſque alicuius contradictione. Inſuper concedimus, atque largimur, vt ſi præcepta, aut teſtamenta, aut chartula ipſius Eccleſiæ Vngarorum incurſu, incendio, aut aliquo caſu perditæ ſint, & lites contra eandem Eccleſiam ſurrexerint, hac noſtra Imperiali poteſtate fultus præfatus Pontifex ſuique ſucceſſores per inquiſitionem, & ſacramenta trium liberorum hominum approbent, & teſtificentur eaſdem res ad partem ſuæ Eccleſiæ, quas deinceps firmiter poſſideant in perpetuum. Præcipientes igitur iubemus, vt nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, aut aliqua Regni noſtri magna, paruaq; perſona prælibatum Epiſcopum, ſuoſque ſucceſſores de præfatis rebus inquietare, aut moleſtare, aut de ipſis rebus teloneum exigere præſumat, ſed liceat præfatum Epiſcopum cum ſuis omnibus, vt dictum eſt, quietè, & pacificè viuere, & pro nobis Dominum exorare omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur, quod fieri non intendimus neſario auſu huius noſtræ confirmationis, & corroborationis præceptum infringere præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem præfato venerabili Epiſcopo Goslino, eiuſque ſucceſſoribus, qui prò tempore fuerint. Quod vt verius credatur, & diligentius ab omnibus obſeruetur, iuſſimus inde hoc præſens præceptum conſcribi, annuloque noſtro ſignari, & manu propria ſubter firmauimus.

Signum Domini Othonis Magni, & Inuictiſſimi Imperatoris Auguſti.

Luitgerius Cancellarius ad vicem Vidonis Epiſcopi, & Archicancellarij recognoui, & ſubſcripſi.

Data pridie Non. Iul. Anno Domin. Incarnat. DCCCCLXIII. indict. IV. Anno Imperij Magni Othonis Imper. Aug. III. Actum ad Aquampendentem in Chriſti nomine. Amen.

Variant circa Annum Scriptores, quem 964. vult Sigonius, 963. dicit Meibomius.

Præſenti Anno Berengarium cum vxore *Otho*
Vvilla, & filio Adelberto in monte Leonis *Friſing. lib. 6. c.*
obſeſſum, cum caſtello in deditionē accepit *34.* CLX-
Imper. ac in Baioaria cuſtodiæ mancipatum, XXII.
exilio relegauit: *Adelbertus interim fuga elapſus manus euaſit Imperatoris.* Quæ tamen incerto vagantur auctore; Imò Kran- *Cap. 9.*
tzius ſcribit ab Othone vtrumque in exiliū, *lib. 4. Saxon.*
miſſum: *Berengarium in Germaniam, Franciæ vrbem Bambergam: Albertum Conſtantinopolim, quo Græcorum etiam Imperatori gratificaretur.* Adiungit Auctor qui apud Reginonem Actuarium iunxit, quod *Sal. Anno DCCCCLXVI. quondàm Italiæ Rex Berengarius exul moritur, & in Bamberger regio more ſepelitur. Cuius vidua Vvilla antequam ſepeliretur, ſibi velum ſanctimoniale aſſumpſit.*

Quod ad Othonem ſpectat, in Etruria Auguſto menſe tranſacto, in Lombardiam
conceſſit: Quo maxima exercitus parte vi CLX-
obortæ peſtilentiæ amiſſa, magno cum la- XXIII.
bore peruenit. Nec vitia hæc temporum dicas, ſed hominum, in quos vltio diuina cœlum armauit, & terram. Audi Dietma- *Chron.*
rum. *Anno Domin. Incarnat.* 963. (alij 964. *lib. 2.*
dicunt)

Anno Sal. 964. dicunt) *ob depoſitionem ſupra memoratam Benedicti Papæ, & exilium quo moritur, ſæua mortalitas Imperatoris exercitum ſubſequitur, quæ Henricum Treuerenſem Archiep. & Ducem Godefridum cum cæteris innumerabilibus conſumpſit*. Quia vt ipſe præmiſerat Ditmarus *Romanorum præpotens Imperator Auguſtus, valentiorem ſibi in Chriſto Dominum Apoſtolicum, nomine Benedictum, quem nullus abſque Deo iudicare potuit, iniuſtè vt ſpero, accuſatum deponi conſenſit, & quod vtinam non feciſſet, exilio ad Hammaburg relegari præcepit, vt poſtea lucidiùs indicabo*.

OTHO IN GERMANIAM REVERTITVR.

BRVNO Archiep. Colon. moritur. ADALBERTVS à Burchardo vincitur.

CLXXXIV. Annus Redemptionis DCCCCLXV. inchoatur, & Otho Natalicio feſto Papiæ acto in Germaniam abit. *Cui filij Otho, & Vvilhelmus Archiepiſcopus in confinio Franciæ, & Alemanniæ in Villa Heimbodesheym occurrerunt* (vt in additione ad Reginonem) *& cum magna ibi eum alacritate ſuſceperunt. Inde Vvormatiam progreſſus, fratrem ſuum Brunienſem, aliàs Brunonem Archiep. in Purificatione S. MARIAE Virginis obuium habuit, ſicq; tota Quadrageſima in Francia commorans, in Ingelsheim Paſcha cum magno gaudio celebrauit. Inde nauigio Colonia attingens matrem ſuam dominam Mathildem, & ſororem ſuam Gerbirgam Reginam, filiumq; eius Lotharium ſibi obuios condigno amore, & honore tractauit, ſicq; in Saxoniam iter ſuum direxit*. Interim *Bruno Dux*, Sigebtr.



& Archiepiſcopus Colonienſis in Franciam pergens ad pacificandos nepotes ſuos Lotharium Regem, & filios Hugonis, vbi Compendium venit, febre correptus Remis redit, ibique quicquid in re mancipij habuit per teſtamētum Eccleſijs Sanctorum delegato mortuus eſt, & corpus eius Deoderico Metenſium Epiſcopo Coloniam refertur.

CLXXXV. Lombardi verò eadem libidine fatigati, ac antea Romani, ſuperbum potius Italici hominis, quàm moderatum externi, Regnum eſſe Italicis ferendum, nouum excitant tumultum. Sigon. Itaque nonnulli Comites, & Sigulfus Placentinus Epiſcopus Adelbertum ex Corſica reuocarunt, atque in Lombardiam reuerſum omni ope ad recuperan-

Anno Sal. 963. dum Regnum adiuuerunt. *Quod ſimul Otho
accepit*, continuo *Burcardum Ducem cum le-
Sigon. & Hermann. Contract. *ctiſſima militum manu in Italiam miſit, præ-
cipiens, vt quò primum in loco Adelbertus oc-
curreret, acie cum eo confligeret. Ita ad Pa-
CLXXVI. *dum cum ſibi ſe oſtendiſſet, ſigna collata ſum-
moque prælio decertatum. Adelbertus Vidone
fratre amiſſo, in fugam coniectus ægre euaſit.*
CLXXVII *Intereà Leo XVI. Kal. Aprilis mortuus. Ro-
mani, Azone Protoſcriniario, & Marino
Leone mortuo creatur Papa Io: XIII. Epiſcopo, Legatis, Othonem de Pontifice ex
Leonis decreto ſubſtituendo conſuluerunt. Otho
Otgerum Spirenſem, & Linzonem Cremonen-
ſem Epiſcopos ea de re Romam miſit: atque ijs
præſentibus, Populus, Clerusque concordibus
animis Ioannem Epiſcopum Narnienſem VI.
Nonas Octobris Pontificem declarauit, & ter-
tium decimum appellauit. Nemo erat, quin
rebus Italorum acciſis, res Romanas, quæ diu
impotenti Romanorum contumacia fluctuaue-
rant, poſt late quieturas arbitraretur, cum re-
pente nouis, ac turbulentis ſeditionum ſunt flu-
ctibus agitatæ. Quippe Petrus præfectus vr-
bis, Conſules Tribuni plebis, qui Decarchones
dicebantur, opes ſuas ab Othone fractas acer-
bè ferentes varia moliri inſtituerunt ad liber-
tatem ſuam recuperandam, & potentiam Pon-
tificis, quæ Othonis fauore creuerat infringen-
dam. In primis autem Ioannem ipſum anti-
qui exempli Pontificem, cum conatibus ſuis ſe
aduerſarium oſtendiſſet, vetere inſtituto com-
prehenderunt, & in arcem incluſum, ac nihil
de ſententia remittentem vrbe depulerunt, Ro-
fredo Comite ex Gampania, ſumma potentiæ CLXXVIII.
viro, in auxilium aduocato. Ioannes egreſſus
Capuam ad Pandulphum Principem adijt.
Pandulphus non ſolum Pontificem liberaliter CLXXIX.
habuit, ſed ſtudio etiam eius impulſus Ioan-
nem fratrem, vt Rofredum ſeuientem occide-
ret, incitauit. Quo facto, Romani maximo,
quo nitebantur, præſidio ſpoliati poſt decem
menſes Pontificem Romanum ex Campania CXC.
reuocarunt, ac magno ſtudio in ſede ſua repo-
ſuerunt* Anno ſequenti, qui fuit Salutis 965.

Hoc Anno diuerſa leguntur diplomata Othone Magno iubente exarata. Quorũ eſt.

DONATIO OTHONIS IMPERAT. FACTA ECCLESIÆ MAGDEBVRGENSI.

CXCI. *Apud Henricũ Meibomium.* *OTHO I. prò amore Sancti Mauritij Martyris, & pro remedio animæ ſuæ parentumque ſuorum, necnon interuentu, & petitione Vvilhelmi ſedis Moguntinæ Archiepiſcopi; Dedit Eccleſiæ Sancti Mauritij in Magdeburg duas curtes iuris Regni ſui vnam videlicet Caluæ in pago Northuringorum ſitã, aliam, quæ vocatur Rosburg vltra ſalam fluuium ſitam in pago Sirimunci cum omnibus appendicijs, Eccleſijs, ædificijs, & cæteris pertinentijs.*

Actum in Palatio Inginelheim V. Kalend. Aprilis Anno Domini DCCCCLXV. Regni XXX. Imperij IV.

ALIA DONATIO OTHONIS IMPERATORIS
Facta ECCLESIÆ Magdeburgenſi.

OTHO I. ob amorem Dei regniq; æterni manſionem, ob remedium animæ patris ſui Henrici Regis, ac pro incolumitate matris ſuæ Mathildis, ac pro ſtatu, & incolumitate Regni, vel Imperij, coniugiſque ſuæ Adeleidis, ac filij ſui Othonis, inſtinctu, & monitu Vvilhelmi Archiepiſcopi Moguntinæ ſedis, dedit Eccleſiæ Sancti Mauritij martyris in Magdeburg omnem rem, pagumque vocatum Neledice, omnemq; villicatem cum omnibus ad eam pertinentibus, aquis ſalſis, & inſalſis, terris cultis, & incultis mancipijs, Teutonicis, & Slauonicis, munitionem etiam, vel Burguuardium vrbis Spuitineburg in pago Nudhice ſita cum omnibus pertinentijs, taleque prædium, quale Huodo in beneficio habet in pago Helmingouue in comitatu Vvilhelmi, quale Adelbertus in beneficium habet in comitatu ipſius in pago Northuringorum in locis Cunnuſleti, Elabrungen Vvahbaresdal, Adinge.

Actum Vviſibudum II. Idus Aprilis, Anno Domini DCCCCLXV. Imperij IV. Regni XXX.

DONA-

Anno Sal. 965

DONATIO IMPER. OTHONIS FACTA MONASTERIO LAVRISHEIMENSI.

CXCII. IN nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis. Otho diuina auxiliante clementia Imperator Auguſtus. Nouerit omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium, quam futurorum induſtria, qualiter nos ob mercedem retributionis diuinæ, interuentu dilectæ coniugis noſtræ Adheleidæ, venerabili Abbati Gerbodoni fideli noſtro, qui cœnobio S. Nazarij in Lauresham præeſſe videtur, in quadam eiuſdem Cœnobij Villa Vvezinloch nominata, in Comitatu Conradi Comitis, mercatum publicum fieri conceſſimus, & quidquid in telonei lucris, vel aliqua vtilitate exinde prouenturum eſſe videtur, ad ſeruitium S. Michaelis in Abramesberg, ſeu Sancti Nazarij in Lauresham. Imperatoria noſtræ largitatis munificentia donauimus, & vt hoc auctoritatis noſtræ donum, ſiue præceptum ſtabile, ac inconuulſum permaneat, hanc cartam conſcribi, & annulo noſtri impreſſione ſignari iuſſimus.

Signum Domini Othonis Magni, & Inuictiſſimi Imper. Auguſti.

Lodulphus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani recognoui.

Data II. Non. Maij, Anno Incarn. Domin. DCCCCLXV. Indict. VIII. Anno Regni Domini Othonis XXX. Imperij vero IV. Actū Henſtein palatio, in Dei nomine fæliciter. Amen.

ALIA DONATIO OTHONIS IMPERATORIS Facta ECCLESIÆ Oſnaburgenſi.

CXCIII OTHO Imperator ob petitionem dilectiſſimæ Matris ſuæ Mechtildis, atque per interuentum Adheleidis amantiſſimæ ſuæ coniugis, & ob frequens ſeruitium venerabilis Epiſcopi Drogonis, quoddam nemus, vel foreſtum infra hæc loca poſitum Farnes VvincKel Rutenſtein, Angaria, OſnyncK, Senede, Bergeshouet, Dromanameri, Egeſteruelt, Dumeri, in perpetuum proprietatis vſum dedit, atque donauit, ea ſcilicet ratione, vt nullus contumacia detitus nemus prælibatum, imperiali videlicet banno munitum, ſine prædicti Epiſcopi licentia ſtudio venandi, vel aliquod negotium huiuſmodi peragendi, præſumat intrare. Quod ſi quiſquam paruipendens tentauerit, ſciat, ſe tam diuina, quàm imperialis vltionis vindictam incurriſse, necnon debitum pro delicto in regalem fiſcum redditurum. Et vt hoc firmum ſtabileque per omnes nominis ſui, & ordinis dignitates permaneat, chartam deſuper conſcribi, & ſigillari iuſſit.

Actum Quedlingbur. Anno Incarn. Domini DCCCCLXV. Indict. VII. Anno regni Othonis XXX. Imperij autē IV. in nomine Dei fæliciter.

PRIVILEGIVM OTHONIS IMPERATORIS De Eccleſijs Hamburgenſi Eccleſiæ ſuffragantibus.

CXCIV IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Otho diuina fauente clementia Imperator Auguſtus cum Imperat. dignitatis officium eſſe conſtet, vt erga diuini cultum officij peruigili cura inſiſtant, & quidquid augumentum ſanctæ christianæ religioni adhibere potuerint, indeſinenter in hoc ſtudeant. Ideirco nos interuentu dilecti Archiepiſcopi Adaldagi pro proſperitate, & incolumitate imperij noſtri, quidquid proprietatis in Marca, vel Regno Danorum ad Eccleſias in honorem Dei conſtructas, videlicet Gilieſſuuigenſem, Ripenſem, Arunſenſem, vel adhuc pertinere videtur, vel in futurum acquiratur, ab omni cenſu, vel ſeruitio noſtri Iuris abſoluimus, vt & Epiſcopi præſcriptarum Eccleſiarum, abſq; vlla Comitis, vel alicuius fiſci noſtri exactoris infeſtatione ſeruiant, & ſuccumbant, volumus, & firmiter iubemus, Seruos vero, & Colonos in eiſdem proprietatibus habitantes, nulli, niſi eiſdem Epiſcopis ſeruituros ab omni etiam noſtri Iuris ſeruitio abſoluimus, & ſub nullius banno, vel diſciplina illos, niſi ſub illarum Eccleſiarum aduocatis eſſe volumus. Et vt hoc auctoritatis noſtræ præceptum firmum, & inconuulſum permaneat, hanc cartam conſcribi, annulique

noſtri

Sal. Anno 965. *noſtri impreſſione ſigillari iuſſimus, quam & manu propria ſubtus firmauimus. Data VI. Iuly, Anno Dominicæ Incarnat. DCCCCLXV. Anno Domini Othonis Imperij IV. Regni autem XXX. Actum Magdeburg in Dei nomine. Amen.*

OTHONIS IMPERATORI PRIVILEGIVM DATVM ECCLESIÆ MAGDEBVRGENSI.

CXCV. *IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Otho diuina fauente clementia Imperator Auguſtus. Cum plurimi Anteceſſorum noſtrorum Imperatorum videlicet, aut Regum, munifica largitate Eccleſijs Dei pro augmento, vel amplificatione earumdem vtilia ſimul, & commoda ſint collata ſubſidia, vnde & in ſui ſtatus tranquillitate roborentur, & ob irruentium extrinſecus infeſtationem moleſtias muniantur. Idcirco nos reſpectu diuinæ remunerationis pro remedio animæ noſtræ, dilectæq; coniugis noſtræ Adhelcidis, filyque noſtri cariſſimi Othonis, pro ſtatu quoque, & incolumitate Regni, vel Imperij noſtri, mercatum in Magdeburg, & monetam, omneſque telonei fructus, vel vſuras, quoquo modo, vel à nauigio aduectas, vel plauſtris, vel carrucis, vel quibuſcumque vehiculis adductas, ſiue ab equitibus, vel peditibus, vel cuiuſcumque modi, aut conditionis hominibus ſuperuenientibus, allatis mercibus, acquirendas, vel accipiendas: ſeu quidquid hactenus utilitatis exinde ad noſtrum publicum ius pertinere videbatur totum, & ex integro Deo; ſanctoque Mauritio in Magdeburg: transfundimus, offerimus, atque donamus, vt ſerui Dei, die, noctuque ipſi ſanctoque Mauricio ibidem famulaturi, pro noſtra quoq; Dominum ſalute deprecatum, abſque vllius ſemper contradictione teneant, atque poſſideant, & ſuis, vt libuerit, vſibus adiungant. Et vt hoc noſtræ auctoritatis praeceptum per proceſſura temporum curricula in offenſo iugiter tenore perduret, cartæ huius conſcriptione roborari, annulique noſtri impreſſione ſignari iuſſimus, quam & manu propria ſubtus firmauimus.*

Signum Domini Othonis Magni Inuictiſſimi Imperatoris Auguſti.

Lodulphus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani cognoui. Data VII. Idus Iuly Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXV. Indictione VIII. Anno Regni Othonis XXX. Imper. IV. Actum Magdeburg palatio, in Domino feliciter. Amen.

ALIVD PRIVILEGIVM OTHONIS IMPERATORIS Datum eidem ECCLESIÆ.

IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Otho diuina fauente clementia Imp. Auguſtus. Quoniam Regiæ Maieſtatis officium eſſe conſtat, vt loca venerabilia diuino cultui preparata pia iugiter vigilantia contra irruentes vndique moleſtias muniat, vt famuli Chriſti in iiſdem locis pro ſpe Regni cæleſtis laboraturi, atque pro peccatis, vel offenſionibus Populi Domino ſupplicaturi, eo liberiore ſuæ liberalitatis ocio vacare valeant, & quoniam ſtabilimentum diuini ſeruitij ſtatus, & proſperitas eſſe creditur Regni, vel Imperij terreni. Idcirco nos diuino inſtinctu moniti pro remedio animæ noſtræ, dilectæq; coniugis noſtræ Adhelheidis, & filij noſtri cariſſimi Othonis, pro ſtatu quoque, & incolumitate Regni, & Imperij noſtri Bannum noſtra Regiæ, vel imperatoriæ dignitatis in vrbe Magdeburg opus conſtruendæ vrbis à circumiacentibus illarum partium incolis noſtro regio, vel imperatorio Iuri debitum, Eccleſiæ in eadem ciuitate conſtructæ, ſanctoq; Mauricio in ius perpetuum liberaliter offerimus, & ne vel Iudæi, vel cęteri ibi manentes negotiatores vllam aliundè, niſi ab illo, qui eidem Eccleſię prę fuerit diſtrictionis, aut diſciplinę ſententiam, vel regulam ſuſtineant, volumus, & firmiter iubemus, pręſcripti vero noſtri Banni, Deo, ſanctoq; Mauricio à nobis oblati, nullus vel Comes, vel Vicarius, uel Iudex, uel Tribunus, uel Exactor, uel aliqua perſona in eadem Ciuitate ſibi uſurpandi, uel aliquam aliam in ſcriptis legem, aut diſciplinam exercendi poteſtatem habeat, niſi ipſe, qui eidem loco, uel Eccleſię prę fuerit Aduocatus,

quem

Anno Sal.965 *quem noſtro conſenſu ſibi, & eidem Eccleſiæ præficiendum elegerit. Et vt hæc auctoritatis noſtræ præcepta inconuulſa, & immutilata permaneant, hanc cartam conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus, quam, & manu propria ſubtus firmauimus.*

Signum Domini Othonis Magni, & Inuictiſſimi Imper. Auguſti.

Lodulphus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani recognoui.

Data II. Idus Iuly Anno Domin. Incarnat. DCCCCLXV. Indict. VIII. Anno Regni Domini Othonis XXX. Imperij vero IV. Actum Magdeburg palatio, in Dei nomine feliciter. Amen.

Hoc anno moritur Gero Saxoniæ Præfectus, vt fusè habes infra ſub Anno Salutis DCCCCLXXII. num. 229. CXCVI

OTHO EX GERMANIA DESCENDIT,

Ad pacandos Italorum tumultus. *Sal. Anno 966.*

CXCVII. HOc Anno Sal. 966. Lombardorum, Romanorumq; importuna audacia Otho permotus, nouatores vt inſigni aliquo ſeueritatis exemplo in poſterum coercèret, conuentu Vvormatiæ in Aſſumptione Virginis habito in Italiam iter intendit. (*Sigon. lib.7. de Regno Italiæ.*) Lombardiam verò cum attigiſſet, cauſa ſeditioſorum cognita Sigulfum, & Comites, eiuſdem furoris ſocios condemnauit, eorumque alios in Franciam, in Saxoniam alios relegauit; vt paucorum pœna eſſet omnibus in exemplum. Voluit etiam pius Rex vt iuſtitia deoſcularentur, & pax; vt qui pœnarum formidine timebatur, gratiarum diligeretur illecebris. Inter cruciatuũ itaq; clamores, dulcia reſonãt modulamina plauſus.

DONATIO OTHONIS IMPERATORIS

Facta MAMACONI Comiti.

CXCVIII. *IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Otho diuina fauente clementia Imperator Auguſtus.* (*Apud Meibomium.*) *Nouerit omnium fidelium noſtrorum, tàm præſentium, quàm futurorum induſtria, qualiter nos ob interuentum dilectæ coniugis noſtræ Adheleidis, filij noſtri cariſſimi ſcilicet Othonis, necnon Theodorici Comitis noſtri fidelis, cuidam noſtro fideli Mamaconi tradidimus, quidquid predij, vel hereditatis Monaſterio fratribuſque in Magdeburg Deo, Sanctoque Mauritio die noctuq; famulantibus habere videbatur, prædicto Mamacohi donauimus in pagis Derlingen, & Nortduringen, in Comitatu ipſius Mamaconis, quem ipſi in beneficium conceſſimus, in locis ſubſcriptis, videlicet in Veltheim, in Heſſenhein, in Arnlaldesheim, in Bernsherdeſtorp, in Cugelinge, in Echeim, in Sehuſem, in Drongeleuo, in Hahaldesleue, in Valdorf, quod Theodoricus Comes prò remedio animæ ſuæ Monaſterio prædicto tradere videbatur, excepto ſemiſse cum omnibus appendicijs, & vtilitatibus, tam in mancipijs, quàm & in ædificijs, curtilibus, terris cultis, & incultis, molendinis, piſcationibus, mobilibus, & immobilibus, quæſitis, & acquirendis, & cum omni integritate, ſeu cuiuſcumque modi vtilitatis inueniri poſſit, prædicto noſtro fideli Mamaconi tradidimus, donauimus, & confirmauimus, & liberam habeat poteſtatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi, vel quidquid ſibi libuerit exindè faciat. Et vt præſens hoc præceptum noſtris temporibus firmius habeatur, futuriſque verius credatur, & inconuulſum permaneat, cartam hanc conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus, quam & propria manu firmauimus.*

Signum Domini Othonis Magni Inuictiſſimi Imperatoris Auguſti.

Lodulphus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani recognoui.

Datum VIII. Kalend. Maij, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVI. Indictione VIII. Anno Regni Dom. Othonis XXXI. Imperij autem V. Actum Quedlinburgi in Domino feliciter. Amen.

PRI-

PRIVILEGIVM OTHONIS DATVM ECCLESIÆ HAMBVRGENSI de libertate loci,

CXCIX *IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Otho diuina fauente elementia Imperator Auguſtus. Si Religioſorum obtemperemus voti noſtræ liberalitatis loca diutno enltui mancipata largitate donaremus, ad æternæ compenſationis præmium indubitanter id nobis eredimus profuturum. Quare omnibus conſtet, nos pro Deì amore Venerabilis Adaldagi Hammaburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi flagitatibus annuentes, conſtruendi mercatum in loco Bremum nuncupato illi conceſſiſſe licentiam, bannum, & teloneum, necnon monetam, totumque quod inde regius regi publicè fiſcus obtinère poterit, prælibatæ conſecimus ſedi: quin etiam negotiatores eiuſdem incolas loci noſtræ tuitionis patrocinio condonauimus, præcipientes hoc imperatoriæ auctoritatis præcepto, quo in omnibns tali patrocinentur tutela, & potiantur iure, quali cæterarum regalium inſtitores vrbium: nemoque inibi aliquam ſibi vindicet poteſtatem, niſi præfati Pontificatns Archiepiſcopus, & quem ipſe adhoc delegauerit, manu noſtra ſignato, & annuli noſtri impreſſione roborato. Acta IV. Idns Auguſti, Anno Dominicæ Incarnat. DCCCCLXVI. Indict. VIII. Anno Domini Ottonis Magni Imperatoris, Regni XXXI. Imperij verò IV. Actum Mesburg in Dei nomine fæliciter. Amen.*

OTHONIS FILIA INFAMATA, VINDICATVR.

CC. HOc Anno cum in Merſeburg Otho veniſſet, *à quodam proditore comperit exuuias* Conradi (qui Othonis gener fuit) *à Slauis in Zuuencha ſub Suchauico ſeniore ſibi multum dilecto haberi. Quos cum auxilio illius in ſingulari prælio deuictos ſuſpēdi præcepit, prædęque maximam partem reſtituit. Sed hoc ignoro, vtrum hanc interemptores ſumpſerint, an ſic caſu accidenti necì eius inculpabiles inuenerint, & quia hoc vllatenus celare præſumpſerunt, digna morte pœnas perſoluerunt. Filiam verò ſuimet* (Ludgardam nomine) *Vxorem eius, à quodam Cnnone eo*

CCI. *quod ſibi ſatisfacere nolnißet, latè diffamatam, & coniugem ſuam clam fore ab eodem dictam, Cæſar hoc grauiter ferens ſic eam expurgauit. Conuocatis omnibus regni ſuimet Principibus primo ſecretis allocutionibns eandem, ſi huius rei culpabilis eſſet, diligenter inquirit: Poſteaque cum illam adhibito Chriſti teſtimonio, & ſacramentis ſe nimis excuſare vidiſset, præſentibus cunctis indixit, ſi aliquis ex numero ſibi familiarium eam armis defendere voluiſſet, vt ſe firmum in die hac, & in perpetuum acquirere potuiſſet amicum. Burchardns Comes hæc audiens, in medinm proſilijt, & Cunonem per omnia mentitum fore coram omnibns dixit. Ille autem cum id verum eſſe ſacramentis affirmaret, cum eodem congreſſus, in primo aditu dexteram mendacem perdidit, & iniuſtitiam ſuimet deuictus innotuit, & miſericors Dominus à falſo crimine hanc eripuit, quam innocentia vitæ ſibi placere fecit. Hæc marito viuente ſuo, quamuis ſæpe deſpiceretur, & laboribus crebris fatigaretur, tamen viridi patientia hæc ſufferens, honorem innatum ſeruare conatur. Cum autem vitàm hanc finiret, in Eccleſia Chriſti martyris Albani in Moguntia flebiliter eſt ſepulta, cuius fuſum argenteum in eius memoria ibidem eſt ſuſpenſum.*

OTHO ANIMADVERTIT IN ROMANOS NOVATORES.

Sal. Anno 967.

CCII. *Sigon.* PAcata Lombardia relegatione, & deportatione reorum: Otho *Romam inde progreſſus poſt Natalicios dies, iudicio de Eccleſiæ turbatoribus conſtituto, ſeuerè animaduertit in omnes. Conſules Italia pulſi, Tribuni ſuſpendio enecati: præfectus vero veſtibus exutus, atque vtre redimitus per frequentiora vrbis loca Aſino ad ludibrium auerſus circumuehitur, ac demùm virgis cæſus macerandus tetro carceri traditur. Roſredi cadauer ex ſepulcro*

Anno Sal. 967 *pulcro extractum latè paſſim diſſipatum. In-
de ad res Italiæ conſtituendas omnis eius ope-
ra, curaque conuerſa; atque eius rei gratia alij
in alias prouincias Epiſcopis, & Principibus
conuentus indicti. Primus autem Romæ actus
eſt, Romanarumq; rerum, ac Venetarum ſtatus
formatus. Aderant Io: Contarenus, & Io: De-
neus Legati Venetorum. Eis petentibus decreuit
CCIII. conuentus Eccleſiam Gradenſem totius Venetiæ
Metropolim eſſe. Otho verò poteſtatem exer-
cendi iuris, quod Romana haberet Eccleſia, de-
dit. Ideſt vt omnes, ſeruos, colonos, aduenas,
ceteroſq; qui in agris ſuis verſarentur coercere,
& iudicare poſſet: multaſque ipſis Venetiæ Ec-
cleſijs indulſit immunitates. Cum à proceri-
bus Italiæ ſermo eſſet illatus, legem de tabulis
Sacramento firmandis eſſe tollendam, quod
vulgò homines periurio concepto maximo cum
animæ detrimento lites obtinere tentarent. Re-
bus Romanis formatis, tum Italicas compoſi-
turus vrbes exceſſit; ac Pontifice ſecum ducto,
per Spoletanam regionem Rauennam perrexit.
Ibi Paſchate celebrato, alter conuentus eſt ha-
bitus, vbi ijs, quæ ſuper ciuitatibus ſtatuenda
videbantur decretis, Pontifici Rauennam, Ra-
uennatemque ditionem, aliaque complura à
Berengario in primis adempta, reſtituit, ac
veterem Pipini Caroli, ac Ludouici donatio- CCIV.
nem nouo diplomate,* nam & Ioanni XII. idem
diploma dederat; propterea *nouo* dicit, *con-
firmauit. Almaranum generum ſuum Mar-
chionem declarauit Montisferrati: quæ regio
eo iam tum nomine inter Padum, & Tanarum
vocabatur; à quo celebres Montisferrati Mar-
chiones fluxère.* Extat de hoc apud Meibo-
mium diploma, quod inſerere placuit.

CONCESSIO OTHONIS IMPER. FACTA ALDERAMO DVCI SAXONICO.

CCV. *OTHO Diuina ordinante Prouidentia Imperator Auguſtus. Oportet Imperialem excellentiam aurem ſerenitatis ſuæ, honeſtis fidelium ſuorum petitionibus inclinare, quâ promptiores, & deuotiores eos in ſuum efficiat famulatum. Quapropter nouerit omnium fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum vniuerſitas. Alderamo Marchionem, interuentu, ac petitione Adhelheidæ noſtræ coniugis, atque Imperij noſtri participis, noſtræ adyſſe ſublimitatis culmen humiliter poſtulando, vt quaſdam curtes, manſus, hactenus Regni noſtri de Beati noſtri præcepti pagina illi concederemus, nec non omnes res, & proprietates ſuas ad vtriuſque ſexus familias, quæ illi aduenerunt, tam de hæreditate parentum, quam de ſuo adquæſtu, ſimiliter auctoritate noſtri præcepti eidem confirmaremus, & penitus corroboraremus. Cuius petitionibus annuentes, & ipſius fidelitatem conſiderantes, per hoc noſtrum præceptum, prout iuſtè, & legaliter poſſumus, concedimus, donamus, atque largimur præfato Alderamo Marchioni omnes illas curtes in deſertis locis conſiſtentes à flumine Tanard, vſque ad flumen Vrbam, & ad litus maris, quorum nomina, hæc ſunt de Gobangiaſco, Balangio, Salaſcedo, Leceſi, Cuthole, Miolia, Pulcione, Gruaza, Prumetto, Altuſino, Cortemiglia, Monteneſi, Moſcetto, Maſionti, Archa, & quidquid ibidem hactenus Iuris Regni Italici pertinuit, vt ſicuti hucuſq; Iuri Regni noſtri, & dominio ſubditæ ſunt, ita amodo inantea præfati Alderami Marchionis dominio ſubdantur, & in eius ius delegentur, & omninò transferantur. Inſuper etiam confirmamus, & corroboramus dicto Alderamo Marchioni omnes res, & proprietates ſuas ad vtriuſque ſexus familias, tam de hæreditate parentum, quam de adquæſtu illi aduenientes per diuerſa loca infra Italicum Regnum coniacentes, videlicet in Comitatu Aquenſi, Senonenſi, necnon Aſtenſi, & Montisferrati, Taurinenſi, & Vercellenſi, Parmenſi, & Cremonenſi, ſeu Pergamenſi, cum omnibus eorum pertinentijs, & adiacentijs, ſeu etiam quidquid habere, vel poſſidere videtur in diuerſis locis, in toto Italico Regno, vel inantea acquirere poterit, ſiue aliqua minoratione, per huiuſmodi noſtri præcepti confirmationem habeat, & teneat, firmiterque poſſideat tam ipſe, quamque ſui hæredes, vnà cum Terris, Vineis, campis pratis, paſcuis, cultis, & incultis, diuiſis, & indiuiſis, mobilibus, & immobilibus, vtriuſque ſexus familijs, ſiluis, ſalicetis, montibus, & vallibus, plani-*

Anno Sal. 967.

ciebus aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, venationibus, pedagijs, teloneis, omnibuſque publicis functionibus, vel etiam quæ dici, vel nominari poſſunt, ad eaſdem res, & proprietates, ſeu curtes, vel Caſtella pertinentibus, vel adſpicientibus, habeatque poteſtatem tenendi, vendendi, commutandi, alienandi pro anima iudicandi, & quicquid eorum animus decreuerit faciendi, omnium hominum contradictione remota. Interea per huius noſtræ donationis, & confirmationis auctoritatem iubemus, & omnino ſtatuimus, ut nulla Italici Regni perſona præfatum Alderamo, ſuoſque hæredes de omnibus, quæ ſupra uel inantea acquirere poterint, diſueſtire præſumat. Quod ſi aliquis contentionem de huiuſmodi ſupradictis omnibus cum eodem ſuiſque hæredibus habuerit, uolens illi obijcere, quod inueſtituram inde præterito tempore non habuerint, liceat eidem Alderamo, ſuiſque hæredibus per noſtram datam licentiam, & huius noſtri præcepti conſtitutionem, aut per Sacramenta, aut pugnam declarare. Præterea recipimus eundem Marchionem Alderamum cum filijs, & hæredibus ſuis, & omnibus rebus mobilibus, & immobilibus, iuſtè, & legaliter ad eum pertinentibus ſub noſtri Mundiburtione, ita uidelicet ut nullus Dux, nulluſque Marchio, nullus Comes, nullus Iudex, nullus Gaſtaldus, nulluſque publicæ partis Procurator, nulla maior, uel minor perſona eum abſque legali iudicio inquietare, aut moleſtare præſumat. Si quis huius noſtri præcepti, aut mundiburdi uiolator extiterit culpabilis, ſoluere cogatur auri optimi libras centum, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem præfato Alderamo Marchioni, ſuiſque hæredibus. Quod ut uerius credatur diligentiuſque obſeruetur, manu propria roborante, annuli impreſſionem inferius affigi præcepimus.

Signum Domini Othonis Sereniſs. Imperatoris.

Ambroſius Cancellarius ad uicem Humberti Epiſcopi, & Archicancellarij recognoui, & ſcripſi.

Data X. Kalend. April. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVII. Imperij verò Domini Othonis pijſſimi Cæſaris VI. Indictione X.

Actum Rauennæ in Dei nomine fœliciter. Amen.

Poſt hæc inter dignitates, & officia quæ
commilitonibus diſtribuit, Sigebertum, ſi- CCVI.
ue Albertum (vt Sigonius ſcribit) Athonis
Comitis Canuſſini filium, Marchionem Ateſtis
conſtituit: unde clariſſima Marchionum
Eſtenſium familia exima in hunc uſque diem
potentia ducta. Vidonem Teutonici generis
propinquitate ſibi coniunctum Mutilianæ creauit
Comitem, unde in Romaniola Mutilia- CCVII.
na Comites propagati. Rogatio de calumnijs
litium, cuius erat mentio reiecta in alium
Conuentum, propter procerum infrequentiam
eſt dilata. Iampridem Otho ad maieſtatem
Occidentalis Imperij pertinere arbitratus totam
in auctoritate ſua eſſe Italiam, Prouincias
Apuliam, & Calabriam bello petere conſtituerat,
ac pulſis inde Græcis, & Sarraceniſ
Italiæ Regno adiungere, niſi ſibi cum Im- CCVIII.
peratore Nicephoro conueniſſet. Itaque huc
ſpectans legatum ad eum Conſtantinopolim
deſtinauit, per quem Theophaniam ſiue filiam,
ſiue ſororem (nam vtrumque traditur) Othoni
filio poſtulauit in matrimonium. Nuncium
vero in Germaniam ad Vuilhelmum filium
Archiepiſcopum, cæteroſque Principes miſit,
vt eum ad ſe mitterent ſpecioſo, ac regali comitatu
ſtipatum. Romaniola inde conſtituta,
Pontificem dimiſit Romam, ac poſt Septembrem
menſem (nam eo etiam Rauennæ
fuit) tranſijt in Etruriam. Ibi Ciuitatibus
in commodiorem ſtatum redactis, nonnulli
item feudis virtutis ergò decorati. Ex
Tuſcia inde in Lombardiam eſt uentum.
Quarto decimo Kalend. Nouembr. Veronæ in
inſula Sancti Zenonis Epiſcoporum, Abbatum,
iudicum, Populique conuentu frequentiſſimus
habitus. In eo demum præter alia ex
eorum conſenſu leges ad calumniam litium
pertinentes, quæ adhuc leguntur, perlatæ.
Et ſunt ſequentes.

OTHO-

Anno Sal. 967.

OTHONIS MAGNI IMPERATORIS AVGVSTI CONSTITVTIONES.

I. De Raptu.

CCIX. Apud Goldaſtum. *VIr qui virginem rapuit, & eam ſibi poſtea matrimonio copulauit, etiamſi eſſent in ſimul concordati raptor & filia, & matrimonialiter inſimul copulati, mandamus tamen eum coram nobis aut iuſtitiario noſtro adduci propter tantum nefas, & ibidem confeſſum decollari: quia matrimonia liberè, & non per raptum virginum, nec violentiam fieri oportet.*

II. De Monetæ falſificatione.

Mediolanenſibus, qui falſificarunt imperialem noſtram monetam auream, & argenteam, mandamus, & iniungimus hac imperialis noſtra ſententiæ condemnatione, vt nulla moneta, niſi de corio facta, in poſterum vtantur.

III. De Latronibus perſequendis, & puniendis.

Inſigni latrones die feriata quæſtionibus ſubijci poſſunt, vt ſic tollatur eis dilatio temporis componendi mendacia, per quæ poßent ſe in peccatis fortè taliter qualiter excuſare, dicente Propheta; Beati qui faciunt iudicium, & iuſtitiam omni tempore.

IV. De ſucceſſione nepotum cum patruis.

Orta diſſenſione inter Principes de varietate legis, vtrum auis ſuperſtitibus filij filiorum poſt patres defunctos adire hæreditatem, an exhæredatis fratruelibus (fratrum mortuorum liberis) hæreditas ad viuentes patruos redire deberet: Nos ex omnium Principum ſententia cognitionem veritatis commiſimus gladiatorio iudicio, ceſſitque victoria his, qui cenſebant mortuorum fratrum filios venire ad hæreditatem cum patribus debere. Anno Imperij piſſimi Othonis Regis Quarto.

V. De Vvarendatione.

Qui alteri bona donauerit aut vendiderit, & alter in eorum per ipſum iudicem præſentetur poſſeſſionem, cum ea primus adhuc perſonaliter non poſſedit, poſſidens huic licitè contradicat, dummodo pro eiſdem bonis in primo iudicij termino ſe præbeat reſponſurum: quia poßeſſionem ſuam nullus tenetur relinquere, niſi ipſa eis verſis actionibus, & ſententijs prohibeatur.

2. Donata viro vel mulieri, per tres dies poſſideri oportet. Quæ vero per querelam euincuntur, aut hæreditario per ſucceſſionem veniunt, non eſt neceße poſſeſſorio obtinere.

3. Qui alteri feudale prædium confert aut dimiſerit, per annum & diem illius varendator eſſe debet. Qui vero proprium aut res mobiles vendiderit, quouſque vixerit, illorum varendator eſſe tenetur: res tamen illa, pro qua litigatur, ad manus tradi debet venditoris, ad defendendum vel perdendum, quamdiu illud defendere tenetur.

4. Cui autem quid donatum eſt, in eo donatarius probare non poterit, niſi donationem. Datum in Maydeburg, prima menſis Iunij, Anno Imperij decimo.

VI. De violenta occupatione, & cæde poſſeſſorum.

Qui bona alterius violenter aufert, ſeu occupat ante mortem eius, ſeu ſic occupata violenter tenet vſque in ipſius mortem omne ius perdit, quod habere debuit in bonis illis poſt deceſſum ſpoliati.

2. Vaſallus, ſi interficit Dominum ſuum in vita, honore & bonis, cum quibus ab ipſo fuerit infeudatus, condemnetur.

3. Idem etiam de domino cenſendum eſt, ſi occidat vaſallum. Et ſuperior Dominus, ſic occiſi vaſalli natos, ad prædictum Dominum, eum inueſtitura dicti feudi, dirigere non valebit, vt ſibi ſeruitio aſtringantur.

4. Qui occiderit patrem, matrem, fratrem, aut alium quemcumque, de cuius morte proprietatis, aut feudi ſucceſſionem expectet, hanc ſe noſcat perdidiße: niſi fortè id ignoranter, vel cauſa neceſſaria defenſionis accidiſſe prout iuris fuerit, ſuper mortuum comprobetur.

VII. De iuriſdictione Eccleſiarum Imperij.

Otho diuina propitiante clementia Rex. Præcipientes iubemus, vt nullus judex publicus, vel quislibet ex iudiciaria poteſtate, in Eccleſias ſub noſtro, & anteceſſorum noſtrorum Regum receptas mundeburdo, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poßeſſiones dictarum Eccleſiarum, quas nunc infra ditionem Regni noſtri legibus poſſideant, vel quæ deinceps in iura earum diuina pietas voluerit augeri, ad cauſas iudiciario more audiendas, vel freda

exigenda, manſiones vel paradas faciendas, aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſarum Eccleſiarum contra rationem diſtringendos, nec vllas redibitiones vel inuſitatas occaſiones requirendas, vllo vnquam tempore ingredi audeat, vel ea quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere præſumat, hominibus quoque famulatum earundem Eccleſiarum facientibus, qui Saxonicè Malman dicuntur, mundeburdum, & tuitionem noſtra Imperialis poteſtatis conſtituimus, vt etiam coram nulla iudiciaria poteſtate examinentur, niſi coram præſulibus ipſarum Eccleſiarum, aut Aduocatis, quos eorundem locorum Præſules elegerint, aut à nobis acceperint. Et ipſi præſules cum omnibus rebus ſuis noſtro fideliter pareant Imperio, & ſub noſtra conſiſtant defenſione. Fratres autem, quibus à noſtra aut anteceſſorum noſtrorum liberalitate conceſſum eſt, habeant licentiam eligendi Paſtorem inter ſe qualemcumque voluerint, ita tamen ſi talis inter eos inueniatur, qui vita & moribus probatus habeatur, ſalua in omnibus diſpoſitione noſtra Imperiali.

Lindulfus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani recognouit.

Dat. Burchem, VII. Idus, Anno Dom. Incarnat. DCCCCLXI. Indict. IV. Anno Regni noſtri XXII.

VIII. De Eccleſiarum prædijs non concedendis Laicis.

Otho Rex Comiti Abbatiam Laureshey menſem ſuis ſuorumque vſibus concedi petenti. Obedire oportet Deo magis quam hominibus ſcriptum eſt: nolite ſanctum dare canibus. *Quod quamuis ſpiritualiter intelligendum prædicetur, ego tamen ſanctum me canibus dare iudico, ſi Eccleſiarum, & Monaſteriorum prædia, quæ à Religioſis viris tradita ſunt Deo militantibus tulero, & ſeculo militantibus tradidero. In caſtris apud Briſach, Anno DCCCCXL.*

IX. De Re intertiata.

Si quis equum ſuum, vel cætera animalia, ſiue rem ſuam ſuper aliquem repetierit, & ipſe varentem dare dixerit, ſtatim vt ad certum varentem eum conducat, & ſuper tertium varentem, & tertium Comitatum procedat. Et ſi hoc facere noluerit, rem perdat, & ſecundum legem componat.

X. De Aduocatis.

Laicorum vero nullum præter Comitem in ſolis Eccleſiaſticis rebus aduocatum habere permittimus.

XI. De Ferijs.

Quotidie contra leges agitur, quotidie malum mali facere non verentur. Ideo hanc legem per omne auum diuinitate propitia valituram edicimus, vt toto anni tempore liceat Iudicibus cauſas agere, lites dirimere, tumultum queſtionum determinare, & diffinire, vt qui quotidie legem offendunt, quotidie legis ſententia feriantur.

2. *Nec enim tempore meſſis, vel vindemiarum, legis edictum effugere debent, qui in nullo tempore peccare deſierunt. Bene enim facere, verum dicere, iuſtitiam amare, rectum iudicare omnibus temporibus licuit, ſemperque licebit, quia à bonis nunquam, à malis autem operibus ſemper requieſcendum eſſe, Catholicè dicimus. Dauid autem Rex, & Propheta dicit:* Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore.

3. *In natiuitate vero Domini, in Epiphania, & in ſtatutis ieiuniorum diebus, in diebus Quadrageſimalibus, in Paſcha, & in Aſcenſione Domini, in Pentecoſte, in Dominicis diebus, in feſtis præcipuis, iudiciarios motus exequi, publicas quæſtiones appeti, vt hæ ſolemnitates, quæ ſunt Chriſtianorum, cum omni vigilantia celebrentur, penitus inhibemus.*

XII. Quibus honoribus filij Diaconorum, & Presbyterorum remoueantur.

Diaconorum, Epiſcoporum, Presbyterorum filios, Notarios, Sculdaſios, Comites, Iudices fieri, omnibus modis prohibemus.

XIII. Quo pacto vnus defendere ſe debet, vt in extraneo non reſpondeat iudicio.

Homo extraneus in alieno iudicio reſpondere minimè tenetur alteri, qui in vno ſecum reſidet iudicio. Quod ſi inde in damnum induxerit eundem, id reſarcire ſibi tenetur, niſi forſan iudicium illic ſibi denegatum ſit.

XIV. De Donatione, ſeu acceſſione bonorum, in quibus veram poſſeſſionem ſolus non habuerat.

Qui bona alteri in eius tradiderit poteſtatem, in quibus nullam ſolus habuerat poſſeſſionem. Si alter iure mediante in eadem bona

intro-

Anno Sal. 967. *introductus ſit, is qui poſſeſſionem habet, intromiſſioni licitè iure contradicere poteſt, & illum ſic introductum remouere. Tenebitur tamen poſſeſſionem iure defendere in proximo aſſignato iudicio.*

2. Nullus etenim poſſeſſionem dimittere cogitur, niſi iudicialiter accuſatus per veras ſententias repulſam patiatur. Quod cum factum fuerit, iſte tandem indicialiter introducitur, & exinde eundem nullus expellere poterit, niſi accuſatus veris ſententijs repellatur.

XV. De Donationibus, vel acceſſionibus coram iudicio factis.

Donata viro vel mulieri iure municipali, tribus diebus illa poſſidere oportet.

2. Quæ vero per querelam euincuntur præſcribi poſſeſſione non cogitur.

3. Bona feudalia ſi quis alteri dimiſerit, illa varendare oportet Anno, & die.

4. Qui vero proprium vel mobilia in municipio vendiderit, illorum varendator eſſe tenetur quoad vixerit: res tamen illa, pro qua litigatur, ad manus tradi debet venditoris, ad commodum vel damnum, quamdiu illam defendere valeat.

5. Cui autem donatum quid eſt, in eo donatarius probare non poterit, niſi donationem, nec varendare eum oportebit.

Latis legibus, eò quoque Otho filius ex Germania profectus acceſſit. Vt ex Sigeberto Sigonius tranſcripſit. Sigon. *Conuentu perfecto, exeunte anno, Romam repetijt, cum iam* CCX. *Nuncius à Nicephoro de collocanda Theophania remiſſus veniſſet. Hoc Anno duo Soles in Cælo viſi, & per biduum menſe Iulio mare dulce factum eſt à Neapoli vſque Cumas.*

OTHO II. FILIVS OTHONIS MAGNI
A PONTIFICE Coronatur. *Sal. Anno 968.*

CCXI. Sigon. lib. 7. de Regno Italiæ. IN tanta rerum proſperitate *Pontifex ſtudio Othonis adductus feſto Natalitio Othonem adoleſcentem corona cum patre affecit, Conſortemq; Imperij declarauit. Ea res magna cæremonia, & ingenti Populorum lætitia, quos vndique ſpectaculi magnitudo contraxerat, celebrata. Defectione inde Principum Beneuentanorum audita, permotus Otho ſtatim in Campaniam duxit. Ibi cum eſſet, Nicephorum Oratores ad ſe mittere pacem petitum, & Theophaniam deſponſum audiuit*; Vt ex edicto eiuſdem Othonis ad Duces, & Præfectos Germaniæ, in Vvitikindo legimus.

OTHONIS I. IMPER. EDICTVM AD DVCES,
ET PRÆFECTOS GERMANIÆ.

CCXII. *OTHO diuino nutu Imperator Auguſtus, Hermanno, & Theodorico Saxoniæ Ducibus, cæteriſque publicæ rei noſtræ præfectis omnia amabilia.*

Deo volenti, ſalus omniaq; proſpera planè ſuccedunt. Cæterum Nuncij Conſtantinopolitani Regis, dignitate ſatis inſignes, nos adeunt, pacem vt intelleximus, admodum quærentes. Quoquo tamen modo res agatur, bello, Deo volente nullo modo nos tentare audebunt. Apuliam, & Calabriam Prouincias, quas hactenus tenuère, niſi conueniamus, dabunt. Si verò voluntati noſtræ paruerint, vt præſenti æſtate coniugem cum equiuoco noſtro in Franciam dirigentes, per Fraxinetum ad deſtruendos Saracenos, Deo Comite, iter arripiemus, & ſic ad vos diſponemus. Præterea volumus, vt ſi Redares, ſicut audiuimus tantam ſtragem paſſi ſunt (ſcitis enim quàm ſæpè fidem fregerint) quas iniurias attulerint, nullam vobiſcum pacem adeant. Vnde hæc cum Hermanno Duce ventilantes totis viribus inſtate, vt in deſtructione eorum finem operi imponatis. Ipſi, ſi neceſſe fuerit, ad eos ibimus. Filius noſter in Natiuitate Domini coronam à Beato Apoſtolico in imperij dignitatem ſuſcepit. Scripta XV. Kal. Februar. in Campania iuxta Capuam.

Herimanni cum inciderit ſermo, perlepidam eius hiſtoriam, quàm apud Ditmarum legimus, ſubterfugere non patitur eruditio. Chron. lib. 2. *Interim Hermannus Dux Saxoniam* CCXIII *regebat, poſitaque ad Magdeburg concione ſuſceptus eſt ab Archiepiſcopo, manuque deducitur ad*

tur ad Eccleſiam, accenſis luminaribus, cunctiſque ſonantibus. Ibi auum meimet Henricum, tanta reſiſtentem ſuperbia, dolo capere Dux niſus non potuit: quia hunc militum magna caterua vallauit, præcipit tamen ei, vt Romam poſt Imperatorem pergeret. Quod libentiſſimè complens, tranſcenſis Alpibus, vt primùm ad Imperatorem venit, videns eum à longe ſolo tenus ſe proſtrauit, interrogatuſq; quid cauſa hoc eſſet? quod accuſatus apud eum, gratiam ſuam pietatemque ſolitam perdidiſſe timeret, lacrymabiliter reſpondit: Quem protinus eleuatum Imperator oſculatur, ſingulaq; ſagaciter perquirens, & de ſuſceptione ducis, quomodoq; in medio Epiſcoporum; ad menſam loco Imperatoris ſederet, lectoque dormiret perdidicit. Ob hoc Cæſar Auguſtus maſculè ſuccenſens, Alberto per Epiſtolam mandauit Epiſcopo, vt tot ſibi equos mitteret, quot Duci campanas ſonare, vel quot lucernas accendi præceperat. Imperatoria Archipræſul peragens edicta, quibuſcumque valuit modis ſe per Legatos ſuimet excuſare contendit. Comes præfatus tam ingenioſus erat, vt Cæſarem iratum præ cæteris principibus placare potuiſſet. Sed quia eius fuit conſanguineus, gratiam imperialem vſque in exitum ſuimet vitæ fideliter obtinuit. Quem torque aureo donatum Cæſar dimiſit remeare, ſuoſque familiares contriſtatis hoſtibus lætificare.

CCXIV Beneuentani itaq; deficientes Principes, Othonianis armis petiti, cum belli molem ſuſtinere non poſſent, Othoni ſe dedere. *Pandulphus autem Princeps Athenulphum filium puerum, obſidem dedit: quem Otho educandum in Germaniam in Monaſterium miſit.* (*Sigon. lib. 7.*) Interim Othonis Legatus Byzantium miſſus, Luitprandus Cremonenſis Epiſcopus reuertitur. Huius legationis exemplum primus reperit *Chriſtophorus Brouuerus*; in lucem edidit *Henricus Caniſius*; ſuo operi *Baronius* inſeruit. Ex codice manuſcripto Bibliothecæ primariæ edis Treuirenſis tranſcripſiſſe dixit Brouuerus, cum ad Marcum Velſerum ſeptem virum Auguſtanum tranſmiſit. Hæc fuit Relatio.

LEGATIO LVITPRANDI CREMONENSIS EPISCOPI

Ad Nicephorum Phocam Imperat. Conſtantin. prò OTHONIBVS Auguſtis, & ADHELHEIDA.

CCXV. OTHONES Romanorum inuictiſſimos Imperatores Auguſtos, glorioſiſſimamque Adhelcidem Imperatricem Auguſtam, Luitprandus Sanctæ Cræmonenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſemper valere, proſperari, triumphare, anhelat, deſiderat, optat. (*Baron. tom. 10. ſub Anno 968.*)

Quid cauſæ fuerit, quod prius litteras ſiue nuntium meum non ſuſceperitis, ratio ſubſequens declarabit. Pridie Nonas Iunij Conſtantinopolim venimus, & ad contumeliam veſtram turpiter ſuſcepti, grauiter turpiterque ſumus tractati; palatio quidem ſatis magno, & aperto, quod nec frigus arceret, ſicut nec calorem repelleret, incluſi ſumus: armati milites appoſiti ſunt cuſtodes, qui meis omnibus exitium, cæteris prohiberent ingreſſum. Domus ipſa ſolis nobis incluſis peruia; à Palatio adeo ſequeſtrata, vt eo nobis non equitantibus, ſed ambulantibus anhelitus truncaretur. Acceſſit ad calamitatem noſtram, quod Græcorum vinum, ob picis, tædę, gypſi commixtionem nobis impotabile fuit. Domus ipſa erat inaquoſa, nec ſitim ſaltem aqua extinguere quiuimus, quam data pecunia emeremus. Huic magno *væ*, *væ* alium appoſitum eſt, homo, Sciliorum cuſtos, qui quotidianos ſumptus præberet, cui ſimilem ſi requiras, non terra, ſed infernus forſan dabit; is enim quidquid calamitatis, quidquid rapinæ, quidquid diſpendij, quidquid luctus, quidquid miſeriæ excogitare potuit, quaſi torrens inundans, in nos effudit. Nec in centum viginti diebus vna ſaltem præterijt, quę non gemitus nobis pręberet, & luctus. (*al. Siciliorum.*)

Pridie Nonas Iunij, vt ſuperius ſcripſimus, Conſtantinopolim ante portam Caream venimus, & vſque ad vndecimam horam cum equis, non modica pluuia, expectauimus. Vndecima vero hora non ratus Nicephorus nos dignos eſſe, tam ornatos veſtra miſericordia equitare, venire iuſſit, & vſque in præfatam domum marmoream,

inui-

Sal. Anno 968.

inuiſam, inaquoſam, patulam ſumus deducti: Octauo autem, ideſt, Sabbato primo dierum Pentecoſtes, ante fratris eius Leonis Coroplati, & Logothetæ præſentiam ſum deductus, vbi de Imperiali veſtro nomine magna ſumus contentione fatigati. Ipſe enim vos, non *Imperatorem*, ideſt, Βασιλέα, ſua lingua; ſed ob indignationem ῥῆγα, ideſt *Regem*, noſtra vocabat. *Cui cum dicerem, quod ſignificatur idem eſſe, quamuis, quod ſignificat diuerſum; me, ait, non pacis, ſed contentionis cauſa ueniſſe*; ſicque iratus ſurgens, veſtras litteras, verè indignans, non per ſe, ſed per interpretem ſuſcepit, homo ipſe ad perſonam ſatis procerus, falſo humilis, cui ſi innisus homo fuerit, manum eius perforabit.

Curopalata, Corrip. lib. 2. factus mox curapalati. Et lib. 1. Vocatus cura palati.

Septimo autem, ideſt, ipſo videlicet ſancto die Pentecoſtes, in domo, quæ dicitur Στεφάνα, ideſt, *Coronaria*, ante Nicephorum ſum deductus, hominem ſatis monſtruoſum, pygmæum, capite pinguem, atque oculorum paruitate talpinum, barba curta, lata, ſpiſſa & ſemicana fœdatum, ceruice digitali turpatum, prolixitate, & denſitate comarum ſatis Iopam, colore Æthiopem, cui per mediam nolis occurrere noctem, ventre extenſum, natibus ſiccum, coxis ad menſuram ipſam breue longiſſimum, cruribus paruum, calcaneis pedibuſque æqualem, villino, ſed nimis veternoſo, vel diuturnitate ipſa fœtido, & pallido ornamento indutum, Sicyonijs calceamentis calceatum, lingua procacem, ingenio vulpem, periurio ſeu mendacio Vlyſſem. Semper mihi Domini mei Imperatores Auguſti formoſi, quanto hinc formoſiores viſi eſtis? Semper ornati, quanto hinc ornatiores. Semper potentes, quanto hinc potentiores. Semper mites, quanto hinc mitiores? Semper virtutibus pleni, quanto hinc pleniores? Sedebant ad ſiniſtram, non in eadem linea, ſed longè deorſum duo paruuli Imperatores eius quondam domini nunc ſubiecti, cuius narrationis initium hoc fuit.

Niceph. Imp. deſcriptio.

al. hirtũ.

al. byſſino.

Baſil. & Conſtãt. Romani Imp. Cõſtantinopol. filij.

Debueramus, immo volueramus, te benignè, magnificeq; ſuſcipere, ſed domini tui impietas non permittit, qui tam inimica inuaſione Romam ſibi vendicauit, Berengario, & Adelberto contra ius faſq; vitam abſtulit, Romanorum alios gladio, alios ſuſpendio interemit, oculis alios priuauit, exilio alios relegauit, & Imperij noſtri inſuper Ciuitates homicidio, aut incendio ſibi ſubdere tentauit: & quia affectus eius prauus effectum habere non potuit, nunc te malitiæ huius ſuggeſtorem, atque impulſorem, ſimulata pace, qu iſi ἄσκοπον, ideſt, exploratorem, ad nos direxit.

Niceph. cur tam abuctẽ Luitpr. exceperit, & habuerit.

κατάσκοπον.

Cui inquam ego, Romanam ciuitatem Dominus meus non vi, aut tyrannicè inuaſit, ſed à tyranni, immo tyrannorum iugo liberauit. Nonne effeminati dominabantur eius? & quod grauius ſiue turpius, nonne meretrices? Dormiebat, vt puto, tunc poteſtas tua, immo deceſſorum tuorum, qui nomine ſolo, non autem reipſa Imperatores Romanorum vocantur.

Si potentes, ſi Imp. Rom. erant, cur Romã in meretricum poteſtate ſinebant? Nonne ſanctiſſimorum Paparum alij ſunt relegati, alij à te afflicti, vt neque quotidianos ſumptus, nec eleemoſynam habere quirent? Nonne Adelbertus contumelioſas litteras Romano, & Conſtantino, deceſſoribus tuis Imperatoribus, miſit? Nonne ſanctiſs. Apoſtolorum Eccleſias rapinis expoliauit? Quis ex vobis Imperatoribus, zelo Dei ductus, tam indignum facinus vendicare, & ſanctam Eccleſiam in ſtatum proprium reformare curauit? Neglexiſtis vos, non neglexit Dominus meus; quod à finibus terræ ſurgens, Romamque veniens impios abſtulit, & Sanctorum Apoſtolorum Vicarijs poteſtatem, & honorem omnem contradidit. Poſtmodum verò inſurgentes contra ſe & dominum Apoſtolicum, quaſi iuriſiurandi violatores, ſacrilegos dominorum ſuorum Apoſtolicorum tortores, raptores, ſecundum decreta Imperatorum Romanorum, Iuſtiniani, Valentiniani, Theodoſij, & cæterorum, cæcidit, iugulauit, ſuſpendit, & exilio relegauit: quæ ſi non faceret, impius, iniuſtus, crudelis, tyrannus eſſet. Palam eſt, quod Berengarius, & Adelbertus ſui milites effecti, Regnum Italicum ſceptro aureo ex eius manu ſuſceperunt, & præſentibus ſeruis tuis, qui nunc vſque ſuperſunt, & hac in Ciuitate degunt, iureiurando fidem promiſerunt: Et quia, ſuggerente diabolo, hanc perfide violarunt, iuſtè illos quaſi deſertores, ſibique rebelles Regno priuauit: quod ita ſubditis tibi & poſtmodum rebellibus faceres.

Luitpr. exprobat Nicephoro Roman. Eccl. neglectum.

Sed non, ait, Adelberti hoc profitetur miles. Cui inquam: *Si ſecus dixerit, meorum aliquis*

Anno Sal. 968.

quis militum ſi iubes, cras ita rem eſſe duello declarabis.

Eſto, inquit, fecerit, hæc, vt ais, iuſtè. Nunc *al. terrã* *cur Imperij noſtri terminos bello incendioq; aggreſſus ſit, expedi. Amici eramus, ſocietatemque indiſſolubilem, nuptijs interpoſitis, facere cogitabamus.*

Terram, inquam, *quam Imperij tui eſſe narras, gens, incola, & lingua, Italici Regni eſſe declarat. Tenueruntque illam poteſtatiuè Longobardi; quam & Ludouicus Longobardorum, ſeu Francorum Imperator de manu Sarracenorum, multitudine proſtrata liberauit. Sed & Landulphus Beneuentanorum & Capuanorum Princeps ſeptennio poteſtatiuè eam ſibi ſubiugauit. Nec à ſeruitutis eius, ſeu ſucceſſorum ſuorum iugo vſque ad præſens exiret, ſi non, immenſa data pecunia, Romanus Imper. noſtri Regis Hugonis amicitiam emeret. Et hæc cauſa fuit, quod nepoti ſuo, & æquiuoco Regis noſtri, eiuſdem Hugonis ſpuriam coniugio copulauit. Et vt conſidero Domino meo non gratiam, ſed impotentiam adſcribis, quod poſt Italiæ, ſeu Romæ acquiſitionem, tot annis eam tibi dimiſerit. Societatem vero amicitiæ, quã te parentela voluiſſe facere dicis, fraudem nos* ** al. inducias.* *dolumque tenemus. Pauſanas * exigis, quas nec te exigere, neque nos concedere ratio ipſa compellit. Verum vt fallacia exculpetur, veritas non reticeatur, miſit me dominus meus ad* *filia hæc fuit Anna. Vide Cedrenum, alij vocãt Teophaniã.* *te, vt ſi filiam Romani Imperatoris, & Theophanæ Imperatricis, domino meo, filio ſuo Othoni Imperatori Auguſto, in coniugium tradere volueris, iuramento mihi affirmes, & ego pro gratiarum recompenſatione, hæc & hæc dominum meum tibi facturum, & obſeruaturum* ** hic deeſt aliquid.* *iurando affirmabo. * Sed & optimam amicitiæ arabonã * fraternitati tuæ nunc dominus meus* ** al. optimũ arrabonem.* *contulit, cum Apuliam omnem poteſtati ſubditam, meo interuentu, cuius hoc ſuggeſtione malum factum eſſe dicis. Cuius rei tot ſunt teſtes, quot ſunt totius Apuliæ habitatores.*

Secunda, inquit Nicephorus, hora iam tranſijt: προέλδυσις, *ideſt proceſſio nobis eſt celebranda. Quod nunc inſtat agamus. Contra hæc, cum opportunum fuerit reſpondebimus.*

Proceſs. Niceph. deſcribitur. Non pigeat me προέλδυσιν ipſam deſcribere, & dominos meos audire. Negotiatorum multitudo copioſa ignobiliumq; perſonarum, ea ſolemnitate, collecta, ad ſuſceptionem, & laudem Nicephori, à palatio vſque ad Sanctam Sophiam, quaſi pro muris, viæ margines tenuit, clypeolis tenuibus ſatis & ſpiculis vilibus dedecorata. Acceſſit, & ad dedecoris huius augmentum, quod vulgi ipſius potior pars ad laudem ipſius, nudis proceſſerat pedibus. Credo ſic eos putaſſe, ſanctam ipſam potius exornare προέλδυσιν. Sed & optimates ſui, qui cum ipſo per plebeiam, & diſcalceatam, multitudinem ipſam tranſierunt, magnis & nimia vetuſtate rimatis tunicis erant induti. Satis decentius quotidiana veſte induti pro- *Codinus Curop. li. de off. aulæ Conſtantin.* cederent. Nullus eſt cuius atauus hanc nouam haberet. Nemo ibi auro, nemo gemmis ornatus erat, niſi ipſe ſolus Nicephorus, quem Imperialia ornamenta ad maiorum perſonas ſumpta, & compoſita, fœdiorem reddiderant. Per ſalutem veſtram, quæ mihi mea charior extat, vna veſtrorum pretioſa veſtis, procerum, centum horum, & eo amplius pretioſior eſt. Ductus ego ad προέλδυσιν ipſam in eminentiori loco, iuxta pſaltas, ideſt cantores, ſum conſtitutus.

Cumque quaſi reptans monſtrum illud procederet, clamabant adulatores pſaltæ: *Ecce uenit ſtella matutina, ſurgit Eous, reuerberat obtutu ſolis radios: pallida Sarracenorum mors, Niccephorus* μέδων, ideſt, Princeps: Vnde & cantabatur: μέδοντι, ideſt Principi Nicephoro, πολλὰ ἔτη, ideſt, plures anni ſint. *Gentes hunc adorate, hunc colite, huic tanto colla ſubdite.* Quanto tunc verius canerent, Carbo extincte veni, μέλλε, anus inceſſu, Siluanus vultu, ruſtice, luſtriuage, capripes, cornute, bimembris, ſetiger, indocilis, agreſtis, barbare, dure, villoſe, rebellis Cappadox. Igitur falſidicis illis inflatus nænijs S. Sophiam ingreditur, dominis ſuis Imp. ſe à longè ſequentibus, & in pacis oſculo ad terram vſque adorantibus. Armiger huius ſagitta calamo immiſſa *Aeram* in Eccleſia ponit, quæ proſequitur, quo nimirum tempore imperare cæperit, & ſic *Aeram*, qui id non viderunt, intelligunt.

Hac eadem die conuiuam me ſibi eſſe iuſ- *πολυχρονίζω.* ſit. Non ratus autem me dignum eſſe cuipiam ſuorum præponi procerum, quintuſdecimus ab eo abſque gauſape ſedi; meorum

nemo

Anno Sal. 968

nemo comitum non dico ſolum menſæ non aſſedit, ſed neque domum, in qua conuiuam eram, vidit. Qua in cœna temporis ſatis, & obſcena, ebriorum more, oleo delibuta, alioque quodam deterrimo piſcium liquore aſperſa, multa ſuper potentia veſtra, multa ſuper Regnis & militibus me rogauit. Cui cum conſequenter, & verè reſponderem: *Mentiris*, ait: *Domini tui milites equitandi ignari, pedeſtris pugnæ ſunt inſcij, ſcutorum magnitudo, loricarum grauitudo, enſium longitudo, galearumque pondus neutra parte eos pugnare ſinit*; ac ſubridens, *impedit*, inquit, *eos, & gaſtrimargia*, hoc eſt, *ventris ingluuies*; *quorum Deus venter eſt*; quorum audacia, crapula, fortitudo, ebrietas; ieiunium, diſſolutio; pauor, ſobrietas. Nec eſt in mari domino tuo claſſium numerus. Nauigantium fortitudo mihi ſoli ineſt, qui cũ claſſibus aggrediar, bello maritimas eius ciuitates demoliar; & quæ fluminibus ſunt vicina, redigam in fauillam. Quis, *credo*, mihi etiam in terra copiarum paucitate reſiſtere poterit? filius non affuit; vxor non defuit; Saxones, Sueui, Baioarij, Italici omnes cum eo affuerunt, & cum ciuitatulam vnam ſibi reſiſtentem capere neſcirent, immo nequirent, quomodo mihi reſiſtent venienti? quem tot copiæ proſequentur, Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos, quot cœlum ſtellas, quot mare in flatibus vndas.

Cui cum reſpondere, & Apologeticum, dignum inflatione hac euomere vellem, non permiſit; ſed adiecit quaſi ad contumeliã:

Nomen Roman. improperij loco vſurpatum. Ex Niceta Chonniate, Curopal. & alijs.

Vos non Romani, ſed Longobardi eſtis; cui adhuc dicere volenti, & manu, vt tacerem innuenti, commotus inquam; *Romulum fratricidam, ex quo & Romani dicti ſunt, pornogenitum, hoc eſt, ex adulterio natum chronographia innotuit; aſylumque ſibi feciße, in quo alieni æris debitores, fugitiuos, ſeruos, homicidas, ac pro reatibus ſuis morte dignos ſuſcepit, multitudinemque quandam talium ſibi adſciuit, quos Romanos appellauit: ex qua nobilitate propagati ſunt ipſi quos vos Koſmocratores, ideſt, Imperatores appellatis: quos nos Longobardi ſcilicet, Saxones, Franci, Lotharingi, Baioarij, Sueui, Burgundiones tanto dedignamur, vt inimicos noſtros commoti, nil aliud contumeliarum, niſi, Romane, dicamus, hoc ſolo, ideſt, Romanorum nomine, quidquid ignobilitatis, quidquid timiditatis, quidquid auaritiæ, quidquid luxuriæ, quidquid mendacij, immo quicquid vitiorum eſt, comprehendentes.*

Imbelles vero nos, & equitandi inſcios quia dicis, ſi Chriſtianorum peccata promerentur, vt in hac auſteritate perdures, quales vos eſtis, quamue pugnaces nos ſimus, bella proxima demonſtrabunt.

Luitp. à Niceph. Imp peſſime habitus.

Talibus Nicephorus exacerbatus dictis, manu ſilentium indixit, menſamque ſine latitudine longam auferri, meq; in inuiſam domum, ſeu vt verius fatear, carcerem reuerti præcepit. Vbi poſt biduum cum indignatione, tum æſtu & ſiti, magno ſum languore affectus. Sed & aſſeclarum meorum nemo extitit, qui non eodem ebriatus poculo, diem ſibi vltimum imminere formidaret. Cur quæſo non ægrotarent, quibus erat potus pro optimo vino ſalſugo; pro culcitra, non fœnum, non ſtramen, non ſaltem terra, ſed durum marmor, pro ceruicali lapis? quibus patula domus non calorem, non imbrem, non frigus arcebat. Ipſa ſi vellet Salus his circumfuſa, vt vulgo loquimur, eos ſaluare non poſſet. Proprio ergo, atque meorum debilitatus angore, conuocato ad me cuſtode, immo perſecutore meo, non precibus ſolum, ſed pretio obtinui, vt epiſtolam meam hunc modum continentem Nicephori fratri deferret.

Epiſt. Luitpr.

Leoni Coroplati, & Logothetæ τῦ δρόμυ Luitprandus Epiſcopus. Si Imperator sereniſſimus petitionem, ob quam veni, perficere cogitat, non fatigant me, quas hic ſuſtineo, paſſiones: Litteris ſolummodo meis & nuntio, vt inſtruatur dominus meus, me hic moram ab re non facere. Quod ſi ſecus res ſeſe habet, nauis & hic Venetorum, onerariaque proficiſci feſtinat, hanc me ægrotum ingredi ſinat, vt ſi diſſolutionis meæ tempus aduenerit, cadauer meum genitale ſaltẽ ſolũ ſuſcipiat. Quas cum legiſſet, ſe poſt quatriduum me iuſſit adire. Sederunt cum eo ad diſceptationem veſtram ſecundum eorum traditionem, ſapientiſſimi viri, Attico pollentes eloquio, Baſilius Parakimomenos, Proto à ſecretis, Protoueſtiarius, & duo Magiſtri, quorum hoc fuit narrationis initium.

Anno Sal. 968.

Quid cauſa ſit, quare te hoc fatigaſti, frater, ediſſere. Quibus cũ parentelæ gratia, quę eſſet occaſio infinitę pacis, edicere, inquiunt: *Inaudita res eſt, vt Porphyrogeniti Porphyrogenita, hoc eſt, in purpura nati filia, in purpura nata, gentibus miſceatur. Verum quia tam excellentem rem petitis, ſi datis quod decet, accipietis quod libet; Rauennam ſcilicet & Romam cum his omnibus continuatis, quæ ab his ſunt vſque ad nos. Si vero amicitiam abſque parentela deſideratis, Romam liberam eſſe dominus tuus permittat: Principes autem Capuanum ſcilicet, & Beneuentanum, ſancti noſtri Imperij olim ſeruos, nunc rebelles, ſeruituti priſtinæ tradat.*

Quibus, *Dominum meum*, inquam, *potentiores habere Sclauos Petro Bulgarorum Rege, qui Chriſtophori Imperatoris filiam in coniugium duxit*, etiam ipſi non ignoratis. *Sed Chriſtophorus*, aiunt, *non Porphyrogenitus fuit*.

Græcor. arrogantia.

Roma vero, inquam, *quam vos liberam eſſe velle perſtrepitis, cui ſeruit? cui tributa perſoluit? Nonne prius meretricibus ſeruiebat? & vobis dormientibus, immo non valentibus, Dominus meus Imper. Auguſtus à tam turpi ſeruitute liberauit? Conſtantinus Imp. Auguſtus, qui hanc ex ſuo nomine condidit Ciuitatem, Sanctæ Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, vt erat Koſmocrator, multa donaria contulit, non in Italia ſolum, ſed in omnibus penè Occidentalibus Regnis, necnon de Orientalibus, atque Meridianis, Græcia ſcilicet, Iudæa, Perſide, Meſopotamia, Babylonia, Aegypto, Libya, vt ipſius teſtantur priuilegia, quæ penes nos ſunt. Sanè quidquid in Italia, ſed in Saxonia, Baioaria, omnibus domini mei Regnis eſt, quod ad Apoſtolorum Beatorum Eccleſiam reſpicit, ſanctiſſimorum Apoſtolorum Vicario contulit. Et ſi eſt, vt dominus meus ex his omnibus ciuitates, villas, milites, aut familiam obtineat, Deum negaui.* Cur Imperator vero non itidem facit, vt ea, quæ ſuis in ſunt Regnis, Apoſtolorum Eccleſiæ reddat, & per laborem, atq; munificentiam domini mei ditem, & liberam, ditiorem ipſe ac liberiorem reddat?

Dona Roman. Eccleſ. a Conſt. Magno, & Othone Imp. collata.

Sed hoc, ait *Baſilius ParaKimomenos, faciet, cum ad nutum ſuum Roma & Romana Eccleſia ordinabitur. Tum, homo*, inquam, *quidam, multam ab alio paſſus iniuriam, his Deũ aggreſſus eſt verbis: Domine, vindica me de aduerſario meo. Cui Dominus, faciam, inquit, in die cum reddam vnicuique ſecundum opera ſua. At ille, quam tarde, inſit.*

Tunc omnes præter fratrem, cachinno commoti, diſceptationem dimiſerunt, meque in inuiſam domum reduci præceperũt, magnaque cuſtodiri cautela, vſque in Sanctorum Apoſtolorum religioſis cunctis celebrem diem. Qua celebritate me ſatis ægrotum, necnon & Bulgarorum nuntios, qui pridie venerant, ad Sanctos Apoſtolos ſibi obuiare præcepit. Cumque poſt næniarum garrulitatem, & Miſſarum celebrationem, ad menſam inuitaremur; in citeriori menſæ margine, quæ erat ſine latitudine longa, Bulgarorum nuntium, Vngarico more tonſum, ænea catena cinctum, & vt mens mihi ſuggerit, catechumenum, mihi præponit; ad veſtram planè, domini mei Auguſti, contumeliam. In vobis contemptus, in vobis ſpretus, in vobis abiectus. Sed gratias ago Domino IESV Chriſto, cui vos ſeruitis omni ſpiritu veſtro, quod habitus ſum pro nomine veſtro dignus contumelias pati. Verum, domini mei, meam non conſiderans, ſed veſtram iniuriam, menſam reliqui.

Contẽnitur Otho Imp. in ſuo Legato.

Cumque indignans abire vellem. Leo Curoplates Imperatoris frater, & Protho à ſecretis Symeon, pone me ſequuntur, hæc latrantes: *Cum Chriſtophori filiam Petrus Bulgarorum Vaſileus coniugem duceret, ſymphona, ideſt conſonantia ſcripta iuramento firmata ſunt, vt omnium gentium Apoſtolis, ideſt Nuntijs, penes nos, Bulgarorum Apoſtoli præponantur, honorentur, diligantur. Bulgarorum ille Apoſtolus, quamquam vt dicis, & verum eſt, tonſus, illotus, & catena ænea cinctus ſit: Patricius tamen eſt, cui Epiſcopum præponere, Francorum præſertim, nefas decernimus, iudicamus. Et quoniam te id indigne ferre cognoſcimus, non te nunc, vt putas, ad hoſpitium redire ſinimus, ſed in diuerſorio quodam cum Imperatoris ſeruis cibum guſtare compellimus.*

Luitpr. cũ famulis Imp. comedere cogitur.

Quibus ob incomparabilem cordis dolorem nil reſpondi, ſed quæ iuſſerant, feci; indignum iudicans menſam, qua non dico mihi, ideſt, Luitprando Epiſcopo; ſed Bulgarorum nuntius veſtro præponitur nuntio. Sed leniuit dolorem meum Imperator ſanctus

Indignã iudicant cauſam.

ctus

Anno Sal. 968.

ctus munere magno, mittens mihi ex delicatiſſimis cibis ſuis hœdum pinguem, ex quo ipſe comederat, allio, cepe, porris laute ſuffarcinatum, garo delibutum, quem veſtræ tunc menſæ ineſſe optaui, vt qui delicias ſancti Imperatori fauſtas eſſe non creditis, ſaltem his perſpectis crederetis.

Semeſa fercula ab Imp. dono accepit.

Tranſactis ergo octo diebus, cum Bulgari iam abeſſent, putans me menſam magnifacere ſuam, in eodem loco me ſatis ægrotum ſecum conuiuare coegit. Affuit cum pluribus Epiſcopis, & Patriarcha, quibus præſentibus, plures mihi quæſtiones de Scripturis ſacris propoſuit, quas cum Spiritu ſancto afflante eleganter expoſui, nouiſſimè autem, vt de vobis ludum haberet, quas Synodos haberemus rogauit. Cui cum Nicęnam, Chalcedonenſem, Epheſinam, Antiochenam, Carthaginenſem, Ancyranam, Conſtantinopolitanam edicerem; *Ha ha he,* ait, *Saxonicam dicere es oblitus, quam ſi rogas, cur noſtri codices non habent, rudem eſſe, & ad nos necdum venire poſſe reſpondeo.*

Patr. hic fuit Polyeuctus.

Cui inquam: *in quo membro regnat infirmitas, illud eſt cauterio exurendum: hereſes omnes à vobis emanarunt, penes vos viguerunt: à nobis, id eſt, Occidentalibus hic ſunt iugulatæ, hic ſunt occiſæ. Romanam ſiue Papienſem Synodum, quamquam eſſent ſæpe, his non connumeramus. Romanus enim Clericus, poſtmodum vniuerſalis Papa, Gregorius, qui à vobis appellatus eſt Dialogus, Eutychium Conſtantinopolitanum Patriarcham hereticum ab eiuſmodi hereſi liberauit. Aiebat idem Eutychius, nec ſolum aiebat, ſed etiam docebat, clamabat, ſcriptitabat, nos in reſurrectione non veram, quam hic habemus, ſed phantaſticam quandam carnem aſſumpturos, cuius erroris liber à Gregorio orthodoxè eſt combuſtus. Sed Euodius Papienſis Epiſcopus, propter aliam quamdam hereſim huc, id eſt, Conſtantinopolim à Romano eſt Patriarcha directus, quam compreſſam, in Catholicam, atque orthodoxam reformauit. Saxonum genus, ex quo ſanctum lauacrum, & Dei accepit notitiam, nulla eſt hereſi maculatum, vt ibi Synodus fieret, qua errorem, cum nullus eſſet, corrigeret. Rudem quia dicis Saxonibus eſſe Fidem, idipſum, & ego affirmo: ſemper enim apud eos Chriſti Fides rudis eſt, & non vetus, vbi Fidem opera ſequuntur. Hic Fides non rudis, ſed vetus eſt, vbi Fidem opera non comitantur, ſed quaſi præ vetuſtate, vt veſtis contempta, contemnitur. Sed hanc Synodum factam eſſe in Saxonia certo ſcio, in qua tractatum eſt, & firmatum decentius enſibus pugnare, quam calamis; & prius mortem obire, quam hoſtibus terga dare:* quod vel tuus exercitus experitur; in corde meo dixi, & quam ſint pugnaces re ipſa experiatur.

Græcia hęreſum mater.

Eutychij error.

Saxon. defenſi.

Verum hac eadem die poſt meridiem, adeo impotentem, & transfiguratum me reuertenti ad palatium ſibi præcepit occurrere, vt obuiantes mihi, quæ prius in ſtuporem mentis mulieres verſæ, * *Mana, mana,* clamabant; miſeriam meam pugnis pectora tunſæ dicerent, ταπεινὴ καὶ ταλαίπωρε. Cui, Nicephoro ſcilicet venienti, & vobis abſentibus, quid tunc manibus in cœlum erectis optauerim, proueniat vtinam. Sed mihi velim credatis, ad riſum me non parum illexit. Impatienti enim, atque effræni inſidens equo, ſatis paruus, ſatis magno, puppam ipſum mens ſibi depinxit mea, quam Schlaui veſtri equino colligantes pullo matrem præcedentem ſequi effrænatæ dimittunt.

** id eſt, mater, mater.*

Niceph. Imp. ridiculus.

His expletis ad conciues, & cohabitatores meos, quinque Leones, in prænominatam inuiſam domum ſum deductus, vbi poſt hebdomadarum ſpacium trium, nullius niſi meorum ſum colloquio viſitatus. Qua ex re Nicephorum numquam me velle dimittere mens ſibi depinxit mea, ac triſtitia immodica languorem languori adeo ſuper impoſuit, vt vita excederem, niſi mihi hanc Dei Genitrix à Creatore, & Filio ſuo precibus obtineret; quemadmodum non phantaſtica, ſed vera eſt mihi viſione monſtratum.

His ergo tribus hebdomadibus habuit Nicephorus extra Conſtantinopolim metaſtaſin, id eſt, ſtationem, in loco qui dicitur εἰς πηγὰς, id eſt, Ad fontes, eodemq; me venire præcepit. Et cum tamen languidus eſſem, vt non ſolum ſtatio, ſed ipſa etiam ſeſſio grauis mihi moræ videretur, diſcooperto capite, quod malæ valetudini meæ nimis contrarium erat, ante ſe me ſtare coegit; cui & ait: *Domini tui Regis Othonis nuntij, qui*

Anno Sal. 968

præterito te præceſſerunt anno iuramento mihi promiſerunt, & iuſiurandi litteræ in præſentiarum ſunt, numquam illum in aliquo noſtrum ſcandalizare Imperium. Vis maius ſcandalum, quam quod ſe Imperatorem vocat, Imperij noſtri Themata ſibi vſurpat? Vtraque non ſunt ferenda, & ſi vtraque importabilia, iſtud eſt non ferendum, immo nec audiendum, quod ſe Imperatorem nominat. Sed ſi confirmas eadem, quod ipſi fecerunt, fortunatum te, atque locupletem Imperij noſtri maieſtas cito dimittet. Id autem eo non dixit, vt vos, ſi mea hoc ſtultitia faceret, * conſeruatos ſperarem, ſed voluit habere præ manibus, quod in laudem ſuam, & contumeliam noſtram oſtenderet futuris temporibus.

** f. ſeruaturos ſperaret*

Cui inquam, *nuper ſanctiſſimus Dominus meus, vt eſt ſapientiſſimus, & ſpiritu Dei plenus, hæc prænoſcens, quæ aſſeris, ne terminos quos conſtituit mihi, tranſcenderem,* ἐντολὴν *id eſt, præceptum conſcripſit, quod & ſigillo ſignauit ſuo, ne ſecus facerem.* Scis Domine mi Auguſte, qua id fiducia dixerim? ἐντολὴν illud in medium proferatur, & quidquid iuſſerit, iuramento à me tibi firmetur. Sed præteriti nuntij præter iuſſionem domini mei promiſerunt, iurauerunt, conſcripſerunt, ita eſt, vt Plato ait; *Cauſa penes optantem, Deus extra culpam.*

His expletis ventum eſt ad nobiliſſimos Principes, Capuanum, & Beneuentanum, quos ipſe ſeruos nominat, & ob quos inteſtinus ipſum agitat dolor. *Seruos,* inquit, *meos dominus tuus in tutelam recipit ſuam, quos ſi non dimiſerit, & in priſtinam ſeruitutem redegerit, noſtra amicitia carebit, ipſi in Imperium noſtrum, vt recipiantur, flagitant, ſed recuſat eos noſtrum Imperium, vt cognoſcãt, & experiantur, quam periculoſum ſit, ſeruos à dominis declinaſſe, ſeruitutem effugere. Et eſt decentius domino tuo, vt mihi eos tradat amicus, quam mihi dimittat inuitus. Experientur plane, vita comite, quid ſit herum fallere, quid ſit ſeruitutem deſerere; &, vt puto, ſentiunt nunc, quod dico, operantibus hoc noſtris, qui ſunt vltra mare militibus.*

Othoni minatur Niceph.

Quibus reſpondere me non permiſit, ſed abire cupientem, ad menſam ſuam redire præcepit. Cui pater aſſedit, homo, vt mihi videbatur, natus centum quinquaginta annis. Cui itidem, vt filio, Græci in laudibus, immo inuentis ſuis, Deus annos vt multiplicet, conclamant. Qua in re, quam ſint Græci ſtulti, quamve huius gloriæ amatores, quamue adulatores, quam cupidi, hinc colligere poſſumus: optant ſoli non ſola, ſed ſilicernio, quod naturam ipſam non pati certo ſciunt, gaudet & ſilicernium ea ſibi optari, quæ nec Deum facere, nec * tibi prodeſſe, ſed obeſſe, etiamſi faceret, nouit. Quod quæſo Nicephorum gaudere pacis........ illum, & phosphorum clamabant. Impotentem, virilem, ſtultum, ſapientem, breuẽ, magnum; nigrum, album, peccatorem, ſanctum dicere: mihi credite, non laus, ſed contumelia eſt. Et qui aliena magis gaudet ſibi acclamari, quam propria, auibus omnino eſt ſimilis, quarum intuitum nox illuminat, dies cæcat.

Fuit is Bardas, quem Niceph. Imperiũ adeptus

Cæſarẽ ſalutant.

** f. ſibi.*

Sed redeamus ad rem, hac in cœna, quod prius non fecerat, * voce Latina B. Ioannis Chryſoſtomi homiliam in Apoſtolorum actibus legere iuſſit. Poſt cuius lectionis terminum, cum ad vos redeundi licentiam quærerem, capite ſe ita facturum innuens, recipi me ad conciues, & cohabitatores meos leones perſecutori meo indixit. Quod cum fieret, non ſum ab eo viſus, vſque in tertiumdecimum Kalend. Auguſti, ſed diligenter cuſtoditus, ne cuiuſpiam frueretr ſermone, qui ſuos mihi actus indicaret. Interea Grimizonem Adelberti nuntium ſe adire iuſſit, quem cum nauali ſuo exercitu redire præcepit. fuerunt chelandia vigintiquatuor, Ruſſorum naues duæ, Gallicæ duæ, ſi plus miſerit, quas non viderim, neſcio. Veſtrorum, domini mei Imperatores Auguſti, militum fortitudo non eget, vt aduerſariorum impotentia animetur, quod in his ſæpe expertum eſt gentibus, quarum etiam vltimi, & cæterorum comparatione, impotentes, Græcam fortitudinem ſtrauerunt, tributariam fecerunt. Sicut enim vos non terrerem, ſi fortiſſimos illos, & Alexandro Macedoni ſimiles prædicarem, & ſic vos inſtigo, cum impotentiam eorum, quæ vera eſt, narro. Mihi credatis velim, & credetis ſcio, omnem ipſum exercitum * quadringentis veſtris, ſi foſſa muriue non impediant, poſſe * occidere, cui exercitui, vt puto, ad contumeliam

** al. voſcetiam, ex quo corrigo voce clara.*

** à quadrigentis veſtris.*

** occidi.*

tumeliam

Sal. Anno 968. cumeliam veſtram, hominem quamdam (ſed quamdam eo dixi, quia mas eſſe deſijt, mulier fieri nequit) præpoſuit. Adelbertus octo millia loricatorum ſe habere Nicephoro mandauit, quibus cum Argiuo admiuiculante exercitu, vos fugare, aut ſternere dicit, rogauitque æmulum veſtrum, vt pecunia illi mitteretur, qua illos auidius ad pugnam inſtigaret.

Sed nunc, domini mei, accipite inſidias Danaum, & crimine ab vno diſcite omnes: Nicephorus mancipio illi, cui collecticium, atque conducticium commendauit exercitum, pecuniam ſatis magnam hac ratione dedit, vt ſi Adelbertus cum ſeptem millibus loricatorum, & eo amplius, ſicut mandauit, ſe adierit, tunc donatiuum eis illud diſtribuat. Cona frater ſuus cum ipſo, & Argolico exercitu vos impugnet, Adelbertus verò Bareis diligenter cuſtodiatur, donec potitus victoria frater redeat. Quod ſi veniens tot hominum millia non duxerit, vt capiatur, vinciatur, vobiſque eo venientibus tradatur. Inſuper & pecunia, quæ ei debebatur, veſtras in manus conferatur, edixit. O bellatorem, o fidelem! prodere cupit, * cui defenſorem parat, quem perdere cupit: in neutro fides, in vtroque infidelitas: fecit, quo non eguit, eguit, quod non fecerat. Sed eſto, fecerit, vt Græcos decuit, nos ad propoſitum redeamus.

** al. qui*

Quartodecimo Kalendas Auguſti collecticium ipſum naualem exercitum, me ab inuiſa domo ſpectante, dimiſit. Decimotertio autem, quo die leues Græci raptionem Heliæ Prophetæ ad cœlos ludis ſcenicis celebrant, me ſe adire præcepit, cui & ait: *Imperium noſtrum copias in Aſſyrios ducere cogitat, non ſuper Chriſticolas, quemadmodum dominus tuus: præterito quippe anno id pſum facere volui, ſed audito, quod dominus tuus Imperij noſtri terram inuadere vellet, dimiſſis Aſſyrijs illum verſus habenas retorſimus, obuiamq; nobis in Macedonia Dominicus Venedicus nuntius ſuus, qui multo labore, & ſudore nos, ut reuerteremur, deluſit, iureiurando nobis affirmans, numquam dominum tuum eſſe id cogitaturum, nedum facturum, reuertere ergo* (quod cum audiſſem tacitus Deo gratias dixi) & hæc atque hæc tuo domino nuntiato, ſi me compotem fecerit, ipſe redito.

Feſtũ raptionis Heliæ.

Cui, *iubeat*, inquam, *ſanctiſſimum * Imperatorem tuum me in Italiam cito aduolare, certa ratione, quod dominus meus, quo vult Imperium tuum, compleat, & lætus ego ad te redeam*. Quod qua mente dixerim, nec ipſum, proh dolor, latuit. Nam ſubridens, ſimul capite innuit, meque contra tenus ſe adorantem, atque abeuntem extra, foris manere, atq; ad cœnam allio & cepa bene olentem, oleo & garo ſordidam venire præcepit; magniſque die illa effeci precibus, vt munus meum, quod ſæpe aſpernatus erat, dignaretur accipere.

** ſ. Imperium.*

Reſidentibus itaque nobis ad menſam ſine latitudine longam * pallingi latitudine tectam, longitudine ſeminudam, ex Francis, quo nomine tam Latinos, quam Teutones comprehendit, ludum habuit: rogauitque me, vt, quo in loco Epiſcopatus mei ciuitas eſſet, quoue nomine frueretur, edicerem. Cui, *Cremona*, inquam, *Eridano fluuiorum Italiæ Regi ſatis vicina, & quia Imperium tuum chelandia eo mittere properat, proſit mihi te vidiſſe, proſit agnouiſſe, da pacem loco, vt per te ſaltem poſſit ſubſiſtere, qui tibi non poteſt reſiſtere*. Sed vafer ille hæc εἰρωνικῶς me dixiſſe cognouit, ſubmiſſoq; vultu *ſe ita facturum promiſit, iurauitque mihi per ſancti ſui virtutem Imperij, nil me mali paſſurum, ſed proſpere ſuis cum chelandijs, vſque in Anconitanum portum cito perueenturum*; & mihi id tunſo digitis pectore iurauit.

** al. pallij, vel palmi.*

Verum quam impie peierauerit, animaduertite. Hæc acta, hæc dicta ſunt decimotertio Kalendas Auguſti, ſecunda feria, quo ex die vſque in nonum ſtipendiorum nihil ab eo recepi, cum tanta eſſet Conſtantinopoli fames, vt vigintiquinque aſſeclas meos, & quatuor cuſtodes Græcos tribus aureis vna cœna nequirem reficere. Quarta feria ipſius hæbdomadæ Nicephorus Conſtantinopolim egreditur, in Aſſyrios profecturus.

Quinta feria frater ſuus me accerſiuit, quem ita conuenit: *Sancto Imperatore præmiſſo, domi hodie diſpoſitionis eiuſdem cauſa ſubſtiti; nunc ſi te ſanctum Imperatorem viſendi deſiderium obtinet, & ſi quidquam, quod necdum prodideris habes, ediſſere*. Cui, inquã,

nec

Anno Sal. 968.

nec ſanctum Imperatorem videndi, nec rei nouæ narrandæ habeo cauſam. vnum hoc peto, ſecundum ſancti Imperij promiſſionem, vt chelandijs in Anconitanum portum, vſque deducat. Quo auditu (vt ſunt Græci per caput alterius ſemper iurare parati) per Imperatorium caput, per vitam propriam, per liberos, quos Deus ita, vt verum dixit, conſeruet, ſe id completurum iurare cœpit. Cui cum, *quando?* dicerem; *mox diſcedente Imperatore: Delongaris enim, ſub cuius manu nauium eſt omnis poteſtas, recedente ſancto Imperatore, curam tui aget.* Hac ſpe ludificatus, lætus ab eo receſſi.

Mos iurandi apud Græcos.

Poſt ſequentem vero diem, Sabbato ſcilicet, in Vmbriam, qui eſt locus decem, & octo milliaribus Conſtantinopoli diſtans, Nicephorus me accerſiri iubet. cui & ait. *Putabam te quidem virum magnum, & honeſtum ea gratia huc veniſse, vt completa omnimodo voluntate mea, perpetuam inter me, & dominum tuum conſtitueres amicitiam. Et quoniam ob cordis tui duritiem id facere nolis, vnum ſaltem, quod facere iuſta ratione poſſis, efficito; ſcilicet dominum tuum Principibus Capuano, & Beneuentano ſeruis meis, quos oppugnare diſpono, nullum conſilium collaturum. Sua qui non largitur, noſtra ſaltem dimittat. Noua res eſt, quod eorum patres, & aui noſtro Imperio tributa dederunt: at id iſtos, breui tempore facturos, Imperij noſtri exercitus laborabit.*

Cui inquam: *Principes iſti apprime nobiles, & domini mei ſunt milites, qui ſi ſenſerit exercitum tuum ſuper eos irruere, eis copias mittet, quibuſcum tuos conterere, & duo illa Themata, quæ vltra mare habes, tibi præualebunt auferre.*

Tunc bufonis in modum tumefactus, & commotus: *Diſcede,* inquit, *Per me, per qui me talem genuere parentes, faciam, vt aliud dominus tuus, quam deſertores ſeruos defendere cogitet.* Cumque abirem, iuſſit interpreti, me ſibi conuiuam fieri, accitiſque eorumdem Principum fratre, & Byſantio Bariſiano, magnas in vos, gentemq; Latinam, & Teutonicam contumelias euomere iuſſit. Verum cum à ſordida cœna ipſe diſcederē, nuntijs interpoſitis, clam mihi mandauerunt, & iurauerunt, ſe quæ latrauerant, non ſponte, ſed Imperatore volente, & comminante dixiſse.

Sed & idem Nicephorus in eadem cęna me interrogauit, *ſi vos periuolia, id eſt, brolia, vel ſi in periuolijs onagros, vel cætera animalia haberetis.* Cui, cum *vos brolia, & in brolijs animalia, onagris exceptis, habere* affirmarem. *Ducam te,* inquit, *in noſtrum periuolium, cuius magnitudinem, & onagros, id eſt, ſilueſtres aſinos, te vidiſſe miraberis.* Ductus itaq; in periuolium ſatis magnum, montuoſum, fructuoſum, minime amœnum, cum pileatus equitarem, meq; Coroplates à longe proſpiceret, filio celeriter directo, mihi mandauit fas non eſſe quempiam, vbi Imperator eſſet, pileatum, ſed teriſtratum incedere. Cui, *Mulieres,* inquam, *noſtræ tiaratæ, & teriſtratæ, viri equitant pileati. Nec decet vos compellere patrium me hic mutare morem: cum veſtros, nos adeuntes, patrium morem tenere ſinamus: manicati enim, faſciati,* * *fibulati, criniti, talari tunica induti penes nos equitant, incedunt, menſæ aſſident: &, quod noſtris omnibus nimis turpe videtur, ipſi ſoli capite operto Imperatores noſtros deoſculantur.* Quod non amplius fieri Deus permittat, tacitus dixi.

περιβόλαια. Germ. Thurgar.

* al. vipolan.

Reuertere ergo inquit: quod cum facerem, occurrunt mihi commiſti capreis, quos ipſi dicunt, onagri. Sed quæſo quales onagri? Quales ſunt Cremonæ domeſtici. color idem, forma eadem, auriti itidem, vocales ſimiliter, cum rudere incipiunt, magnitudo non diſpar, velocitas vna, dulces lupis æq; quos cum viderem, coequitanti Græco inquam: *Huiuſmodi numquam in Saxonia vidi.* Si, inquit, *dominus tuus ſancto Imperatori morigeratus fuerit, multos illi huiuſmodi dabit, eritque illi non parua gloria, cum ipſe poſſidebit, quod nemo dominorum deceſſorum ſuorum vidit.* Sed mihi credite domini mei Auguſti, confrater & coepiſcopus meus dominus Antonius poteſt non inferiores dare, vt commercia teſtantur, quæ fiunt Cremonæ, atque ipſi non onagri, ſed domeſtici; non vacui, ſed onerati procedunt. Sed cum ea ſuperius ſcripta, verba idem Nicephoro nuntiaſſet, tranſmiſſis mihi duabus capreis, vt abirem, licentiam dedit. In craſtinum autem Syriam verſus profectus.

Sed

Anno Sal. 968

Sed cur exercitum non in Aſſyrios duxerit, quæſo aduertite. Habent Græci & Sarraceni libros, quos ὁράσεις ſiue viſiones Danielis vocant; ego autem Sibyllinos: in quibus ſcriptum reperitur, quot annis Imperator quiſque viuat: quæ ſint futura, eo imperitante, tempora; pax, an ſimultas; ſecundæ Sarracenorum res, an aduerſæ. Legitur itaque, huius Nicephori temporibus Aſſyrios Græcis non poſſe reſiſtere, huncque ſeptennio tantum viuere: poſt cuius obitum Imperatorem iſto deteriorem (ſed timeo quod inueniri non poſſit) & magis imbellem debere ſurgere: cuius temporibus præualere debent adeo Aſſyrij, vt in Chalcedoniam vſque, quæ diſtat Conſtantinopoli haud longe, poteſtatiue cuncta debeant obtinere. Conſiderant enim vtrique tempora, vna eademque re Græci animati inſequuntur. Sarraceni deſperati non reſiſtunt, tempus expectantes, cum & ipſi inſequantur, Græci * iterum non reſiſtunt.

Viſiones Danielis, ſeu libri Sybillini.

** al. interim nõ reſiſtũt.*

Sed Hippolytus quidam Sicilienſis Epiſcopus eadem ſcripſit, & de Imperio veſtro, & gente noſtra, noſtram nunc dico omnem, quæ ſub veſtro Imperio eſt gentẽ; atque vtinam verum ſit, quod de præſentibus ſcripſit iſte temporibus. Cetera, vt ſcripſit, ſunt vſque huc completa, quemadmodum per ipſos, qui horum librorum ſcientiam habent, audiui; & ex multis eius dictis vnum id proferam in medium. Ait enim nunc completum iri ſcripturam, quæ dicit: λέων καὶ σκύμνος ὁμοδιώξουσιν ὄναγρον. Græce ita. Latinum autem ſic: Leo & catulus ſimul exterminabunt onagrum. Cuius interpretatio ſecundum Græcos; Leo, id eſt, Romanorum ſiue Græcorum Imperator, & catulus Francorum ſcilicet Rex, ſimul his præſentibus, temporibus exterminabunt onagrum, id eſt, Sarracenorum Regem Africanum. Quæ interpretatio eo mihi vera non videtur, quoniam leo & catulus, quamuis diſparis magnitudinis, vnius tamen ſunt naturæ & ſpeciei ſeu moris, atque vt mihi mea ſcientia ſuggerit, ſi Leo Græcorum Imperator, inconueniens eſt vt Catulus ſit Francorum Rex, quamuis enim vtrique homines ſint, ſicut Leo & catulus vterque animalia, diſtant tamen moribus tantum, non dico ſolum quantum ſpecies ſpeciebus, ſed quantum ſenſibilia inſenſibilibus. Catulus à Leone nil niſi tempore diſtat, forma eadem, rabies vna, rugitus idem. Græcorum Rex crinitus, tunicatus, manicatus, teriſtratus, mendax, doloſus, immiſericors, vulpinus, ſuperbus, falſo humilis, parcus, cupidus, allio, cæpe & porris veſcens, balnea bibens; Francorum Rex contra pulchre tonſus, à muliebri veſtitu veſte diuerſus, paleatus, verax, nil doli habens, ſatis vbi competit, miſericors, ſeuerus vbi oportet: ſemper verè humilis, numquam parcus, non allio, cæpis, porris veſcens, vt poſſit animalibus eo parcere: quatenus non manducatis, ſed venundatis pecuniam congreget. Audiſtis differentiam, nolite hanc interpretationem ſuſcipere, aut enim futura eſt, aut hæc vera non eſt, impoſſibile eſt enim, vt Nicephorus, ſicut ipſi mentiuntur, ſit Leo, & Otho ſit Catulus, qui ſimul exterminent aliquem. Ante enim perretatis amborum finibus exul, aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tygrim, quam Nicephorus & Otho amicitia coeant, & fœdera iungant.

Hippol. Epiſcop. Sicil. vaticinium eiuſque interpretatio.

Græci, et Latini Imp. differens habitus, et mores

Audiſtis Græcorum, audite nunc Luitprandi Cremonenſis Epiſcopi interpretationem. Dico autem, & non ſolum dico, ſed affirmo, ſi ſcriptura hæc præſentibus eſt implenda temporibus Leo & catulus, pater filius, Otho & Otho in nullo diſpares, tempore diſtantes tantum, ſimul hoc præſenti tempore exterminabunt onagrum, id eſt, ſilueſtrem aſinum Nicephorum: qui non incongrue ſilueſtri aſino comparatur, ob vanam, & inanem gloriam, inceſtumque dominæ, & commatris ſuæ coniugium. Si onager iſte nunc à Leone, & Catulo noſtro Othone, & Othone, patre ſcilicet & filio Auguſtis Romanorum Imperatoribus exterminatus non fuerit, nec quod Hippolytus ſcripſit verum erit: Græcorum enim illa ſuperior abijcienda interpretatio eſt.

Niceph. Imp. onagro comparatus.

Sed, o IESV bone, Deus æterne, Verbum Patris, qui nobis indignis loqueris non voce ſed inſpiratione nullam aliam interpretationem quam meam in hac ſententia velis. Iube, vt Leo & Catulus iſti hunc exterminent & humilient onagrum,

cor-

Sal. Anno 968.

corpore, quatenus in ſe reuerſus, dominiſq; ſuis Baſilio & Conſtantino Imperatoribus ſubditus in die Domini ſpiritus ſit ſaluus.

Sed Aſtronomi hoc idem de vobis & Nicephoro pronuntiant. Res, inquam, mira. Cum quodam ſum locutus Aſtronomo, qui veſtram, domini mei Auguſti, equiuocique veſtri Auguſti, formam, mores, vt ſunt, verè dixit, cunctaque mea præterita, quaſi præſentia dixit. Nec præterijt quiſquam amicorum, vel inimicorum, de quibus mens mihi ſuggeſſit, vt interrogarem, cuius habitum, formam & mores non diceret. Quidquid calamitatis mihi hoc in itinere accidit, futurum eſſe prædixit. Sit mendacium * omen quod dixit; vnum quæſo, ſolummodo ſit verum, quod vos eſſe facturos Nicephoro prædixit, fiat vtinam, vtinam fiat, & tum nil me mali paſſum eſſe intelligam.

* omne.

Scribit etiam præfatus Hyppolitus, Græcos non debere Sarracenos, ſed Francos conterere, qua lectione Sarraceni animati, ante triennium cum Manuele Patricio, Nicephori nepote, iuxta Scyllam & Charybdim in mari Siculo, bellum parant, cuius immenſas copias cum proſtrauiſſent, ipſum comprehenderunt, capiteq; * truncum ſuſpenderunt: cuius ſocium & commilitonem cum caperent, qui neutrius erat generis, occidere ſunt dedignati, ſed vinctum, ac longa cuſtodia maceratum tanti vendiderunt, quanti nec vllum huiuſmodi mortales ſani capitis emerent.

Sarrac. à Francis debellandi.

* f. truncatum.

Fuit is Nicetas Eunuc.

Nec infirmiori animo, eadem confirmati lectione, haud multo poſt Magiſtro Exarchontæ occurrunt, quem in fugam verterent, eius copias omnibus modis contriuerunt.

Eſt & aliud, quod nunc Nicephorum compulit copias in Aſſyrios ducere: Argorum enim omnem regionem, inſtans tempus, Deo iubente, eo vſque fames attriuit, vt neque tritici duo Papienſes ſextarij aureo compararentur, hocq; vbi vbertas quaſi regnat. Hanc peſtem, muribus cooperantibus ita dalatauit, vt meſſionis tempore, quidquid vbique terrarum annonæ erat, minimo dato pretio, poſſeſſoribus eiulantibus, congregarit. Quod cum iuxta Meſopotamiam faceret, vbi frugum copia muribus abſentibus creuerat, arenæ maris multitudini annonæ multitudinem coæquauit. Igitur cum vili hoc commercio turpiter fames, vbi deſæuiret, octoginta millia mortalium, obtentu militiæ, ſecum congregauit; quibus per continuum menſem quod vno emerat aureo duobus vendidit. Hæ ſunt, domine mi res, quæ Nicephorum copias in Aſſyrios nunc ducere compulerunt. Sed quales, quæſo, copias? vere, inquam, non homines, ſed hominibus ſimiles: quibus lingua tantum procax, ſed frigida bello dextera. Non inſpicit in his Nicephorus qualitatem, ſed ſolam quantitatem, quod quam periculoſum illi ſit, tum ſero pœnitebit eum, cum imbelles plurimi, multitudine animati, à noſtris perpaucis bella ſcientibus, immo ſitientibus contererentur.

πεσόλω δρουγγάριος.

Cum obſideretis Bardas, trecenti tantummodo Vngari iuxta Theſſalonicam quingentos Græcos comprehenderunt, & in Vngariam duxerunt. Quæ res, quia proſpere ſucceſſit, compulit ducentos Vngariorum haud longè Conſtantinopoli in Macedonia ſimiliter facere: ex quibus, cum incautè per anguſtam redirent viam, quadraginta ſunt capti, quos nunc Nicephorus de cuſtodia eductos, pretioſiſſimiſq; veſtibus ornatos, patronos ſibi & defenſores parauit, ſecum in Aſſyrios ducens. Verum qualis ſit eius exercitus, hinc poteſtis conijcere, quoniam qui ceteris præſtant, Venetici ſunt, & Amalphitani.

Exercitus Niceph. imbellis.

Nunc his omiſſis, quid mihi acciderit animaduertite. Sexto Kalend. Auguſti extra Conſtantinopolim in Vmbria à Nicephoro licentiam accepi ad vos redeundi, cumque Conſtantinopolim venirem, Chriſtophorus Patricius Eunuchus, qui Nicephori vicem gerit, mihi mandauit, *non poſſe me tunc recedere, quia Sarraceni tunc occupauerunt mare, & Vngari terram:* expectandum mihi eſſe, donec ipſi diſcederent: ſed vtrumque, proh dolor, fuit mendacium. Tunc appoſiti ſunt cuſtodes, qui mihi & meis à domo mea exitum prohiberent. Latinæ linguæ pauperes, qui me eleemoſynarum gratia adierunt, comprehendentes cæciderunt, cuſtodiæ tradiderunt: Græcolonon meum, id eſt, Græcæ linguæ gna-

Græci quã iniqui in Luitpr.

Anno Sal. 968.

gnarum, non permittebant egredi, ſaltem, vt ſumptus emeret, ſed cocum ſolum Græcæ linguæ ignarum, qui non ſignorum ſignis, ſed digitorum ſeu capitis nutibus cum venditore emptor loquebatur, tantiq; nummis emebat quatuor, quanti Græcolonus obſonium vno.

Et cum amicorum quidam aromata, panes, vinum, poma mitteret, ſolo cuncta fundentes, nuntios colaphis ſatis oneratos dimiſerunt. Et niſi diuina pietas paraſſet in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me, vna mihi parata mors foret accepta. Sed qui permiſit tentari, dedit tunc miſericorditer pati. Huiuſcemodi me periculum ſecundo Nonarum Iunij, vſque ad ſextum Nonas Octobris, Conſtantinopoli diebus ſcilicet centum viginti macerauit.

Græci titulo litterarum Io. Pap. offenſi.

Verum vt augerentur calamitates meæ, in Aſſumptione Sanctæ Dei Genitricis, & Virginis MARIÆ meo omine non bono venerunt domini Apoſtolici, & vniuerſalis Papæ Ioannis nuntij cum litteris, quibus rogabant *Nicephorum Imperatorem Græcorum, vt parentelam, firmamq; amicitiam faceret cum dilecto ſpiritualique filio ſuo Othone Romanorum Imperatore Aug.* Quæ vox, quæ inſcriptio ſecundum Græcos peccatrix, & temeraria, quomodo latorem non occiderit; cur, priuſquam læderentur, non oppreſſerit, qui in alijs rebus ſæpe videor ſpermologus, & multiſonus, in hac, vt piſcis, videor inſonus. Obiurgabant Græci mare, imprecabantur æquori, plus iuſto mirantes, cur peccatum illud portare potuerit, cur fretũ dehiſcens nauim non abſorbuerit:

Imperatorem, inquiunt, *vniuerſalem Romanorum, Auguſtum, magnum, ſolum Nicephorum ſcripſiſſe Græcorum hominem quemdã barbarum, pauperem Romanorum non piguit. O cælum, ò terra, ò mare! Sed quid, inquiunt, faciemus hominibus iſtis ſceleratis, criminoſis? Pauperes ſunt, & ſi eos occidimus, manus noſtras ſanguine vili polluimus; pannoſi ſunt, ſerui, ruſtici ſunt, ſi eos flagellamus, non ipſos, ſed nos dedecoramus, qui nec Romana ſcutica deaurata, nec huiuſmodi ſunt crucibus digni. O vtinam alter Epiſcopus, alter Marchio eſſet, culeis enim ſuti poſt acerbos virgarum ictus, poſt barba, ſeu capillorum diſtractionem, in mare demerguntur. Sed ſeruentur*, inquiunt, *& quouſque ſanctiſſimus Imperator Romanorum Nicephorus hæc reciſcat mala, graui cuſtodia macerentur.*

Dum hæc reſciſcerem, felices eos, quoniam pauperes, me infelicem, quia diuitem iudicaui. Cum domi eſſem, mea me voluntas pauperem excuſabat: Conſtantinopoli vero poſitus, Crœſi me habere diuitias timor ipſe dicebat. Semper mihi pauperies grauis tunc viſa eſt leuis, tunc accepta amplectenda. Amplectenda vtique, quæ ſuos perimi, ſubiectos ſibi flagellari non patitur. Et quia hæc paupertas Conſtantinopoli ſolum ſuos ita defendit, eodem ſit ſolummodo diligenda.

Legati Apoſt. carceri coniiciuntur.

Igitur Apoſtolicis nuntijs in carcerem traditis, publicana illa epiſtola Nicephoro in Meſopotamiam mittitur, vnde vſque ad quintum Idus Septembris non eſt reuerſus, qui afferret apologeticum nuntium. Quæ die cum rediret, & me lateret, poſt biduum, decimooctauo ſcilicet Kalendas Octobris, precibus, muneribuſq; effeci, vt viuificum, atque ſalutiferum adorarem lignum: vbi tanto in tumultu populi clam cuſtodibus quidam me adierunt, qui mentem meam lugubrem, furtiuis ſermonibus hilarem reddiderunt.

Decimoquinto autem Kalendas Octobris, mortis vitæque medius, ad palatium ſum conuocatus. Cumq; ad Chriſtophori Patricij Eunuchi præſentiam venirem, benigne me ſuſcipiens, mihi cum tribus alijs aſſurrexit; quorum huiuſmodi fuit narrationis initium.

Oſtendunt pallor in ore ſedens, macies in corpore toto, crinitum caput, prolixa contra morem barba, immenſum cordi tuo ineſſe dolorem, eo quod redeundi ad dominum tuum terminus eſt dilatatus. Verum ne ſancto Imperatori, neve nobis ſuccenſeas, oramus. Reddimus autem tarditatis tuæ cauſam. Papa Romanus (ſi tamen Papa eſt vocandus, qui Alberici filio apoſtata, adultero, ſacrilego, communicauit, comminiſtrauit) litteras noſtro ſanctiſſimo Imperatori ſe dignas, illoque indignas miſit. Græcorum illum, & non Romanorum Imperatorem vocans: quod tui domini conſilio actum eſſe non eſt ἀμφίσβητον.

Anno Sal. 968.

Quod, inquam *mecum, verbum audio? perij: haud dubium eſt, quin in prætorium recta proficiſcar via. Sed Papa audi*, aiunt, *omniũ hominum ſtolidior, ſcimus dicere, dicere vis, noſq; id profitemur. At ego non id aio. Audi ergo: Sed Papa fatuus, inſulſus, ignorat Conſtantinum ſanctum Imperialia ſceptra huc tranſuexiſſe, Senatum omnem, cunctamq; Romanam militiam. Roma vero vilia mancipia, piſcatores ſcilicet, cupediarios, aucupes, nothos, plebeios, ſeruos tantummodo dimiſiſſe. Numquam ille hoc niſi tui ſuggeſtione ſcriberet Regis; quod quam periculoſum ambobus fuerit, niſi reſipuerint, proxima tempora declarabunt.*

Græci Rom. contemnunt

Sed Papa, inquam, *ſimplicitate clarus, ad laudem hoc Imperatoris, non ad contumeliam ſcribere putauit. Conſtantinum Romanum Imperatorem cum Romana militia huc veniſſe, ac ciuitatem iſtam ſuo ex nomine condidiſſe certo ſcimus, ſed quia linguam, mores, veſteſq; mutaſtis, putauit ſanctiſſimus Papa, ita vobis diſplicere Romanorum nomen, ſicut, & veſtem; quod in futuris, vita comite, oſtendetur epiſtolis, quarum ſuperſcriptio hæc erit: Ioannes Papa Romanus Nicephoro, Conſtantino, Baſilio magnis Romanorum Imperatoribus, atque Auguſtis, quod quia nam dixerim, quæſo aduertite.*

Pap. Roman pro omnibus ſolœcus.

Nicephorus periurio, atq; adulterio Regni apicem eſt adeptus. Et quoniam Chriſtianorum omnium ſalus ad Romani Papæ pertinet ſolicitudinem, mittat Nicephoro dominus Papa epiſtolam ſepulchris omnino ſimilem, quæ foris ſunt dealbata, intus plena ſunt oſſibus mortuorum: improperet illi intrinſecus, qualiter periurio, & adulterio acceperit ſuper dominos ſuos monarchiam, inuitet eum ad Synodum, & ſi non venerit, anathemate feriat. Si ſuperſcriptio huiuſmodi non fuerit, nec ad ipſum vſq; feretur.

Nunc ad propoſitum redeamus. Superſcriptam ex ſuperſcriptione promiſſionem à me memorati Principes cum audiſſent, nil ineſſe doli putantes, *Grates tibi perſoluimus*, aiunt, ò *Epiſcope: decet enim ſapientiam tuam tantis mediatricem intercedere rebus: ſolus es ex Francis, quem nunc diligamus, ſed cum deprauata, te hortante, correxerint, & ipſi diligentur: tuque iterum ad nos cum veneris, non indonatus abibis. Corona aurea ſceptroq; cum huc vltra rediero, me Nicephorus donabit, tacitus dixi.*

Sed dic, inquiunt: *vult dominus tuus ſanctiſſimus cum Imperatore firmare amicitiam fœdere nuptiarum?* Cum huc venirem, *voluit*, inquam, *ſed quia me* diu hic morante litteras non recepit, σφάλμα, id eſt, vitium à vobis, meque captum putat, & vinctum, æſtuatq; animus eius totus, vt leænæ, catulis raptis, donec vindictam iuſta faciat acerbitate, & nuptias abhorreat, atque iram in vos euomat.

Si ceperit, inquiunt, *non dicimus Italiam, ſed nec ipſa capiet eum, in qua ortus eſt, pauper & gunnata, id eſt, pellicea Saxonia: pecunia, qua pollemus, omnes nationes ſuper ipſum inuitabimus, & quaſi * Keramicum, id eſt, vas fictile, quod confractum reformari nequit, confringemus. Et quoniam te in decorem ſuum quædam pallia emiſſe putamus, vt in medium proferantur, edicimus: quæ ſunt vobis digna, plumbea notentur bulla, vobiſque ſinantur, quæ vero κωλυόμενα, id eſt, nationibus omnibus, præ nobis Romanis prohibita, pretio reddito auferantur.* Quod cum fieret, quinq; mihi pretioſiſſimas purpuras abſtulerunt: indignos vos, omneſq; Italos, Saxones, Francos, * Bagoarios, Sueuos, immo cunctas nationes huiuſmodi veſte ornatos incedere indicantes. Quod quam indecorum quamq; contumelioſum ſit, molles, effeminatos, manicatos, tiaratos, teriſtratos, mendaces, * neutros, deſides, purpuratos incedere, heroas vero, viros ſcilicet fortes, ſcientes bellum, Fidei, charitatiſq; plenos, Deo ſubditos, virtutibus plenos non: quid eſt, ſi non hæc contumelia eſt?

κεραμικὸν

** al. Baioarios.*

Græcis ſolis purpurã tribuunt

** Eunuchos, telli*

Sed vbi eſt, inquam, *Imperatorius ſermo? vbi Imperialis promiſſio?* cum enim illi valedicerem, rogaui, vt in Eccleſiæ honorem quantiuis pretij me permitteret pallia emere. Qui ait, *Qualia vis & quanta? ποιότητα καὶ ποσότητα, id eſt, qualitatem, & quantitatem ponens, differentiam plane non poſuit, vt diceret his, & illis exceptis.* Teſtis eſt Leo Coroplates frater eius, teſtis eſt & interpres Euodiſius, Ioannes, Romanus: teſtis ſum ipſe, qui quod Imperator diceret, etiamſi interpres abeſſet, intellexi. Sed κωλυόμενα, id eſt,

Anno Sal. 968.

id eſt, *prohibita ſunt hæc*, inquiunt. *Ee cum quæ aſſeris*, Imperator diceret, *de talibus ſaltem, vt ſomniares, non potuis cogitare: ve enim diuitÿs, ſapientia, ita & cęteris nationibus præſtare veſte debemus: vt quibus eſt ſingularis in virtutibus gratia, ſit ſingularis & in pulchritudine veſtis.*

Vſus purpuræ apud Occidentales frequẽs.

Haud quaquam ſingularis, inquam, *hæc veſtis fieri poteſt, cum penes nos obolariæ mulieres, & mandrogerontes his vtantur.* Vnde, inquiunt *vobis? A Veneeicis & Amalphitanis inſtitoribus* inquam, *qui noſtris ex victualibus hæc ferendo nobis, vitam nutriunt ſuam. Sed non amplius hoc facient*, aiunt. *Scrutabuntur plane, & ſi quod huiuſmodi inuentum fuerie, verberibus cæſus, crine tonſus, pænas dabit.*

Temporibus, inquam, *beatæ memoriæ Conſtantini Imperatoris huc veneram, non Epiſcopus, ſed Diaconus, nec ab Imperatore aut Rege, ſed à Berengario Marchione miſſus, & multo plura, ac preetoſiora pallia emi: quæ neq; ſcrutata, nec à Græcis viſa, nee plumbo ſunt ſignata. Nunc, Deo miſerante, Epiſcopus, & à magnificis Imperatoribus Oehone, & Oehone patre & filio miſſus, tanto inhoneſtior, vt Veneticorum more pallia mea notentur, & quæ, quantiuis pretÿ videntur, an ferantur, cum in Eccleſiæ mihi commiſſæ vſus ferantur. Non tædet vos contumeliarum mearum, immo dominorum meorum, in quibus contemnor? quod ſum cuſtodiæ traditus, quod fame ſitiq; cruciatus, quod non ad ipſos redirem, hucuſque retentus, niſi etiam, ad cumulum dedecoris eorum, proprÿs expolier rebus? Auferte ſaltem, quæ ſunt empta, dimittite, quæ ſunt dono ab amicis donata.*

Conſtantinus, inquit, *Imperator, homo lenis, in palatio manens perpetuo, huiuſmodi rebus amicas ſibi nationes effeeerat: Nicephorus vero Baſileus homo* πεχύχειρ, *id eſt, militiæ deditus, palatium ceu peſtem abhorret; & vocatur à nobis prope ſimultatis amator, atque argumentoſus, qui non pretio ſibi gentes amicas, ſed terrore & gladio ſibi ſubditas facit. Atque vt cognoſcas, quanti dominos tuos Reges habeamus, quæ data ſunt coloris huiuſmodi, & quæ empta, via eadem ad nos reuertentur.*

His dictis atque completis, Χρυσοβέλλιον, id eſt, epiſtolam auro ſcriptam & ſignatam mihi dederunt, vobis deferendam; ſed non vobis dignam, vt mens credit mea. Tulerunt autem & alias litteras argento ſignatas, atque dixerunt: Papam veſtrum Imperiales recipere litteras, indignum eſſe dijudicamus: mittit autem illi Coroplates, Imp. frater, non per ſuos pauperes nuntios, ſed per te epiſtolam, ſe ſatis dignam, vt niſi reſipuerit, funditus ſe perijſſe cognouerit.

Hanc cum accepiſſem, vale mihi dicentes, dimiſerunt, oſcula præbentes ſatis iucunda, ſatis amabilia. Sed dum recederem, legationem mihi non me, ſed illis ſatis dirigunt dignam; ſcilicet quod mihi ſoli, meiſque equos darent, ſarcinis nullum: ſicq; nimis, vt res poſcebat, turbatus, [illegible], id eſt, ductori meo quinquaginta aureorum rés pretio dedi. Et cum non haberem, quod pro malefactis Nicephoro tunc redderem, hos in pariete inuiſæ domus meæ, & in menſa lignea verſiculos ſcripſi:

Luitpr. verſus in Græcorũ improbitatem.

Argolicum non tuta fides: procul eſto Latine.
Credere, nec mentem verbis adhibere memento.
Vincere dum poſſit, quam ſancte peierat Argos.
Marmore, quæ vario magnis patet alta feneſtris
Hæc inaquoſa domus, concluſo peruia ſoli,
Frigora ſuſcipiens, æſtum nec ſæua repellens.
Præſul ab Auſonia Luieprandus in vrbe Cremona
Conſtantinopolim pacis profectus amore
Quatuor æſtiuis concludor menſibus iſtic:
*Induperaeor enim * Bareas conſcenderat Otho,*
Cæde ſimul flammiſq; ſibi loca ſubdere tentans,
Sed precibus remeae Romanas victor ad vrbes
Inde meis. Nurum promiſit Græcia mendax,
Quæ nec nata foret, nec me veniſſe doleree,
Nec rabiem Nicephore tuam perpendere quirẽ,
Priuignam prohibes qui nato iungere herili.
Imminet eece dies furÿs cum pulſus acerbis.
Ni Deus auertat, toto Mars ſæuiet orbe,
Crimine paxq; tuo cunctis optanda ſilebit.

* *f. Barim, ſiue Barium.*

His conſcriptis verſibus ſexto Nonas Octobris hora decima, ex illa quondam opulentiſſima, & florentiſſima, nunc famelica, periura, mendace, doloſa, rapace, cupida, auara, cenodoxa ciuitate cum diaſoſte meo lintre egreſſus, diebus quadraginta & nouẽ, aſinando, ambulando, equitando, ieiunando, ſitiendo, ſuſpirando, flendo, gemendo

Sal. Anno 968.

Naupactum veni, quæ eſt Nicopoleos ciuitas, in qua diaſoſtes meus me deſerens, duabus paruis impoſitum nauibus, duobus me mandatoribus, qui Hydruntem me per mare conducerent, commendauit.

Verum cum entolin, id eſt, præceptum ius captionis à Græcorum Principibus non haberent, vbi ſpernebantur: nec iam nos ab ipſis, ſed ipſi à nobis alebantur. Quam ſæpe illud Terentianum mecum ſtomachabar: *Tutore opus eſt, quos defenſores paras.*

** al. Ophidarī.* ** Locus imperfectus.*

Igitur nonis Kalendis Decembris Naupactum egreſſus, biduo ad * Offidarim fluuium vſque perueni, * vt meis comitibus non in nauiculis quæ eos capere non poterant, reſidentibus, ſed ſecus litus pergentibus. Poſiti itaque in Offidaro flumine, Patras alio maris in litore, decem & octo miliaribus diſtare proſpeximus: Quem Apoſtolicæ paſſionis locum, quia Conſtantinopolim aſcendendo viſitauimus, adorauimus: nunc eum viſitare & adorare (confiteor peccatum meum) diſtulimus. Fecit hoc, domini mei Auguſti, reuertendi ad vos & videndi ineffabile deſiderium, & ni hoc ſolum eſſet, perpetuo; vt puto, perierim.

Periclitatur Luitpr. ob non viſitatū locum ſacrum.

Pugnauit contra me inſenſatum Auſter, mare flatibus ab imis turbans ſedibus. Cumque hoc continuis diebus ac noctibus faceret, pridie Kalendas Decembris, ipſo ſcilicet paſſionis die, intellexi meo mihi hoc accidiſſe delicto. Sola vexatio intellectum dedit auditui. Fames quippe nos vehementer oppreſſerat. Terræ incolæ, vt noſtra nobis auferrent, interficere nos cogitabant; mare ne effugeremus, fluctibus æſtuabat. Tum conuerſus ad Eccleſiam, quam videbam, flens & eiulans inquam? *Sancte Andrea Apoſtole, compiſcatoris, confratris & coapoſtoli tui Simonis Petri ſum ſeruus. Paſſionis tuæ locum non abhorrui, nec ſuperbia declinaui, vrit me domum redeundi Auguſtalis viſio, Auguſtalis amor. Si te ad indignationem commouit peccatum meum, eliciat ad miſericordiā meorum meritum Auguſtorum. Non habes, fratri quod conferas; confer diligentibus fratrem Auguſtis, inhærendo ei qui omnia nouit. Noſti tu quanto labore & ſudore, quantiſque vigilijs & impenſis Romanam fratri tui Petri Apoſtoli Eccleſiam, ex impiorum manibus ereptam ditauerint, honorauerint, exaltauerint, & in ſtatum proprium reformauerint. Si mea me præcipitant opera, ipſorum ſaltem liberent merita. Quouſq; vult prædictus, fide & ſanguine frater tuus, Apoſtolorum princeps Apoſtolus Petrus, in alijs rebus gaudere & proſperari, in hac, id eſt, in me, quem ipſi direxerant, minime contriſtari.*

Non eſt, domini mei Auguſti Imperatores, verum dico, non eſt adulatio hæc, nec conſuo nunc puluillos ſub cubito manus; res, inquam, vera eſt, poſt biduum veſtris meritis tanta eſt fretum tranquillitate ſedatum, vt, cum nautæ à nobis aufugerent, ipſi Leucaten vſque nauigaremus, milliaribus ſcilicet centum & quadraginta, nihil diſcriminis aut triſtitiæ patientes, niſi parum in faucibus fluminis Acheloi; vbi diſcurrentes velociter fluctus eius maris vnda reuerberat.

Quid ergo, præpotentes Auguſti, retribuetis Domino, pro omnibus quæ retribuit in me vobis? Dicam quid. Hoc Deus vult, hoc petit; & quamuis ſine vobis hoc facere poſſit, vult tamen huius rei eſſe hypurgos, id eſt, miniſtros, ipſe enim quod ei offeratur dat; cuſtodit quod exigat, vt poſſit coronare quod præſtat. Aduertite igitur quæſo.

Nicephorus cum omnibus Eccleſijs homo ſit impius, liuore, quo in vos abundat, Conſtantinopolitano Patriarchæ præcepit, vt Hydruntinam Eccleſiam in Archiepiſcopatus honorem dilatet, nec permittat in omni Apulia, ſeu Calabria Latine amplius, ſed Græce diuina myſteria celebrari. Mercatores dicit fuiſſe præteritos Papas, & Spiritum ſanctum vendidiſſe, quo viuificantur & reguntur omnia, qui replet orbem terrarum, qui ſcientiam habet vocis, qui eſt cum Deo Patre & Filio eius IESV Chriſto coæternus & conſubſtantialiter, ſine initio, ſine fine, permanens verus, qui pretio non æſtimatur, ſed à mundis corde tanti emitur, quanti habetur. Scripſit itaque Polyeuctus Conſtantinopolitanus Patriarcha priuilegiū Hydruntino Epiſcopo, quatenus ſua auctoritate habeat licentiam Epiſcopos conſecrandi in Acirentila, Turcico, Grauina, Maceria, Tricario, qui ad conſecrationem domini Apoſtolici pertinere videntur.

Sed

Anno Sal. 968

Conſtantinopol. Eccleſ. Roman. ſubiecta.

Sed quid hoc memorem, cum ipſa Conſtantinopolitana Eccleſia noſtro ſanctæ Catholicæ, atque Apoſtolicæ Eccleſiæ Romanæ merito ſic ſubiecta? Scimus, immo vidẽmus Conſtantinopolitanum Epiſcopum, pallio non vti, niſi ſancti Patris noſtri permiſſu. Verum cum impijſſimus Albericus, quem non ſtillatim cupiditas, ſed velut torrens impleuerat, Romanam ciuitatem ſibi vſurparet, dominumque Apoſtolicum, quaſi ſeruum proprium in conclaui teneret; Romanus Imperator filium ſuum Theophylactum Eunuchum, Patriarcham conſtituit, cumque eum Alberici cupiditas non lateret, miſſis ei muneribus ſatis magnis, effecit, vt ex Papæ nomine Theophylacto Patriarchæ litteræ mitterentur, * qua auctoritate cum ipſe, tum ſucceſſores eius abſque Paparum permiſſu pallijs vterentur. Ex quo turpi commercio vituperandus mos inoleuit, vt non ſolum Patriarchæ, ſed etiam Epiſcopi totius Græciæ pallijs vtantur. Quodquam abſurdum ſit, cenſore opus non eſt.

** ſ. quarum.*

Græci fraude, & mercede pallij vſum obtinuerunt.

Eſt ergo meum conſilium, ſanctam fieri Synodum, & ad eamdem vocari Polyeuctũ, quod ſi venire, & σφάλματα ſua, id eſt, vitia ſuperius ſcripta canonice emendare noluerit; quod ſanctiſſimi Canones decreuerint, fiat.

Vos interim, præpotentes Auguſti, vt cæpiſtis, laborate: efficite, vt ſi nolit vobis Nicephorus, quem canonice arguere diſponimus, obedire, audiat vos, quorum copijs non audet cadauerolus occurrere. Hoc, inquam eſt, quod nos Apoſtoli domini & commilitones noſtri facere volunt. Non eſt à Græcis Romanus vilis tenendus locus, quia receſſit inde Imperator Conſtantinus, verum eo magis colendus, venerandus, adorandus, quia venerunt illuc Apoſtoli docto res ſancti Petrus & Paulus. Ac de his ſatis me ſcripſiſſe ſufficiat, donec Deo largiente, ſanctiſſimorumq; Apoſtolorum orationibus ex Græcorum ereptus manibus, vos adeam. Et tunc non tædeat dicere, quod hic nunc piguit ſcribere, nunc ad propoſitum redeamus.

Octauo Idus Decembris Leucatem venimus, vbi ab Epiſcopo ipſius loci Eunucho, ſicut & vbiq; ab alijs, inhumaniſſime ſuſcepti & tractati ſumus. In omni Græcia, veritatem dico, non mentior, non reperi hoſpitales Epiſcopos. Diuites ſunt, pauperes ſunt: diuites, aureis quibus plena luditur arca: pauperes miniſtris ſeu vtenſilibus. Soli menſulæ aſſident nudæ, * paximacium ſibi apponentes, balneaq; tunc vitro permodico non bibentes, ſed ſorbillantes. Ipſi vendunt, ipſi emunt, oſtia ipſi claudunt, ipſi aperiunt, ipſi dapiferi, ipſi agaſones, ipſi capones; ſed, ha, caupones volui ſcribere, verum res ipſa, quæ vera eſt, veritatem & nolentem compulit ſcribere: dicimus enim, quia capones ſũt, id eſt, Eunuchi, quod canonicum non eſt: ſed & caupones, id eſt, tabernarij, quod contra Canones eſt: quorum incipit & claudit cœnam lactuca tenacem, Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat auorum. Felices eos, ſi paupertatem Chriſti hæc imitaretur, pauperes iudicarem: facit hoc aſper nummus & auri ſacra fames. Verum parcat illis Deus: hoc eo illos puto facere, quoniam eorum Eccleſiæ ſunt tributariæ. Leucatenſis mihi iurauit Epiſcopus, quotannis Eccleſiam ſuam debere Nicephoro aureos centum perſoluere, ſimiliter & ceteras plus minuſve ſecundum vires ſuas. Quod quam iniquum ſit, ſanctiſſimi Patris noſtri Ioſeph acta demonſtrant, quia cum Ægyptum totam famis tempore tributariam Pharaonis faceret, Sacerdotum terram à tributo liberam eſſe permiſit.

In hoſpitalitas Epiſcop. Græcorũ.

** id eſt, panem nauticũ.*

Eccleſia Græcorũ tributar.

Igitur decimonono Kalendas Decembris Leucatem exeuntes, ipſiq; quoniam, vt ſuperius ſcripſimus, nautæ effugerant, nauigantes, decimoquinto ad Coriphus peruenimus, vbi ante nauis egreſſionem, occurrit noſtris ſtrategos quidam Michael nomine, Cherſionitis, à loco ſcilicet Cherſona: homo ipſe canus capite, facie hilaris, ſermone bonus, riſu ſemper iucundus, ſed, vt poſt patuit, mente diabolus: quod & Deus apertis mihi monſtrauit indicijs, ſi mea tunc mens hoc potuiſſet conijcere: mox enim vt pacẽ quam corde non ferebat, mihi oſculo dedit, tota Coriphus magna ſcilicet inſula tremuit: nec ſolum ſemel, ſed ter eadem die pertremuit. Poſtq; triduum autem, decimoquinto ſcilicet Kalend. Decembris, dum in menſa poſitus panem comederem, qui ampliabat

Terræmotus.

ſuper

Anno Sal. 968 ſuper me calcaneum ſuum, verecundatus Sol facinus tam indignum, lucis ſuæ radios abſcondit, & * eclipſin paſſus, Michaelem illum terruit, ſed non immutauit.

* Fuiſſe hoc ann. ſolis eclipſin 22. Decẽbr. Curop. teſtatur.

Dicam ergo, quid illi cauſa amicitiæ fecerim, quidnam ab eo pro recompenſatione perceperim. Dum Conſtantinopolim aſcenderem, illud veſtrum pretioſiſſimum ſcutum miro opere deauratum & fabricatum, quod mihi domini mei Auguſti dediſtis, ceteris cum muneribus, vt amicis meis Græcis darem, filio ipſius contuli. Nunc Conſtantinopolim rediens patrem pallio donaui pretioſiſſimo, pro quibus omnibus gratias diſtribuit eiuſmodi. Scripſit Nicephorus, vt quacumq; hora ſe adirem, abſq; mora chelandio impoſitum Leoni Kitonitæ dirigeret, quod ipſe non fecit; verum diebus viginti me retentum non ſuis, ſed proprijs me ſtipendijs aluit, donec à præfato Leone Kitonita nuntius venit, qui illum cur me moraretur, obiurgauit. Verum cum obiurgationes meas, lamenta, & ſuſpiria mea ferre non poſſet, receſſit, meq; homini tam iniquo & peſſimo commendauit, vt ſumptus ſaltem me emere non permitteret, donec à me cortinam, libræ argenti pretio dignam, accipere, & cum poſt viginti dies inde diſcederem, nuntius ipſe, cui cortinam dederam, nauclero iuſſit, vt poſt acroteria, id eſt, promontorium quoddam me poſitum fame perire permitteret. Hoc autem eo fecit, quoniam ne purpuras haberem abſconditas, mea pallia regyrauit, ex quibus dum vnum vellet accipere, non accepit.

O Michaeles, Michaeles, vbi vos tot ſimul taleſq; reperi! Cuſtos meus ille Conſtantinopolitanus Michaeli ſuo riuali me commẽdauit, malus peſſimo, peſſimus iniquo. Michael vocatus eſt & diaſoſtes meus, homo quidem ſimplex, cuius ſancta ſimplicitas tantum mihi pene nocuit, quantum & iſtorum peruerſitas. Sed ab his paruulis Michaelibus impegi in te Michaelem magnum, ſemieremitam, ſemimonachum. Dico, & verum dico, non proderit tibi balneum, quo te aſſidue potas in amore Beati Ioannis Præcurſoris. Qui enim ficte Deum quærunt, numquam inuenire merentur.........]

Cætera deſunt in M.S.

VvILHELMI ARCHIEP. MOGVNTINI OBITVS.

HATTONIS ſucceſſio, eiuſq; portentoſa mors.

CCX. VII. Dum. lib. 2. POſt obitum Archiepiſc. Friderici ſuffectus Vvilhelmus Othonis filius de matre quamuis captiua, nobili, & Sclauonica, vſque ad *Annum Sal.* 966. ſedem tenuit Moguntiacam, vt ſcribit Sigebertus; vel in *Annum* 968. vt in Catalogo Archiepiſcop. Moguntiæ, quem *Bucelinus* contexuit. Sepultus eſt ad S. Albanum, Epitaphio tali muro affixo.

Lector ſiſte gradus, proprios horreſce reatus,
Et commortalis compatiare neci.
Rege fui genitus, ſublimis Epiſcopus, auctus
Nomine Vvilhelmus, nunc cinis exiguus.
Dic, animæ requiem da cuius, Chriſte, perennem
Viuere fac tecum qui tibi crediderat.

Cuius loco ordinatus eſt Hatto II. ex Abbate Fuldenſi, obijt & iſte *Sal. Anno* 969.

CCX. VIII. Hic *Sal. Anno* 968. ingenti frumenti inopia totam Europam vrgente plurimos pauperes in horreo congregatos, ea ſpe, quod eſcæ vel panis nonnihil ex Epiſcopi liberalitate accepturi eſſent, concremauit. Eos verò horribiliter eiulantes, clamantes, atq; vlulantes, Epiſcopus ſatanico ſarcaſmo, cum mures eſſe diceret, tyrannidem Deus protinus vultus eſt. Præcepit namq; muribus, vt cateruatim illum inuaderent, ac CCXIX
dies noctesq; affligerent, viuumq; deuorare feſtinarent. Itaq; ille in turrim in medio Rheni iuxta oppidum Binkium extructam, & ab hoc caſu Murium turrim vocatam aufugit: ſed nec ibi à morſibus murium tutus eſſe potuit. Nam mures cateruatim per Rhenum natantes in turrim conſcedère, iuſtum Dei iudicium executuri. Agnouit miſer, & horrenda morte inter mures perijt. Ferunt quod mures nomen quoq; eius delẽtes à parietibus & tapetibus abraſerint. *Coſmographia Munſteri.* Vt commentitiã verò hiſtoriã hanc reijcit Serarius. Sepultũ verò Richea dicit apud S. Albanũ cũ tali Epitaphio. Lib. 3.

Sal. Anno 969.

Pontificem ſummum Hattonem cerne ſepultũ,
Quiſquis rimandas conſpicis in literas.
Rurſus Doctorum pater extiterat Monachorũ
Fuldę Cœnobij - - - -
Eius, dic, anima miſerere piiſſime Chriſte,
Vt vita vigeat, & requie maneat.

GRÆCI DOLO VICTORES, BELLO VICTI, THEOPHANIAM OTHONI II. deſponſant. *Sal. Anno 969.*

CCXX. *Vuitich. lib. 3.* REuerſis ab Oriente Germanorum Legatis, & Græcorum Romam venère Legati, doloſè referentes paratum Nicephorum Theophaniam adoleſcenti Othoni copulare coniugio. Expectarent propterea Germani, vt in Calabria ſponſam ſuſciperẽt.

Græcorum itaque Legatis Imperator ſatis credens, partem exercitus cum pleriſq; principibus viris direxit ad condictum locum, quo eis ſecus ſponſionem legatorum puella traderetur, & cum honore filio adduceretur. Græci verò ad artes paternas conuerſi (nam erant ab exordio ferè mundi plurimarum gentium domini, & quos virtute nequibant, arte ſuperabant) ſubito ſuper improuiſos, & nihil aduerſi ſuſpicantes irruunt, caſtra diripiunt, plures occidunt, plures capiunt, quos & Conſtantinopolim Imperatori ſuo præſentant. Qui vero effugere poterant, & reuerſi ad Imperatorem, quæ acta ſunt, nunciabant. At ille ſuper his commotus, CCXI. *adhoc dedecus diluendum cum graui manu viros eminentes, domeſticis & externis rebus iam ſæpè claros factos, Guntharium & Sigifridum mittit in Calabriam. Græci autem præterita victoria elati, et minus cauti ceciderunt in manus eorum: ex quibus innumera multitudine cæſa, qui ſupererant capientes, obtruncatis naribus nouam Romam remeare permiſerunt. Tributum in Calabria, & Apulia à Græcis extorſerunt, talique victoria illuſtres facti, & ſpolijs hoſtium ditati, ad Imperatorem reuerſi.*

MIRACVLVM DE CATENA S. PETRI.

CCXII. ROmæ degebat Imperator, cuius in conſpectu cum quidam Comes eiuſdem Othonis familiaris *ante omnium oculos* (vt ait Sigebertus) *à Diabolo eſſet arreptus, ita vt ſeipſum dentibus diſcerperet, iuſſu Imperatoris ad Papam Ioannem adductus, vt Catena Sancti Petri collo eius circundaretur, dum à fallacibus Clericis ſemel, & bis alia Catena furenti adhiberetur, nec quicquam remedij proueniret, vbi nihil virtutis inerat, tandem vera Sancti Petri allata, & collo furcatis circundata, Diabolus ſpumans, & clamans abſceſſit. Qua Catena Deodericus Metenſis Epi-* CCXIII. *ſcopus arrepta, cum diceret ſe eam niſi manu eius abſciſſa non dimiſſurum, tandem Imperator ſedato litigio à Papa Ioanne obtinuit, vt annulum huius Catenæ exſectum Epiſcopus mereretur.*

Sal. Anno 970.

OCCIDITVR NICEPHORVS CONSTANTIN. IMPERAT. Per Legatos Theophania petitur. *Sal. Anno 971.* Theophaniæ cum Othone nuptiæ celebrantur. *Sal. Anno 972.*

CCXV. SVperiore clade accepta Conſtantinopolitani à Nicephoro alienati poſtero anno (is fuit 970.) *aduerſus Imperatorem ſuum conſurgunt, & machinatione coniugis propriæ* (vt ait Vvitikindus) *lib. 3.* *cuiuſdam militis inſidijs occiderunt, locoq; Domini militem in Imperio deſignantes,* Ioannem nomine Modernum Regem noui adeunt Germanorum Legati, & Theophaniam Othonis filio in matrimonium poſtulant. Mediolanenſis Archiepiſcopus Arnulphus in Vvalperti Archiepiſcopi ſubſtitutus locum magnificè legationem gerebat. Nam maximo principum, Epiſcoporumq; comitatu aſſumpto comiter ab Imperatore acceptus fuit. *Memorabili verò illud* (ait Sigonius) *cum ab eo* 971. *ad theſaurum viſendum adductus rogaretur,* *lib. 7. de Regno Italiæ.* *vt aliquid pro animi ſententia ſumeret, annulo* CCXVI. *ingentis pretij ſibi detracto, atque ad theſaurum adiecto ſerpentem æneum ſumpſit, quem Græci*

ex eo

Anno Sal. 972 *ex eo conſlatum ære aſſerebant, ex quo olim Moyſes ſuum in deſerto conſlauerat. Is deinde Mediolanum delatus, atque in æde D. Ambroſij collocatus nunc quoque religione ſua clarum eius facti teſtimonium* fama à maioribus accepta reddit. Quin etiam Ioannes *continuò captiuos abſoluit* (ſcribit Vvitikindus:) *puellam cum magno exercitu, & claris muneribus ad Imperatorem deſtinauit. Quam ipſe* CCXVII. *ſtatim filio tradidit, celebratiſque magnificè nuptijs omnem Italiam ſuper hoc, & Germaniam lectiores reddidit.* Sub Anno Sal. 972.

OTHO AVDITA MORTE MATRIS, ET ALIORVM PRINCIPVM, Patriam repetit.

Q*Vibus rebus perfectis Otho votorum ſuorum omnium compos Papiam ſe recepit, vt Sarracenorum* (inquit Sigonius) *reliquias, quod vnum* ad liberandam omninò reſtabat Italiam, Fraxineto deijceret. Id tamen quo minus aggrederetur, nunciata poſt Vvilhelmum filium mortuum matris Mathildis, aliorumque Principum acerba ex, Germania funera inhibuerunt. Eo enim tempore, quo in Italia Othonis II. & Theophaniæ celebratæ ſunt nuptiæ, *Summus Pontifex* (ait Vvitikindus) *Vvilhelmus, vir ſapiens, & prudens, pius, & cunctis affabilis, à patre ſibi commendatum regebat Francorum imperium. Cuius mater licet peregrina, nobili tamen genere erat procreata. Hic cum audiſſet ægrotare cepiſſe matrem Imperatoris, miræ ſanctitatis fœminam nomine Mathildam, dumque eius exaſperat funus, proprio funere ipſius funus præcedit. De cuius laude ſi aliquid dicere cupimus: deficimus, quia omne argumentum ingenioli noſtri ſuperat virtus tantæ fœminæ. Quis enim digne poſſit explicare eius vigilantiam erga cultum diuinum? Omnibus noctibus omnibus modis, & omni genere cellulam ſuam diuinorum carminum melodia implebat. Erat enim ei cellula Eccleſiæ proxima, in qua modicè requieſcebat, de qua omnibus noctibus conſurgens intrat Eccleſiam, nihilominus cantoribus, & cantatricibus intra cellulam, & pro foribus, & in via triformiter conſtitutis, qui diuinam clementiam laudarent, atque benedicerent. Ipſa intra Eccleſiam in vigilijs, & orationibus perſeuerans, miſſarum ſolemnia expectabat. Deinde infirmos vbicumque audiuit in vicino viſitauit, neceßaria præbuit, deinde pauperibus manum porrexit, deinde hoſpites, qui ſemper aderant eum omni largitate ſuſcepit: neminem ſine affatu blando dimiſit, nullum ſine munuſculis ferè, vel neceſſarijs adiumentis vacuum reliquit. Sæpè viatoribus, quos longius de cella proſpexit, neceſſaria tranſmiſit. Talia opera licet valdè humiliter diebus, ac noctibus exercerèt, tamen nihil de honore regio minuebat, & ſicut ſcriptum eſt, quamuis ſederet tanquàm regio circumſtante populo ſemper & vbique tamen erat mærentium conſolatrix. Domeſticos omnes famulos, & ancillas varijs artibus, literis quoque iuſtituit: nam & ipſa litteras nouit, quas poſt mortem regis lucidè ſatis didicit. Ergo ſi omnes virtutes eius velim narrare, hora deficeret: facundia Homeri, vel Maronis mihi adeſſet, non ſufficeret. Igitur plena dierum, plena omni honore, plena operibus bonis, & eleemoſynis: cunctis diuitijs regalibus diſtributis ſeruis Dei, & ancillis, ac pauperibus II. Id. Martias animam Chriſto reddidit.*

Locum, & diem mortis Vvilhelmi, Ditmarus ſequentibus notauit. *Lib. 2.* CCXVIII. *Vvilhelmus ſanctæ Archipræſul Moguntiæ, cui cura ab Imperatore, domino ſuimet & parente, commißa fuit Parthenopolim diſponendi, cæteraq; regni neceſſaria regendi, cum ægrotantis reginæ finem expectaret, in Reduluerothe VI. Non. Martij moritur. Huius obitum nimia corporis infirmitate oppreßa venerabilis regina nullo adhuc certa nuncio præſentibus cunctis intimauit: Filius inquiens, meus Vvilhelmus, proh dolor, iam expirans, memoria indiget ſalutari. Et Luidolphus Abbas Corbeienſis egregius, corporaliter ſibi occurrentem illum nocte eadem, qua tranſijt, videns obſtupuit, & mortuum hunc eſſe fratribus nunciauit.*

Horum obitum præceſſerat Comitis Geronis mors, quam ita Ditmarus deſcribit. *Ibid.* CCXIX. *Gero quoque defenſor patriæ, dum vnici morte turbaretur filij ſuimet illuſtris, Sigefridi, Romam pergens, emeritus iam ſenex coram Altari Principis Apoſtolorũ Petri arma victricia depoſuit,*

Anno Sal. 972 *depoſuit, & apud dominum Apoſtolicum ſancti impetrans brachium Cyriaci ad Dominum cum omni ſuimet hæreditate confugit, patriamque reuiſens, nati ſuimet viduam, priùs velatam, Monaſterio in ſaltu, qui ſuo ſignatur nomine, Gerinrod conſtructo, Hathui vocatam, ſtatuit Abbatiſſam, à Bernardo conſecratam Chriſto, firmatiſq; his omnibus, felici hoc obitu præceſſit XIII. Kal. Iunij.*

Natalia huius Geronis ſi inquiras, apud In notis ad Vvitikind. Henricum Meibomium habes. *Fuit* (inquit Meibomius) *ex nobilitate Saxonica dyna-* CCXX. *ſta ad Syluam Harciniam, vbi hoc tempore Gerenroda. Ad officium, & dignitatem Comitis effectus, ingenij dexteritatem, vigilantiam, & induſtriam mirificè tàm Imperatori, quàm reliquis Regni primoribus probauit. Commiſſa igitur ei à Cæſare legatio, quàm hactenus Sigefridus Comes Mersburgenſis obtinuerat, qua re offenſus Tancmarus bellum ciuile excitauit, in quo miſerè occubuit. Gero in eo officio diligens meruit ampliores honores, deſignatus præfectus limitaneus, quem Marchionem vulgò nominamus, contra Orientales Sclauos, hoc eſt Luſatios, cum quibus continenter bella geſſit, vbi opus leonina pelli, ſecundum Lyſandri apophethegma vulpinam aſſuens. Non poterat hoc ei vitio dari, quippe cui res cum gente infida mobili, & ad res nouas procliui. Neceſſe erat vteretur iiſdem artibus, quibus hoſtes ſuos illum circumuenire ſolebant, & cum Cretenſibus Cretiſaret, vt habet adagium à Plutarcho non ſemel vſurpatum. Refert VvitiKindus triginta Sclauorum Principes per inſidias ei exitium machinatos: quorum conſilia cum detecta eſſent, ipſe clauum clauo pellens ad conuiuium vocatos, multoq; vino depoſitos contrucidari iuſſit omnes. Dolus an virtus quis in hoſte requirat? quomodo adiutus à Conrado Imperatoris genero rem feliciter, contra Velicos geſſerit, Saxoniamq; vniuerſam immenſo gaudio impleuerit, idem VvitiKindus commemorat. Meſiconem Polonorum Ducem ab eo imperiali ditioni ſubditum, refert Ditmarus lib. 2. Ob non ſoluta ſtipendia in odium militum incurrit, ſed à Cæſare defenſus eſt, neque multo poſt Veros feliciter debellat, cæſo Duce eorum Stoineſo. Elogium Geronis inſigne admodum extat apud VvitiKindum lib. 3. idem tot victorijs, quot bellis clarum vocat. Filium habuit Sigefridum: nepotem eius (incertum an ex filio) à Luſatijs cæſum refert VvitiKindus. Cataſtrophen vitæ eius beatam exponit Ditmarus,* vt ſupra habuimus. *In itinere Romano Gero inuiſit Monaſterium S. Galli in Heluetijs, perſpectaque fratrum ſancta conuerſatione, ab Abbate flagitauit, vt in conſortium fraternitatis admitteretur, libras quoq; argenti octo obtulit, vt habet traditio, quæ extat Tomo 2. par. 2. & tom. 3. rerum Alemann. edit. à nobiliſs. Goldaſto. Facta ſunt hæc anno 950. vt traditio allegata habet. Monaſterium Gerinrodenſe ſcribitur fundatum 962. Triennio poſt obijt Gero, cui poſitum eſt tale Epitaphium: Anno Domini DCCCCLXV. XIV. Kalend. Iulij, obijt Illuſtriſs. Dux, & Marchio Gero, huius Eccleſiæ fundator, cuius anima requieſcat in pace. Amen.*

De obitu conſentit Reginonis continuator his verbis. Eodem Anno 965. Gero Marchionum noſtri temporis optimus, præcipuus obijt. Chron. Archiep. Magdeburg. M.S. refert Geronem I. fuiſſe Burggrafium Magdeburgenſem, eique defuncto ſucceſſiſſe Hermannum Billingium. Quomodò in pago Zermund, ideſt veteri Marchia acquiſierit aliquid ditionis, cognoſcere licet ex diplomate Othonis Magni, quod ex annalibus veteris Marchiæ Andreæ Erizelij depromptum inter cætera VvitiKindo appoſuimus.

Poſt obitum Mathildæ Auguſtæ moritur CCXXI. *Bernardus Antiſtes venerandus, plenuſque dierum XLVIII. ordinationis ſuæ Anno, & in ipſo die, ideſt III. Non. Februarij,* vt notat Dit- Ditm. lib. 2. marus. *Piam famam* (ita ſcribit Vvitikin- Lib. 3. dus,) *ſuper his nemo nos vituperet prodidiſſe, dum vero periculo non ſuccumbimus. Audiuimus enim de quodam ſolitario, in ſpiritu neſcio, an manifeſta viſione hunc animam Reginæ, & Epiſcopi infinitam multitudinem Angelorum cum gloria ineffabili cælos deferre vidiſſe.*

Hiſce temporibus credo mortuum Popponem Vvilhelmi Comitis Germanum, cuius viſionem à Ditmaro relatam tranſcribere pium. *Is cum Imperatori diu fideliter* CCXXII. *ſeruiret, nimis infirmatur, & in ecſtaſi effectus, in montem excelſum ducitur, vbi ciuitatem magnam, & pulchra eius conſpicatur ædificia. Inde perueniens ad turrim arduam, laborioſos eiuſdem ſcandit aggreſſus. In cuius*

V *ſumi-*

Anno Sal. 972. *ſumitate magna, Chriſtum cum ſanctis omnibus ſedentem videre promeruit. Ibi Bruno Archiepiſc. Colonienſis, ob inanem philoſophiæ executionem à ſummo Iudice accuſatus, & à Beato Paulo defenſus, iterum intronizatur. Tunc iſte vocatus ſimili de cauſa redarguitur, & ſupplici Sanctorum interceſſione ſuffultus talem audiuit vocem: Poſt tres dies ad me veniens, hanc, quam ego nunc tibi demonſtro cathedram poſſidebis. Hæc omnia Sacerdos cum euigilaret, Cæſari ad ſe accerſita explicuit, & non eſſe ſomnium, ſed veram affirmans viſionem, gratias ei retulit prò bonis omnibus, quæ ei unquàm fecit, & ſic ei indicatum eſt. Facta confeſſione, & indulta à præſentibus remiſſione dereliquit aliena, repetens ſua cum pace bona, flentem tàm felici obitu conſolatus ſeniorem.*

CCX-XXIII.

OTHONIS MAGNI IMPER. OBITVS. *Sal. Anno 973.*

FRaxineti expeditionem Otho cum molliretur, vt inde Sarracenos expelleret,
Lib. 3. *audita matris* (ita Vvitikindus) *& filij cæterorumque principalium virorum morte, iudicabat ab expeditione Fraxineti abſtinère, & diſpoſitis in Italia rebus patriam remeare. Pulſauit quoque fama eum, quaſi plerique Saxonum rebellare voluiſſent: quod quia inutile erat, nec relatione dignum arbitramur. Egreſſus eſt itaque de Italia cum magna gloria capto Rege Longobardorum ſuperatis Græcis, victiſque Sarracenis, cum victricibus alis Galliam ingreſſus eſt, inde Germaniam tranſiturus, &*
CCX *proximum Paſcha loco celebri Quidelingeburg*
XXIV. *celebraturus: vbi diuerſarum gentium multitudo conueniens reſtitutum patriæ cum filio, eum magno gaudio celebrant. Manens autem ibi decem, & ſeptem diebus, non amplius deſcendit, inde Aſcenſionem Domini apud Merſeburg celebraturus. Triſtis autem illa loca perambulabat, obitu optimi viri Ducis Hermanni, qui prudentia, ac iuſtitia, miraq; vigilantiæ in rebus ciuilibus, & externis cunctis retrò mortalibus æternam reliquit memoriam. Poſt ſuſceptos ab Africa Legatos cum regio honore, & munere viſitantes, ſecum fecit manere. Tertia autem feria ante Pentecoſten locò deuenit, qui dicitur Mimileuu. Proxima nocte iuxta morem diluculo de lecto conſurgens, nocturnis, & matutinis laudibus interarat. Poſt hæc paululum requieuit. Miſſarum deinde officijs celebratis, pauperibus iuxta morem manus porrexit, paululum guſtauit, iterumque in lecto requieuit. Cum autem hora eſſet, proceſſit lætus, & hilaris ad menſam recedit. Peracto miniſterio veſpertinis laudibus interfuit. Peracto cantico Euangelij æſtuare, atque fatigari cæpit. Quod cum intellexiſſent principes circumſtantes, ſedili eum impoſuerunt. Inclinantem autem caput, quaſi iam defeciſſet, refocillauerunt, expetitoq; Sacramento diuini Corporis, & ſanguinis, & accepto, ſine gemitu cum magna tranquillitate ultimum ſpiritum cum diuinis officijs pietati Creatoris omnium tradidit. Tranſportatur inde in cubiculum: & cum eſſet iam ferò nunciatur Populo mors eius. Populus autem pro eius laude, & gratiarum actione multa locutus, memorauit eum paterna ſubiectos rexiſſe pietate, ab hoſtibus eos liberaſſe, ſuperbos hoſtes Auares, Sarracenos, Danos, Sclauos armis viciſſe, Italiam ſubiugaſſe, delubra Deorum in vicinis gentibus deſtruxiſſe, templa miniſtrorumque ordines conſtituiſſe, multaque alia bona inuicem conferentes regali funeri inſiſtebãt.* Diem mortis ferè apud omnes antiquos eundem legimus, qui fuit *quarta feria ante Pentecoſten*, vt cum Vvitikindo Ditmarus conſenſit, *debitum perſoluit naturæ Nonis Maij, IV. feria.* Subſcribunt *Otho Friſingenſis. Hermannus Contractus. Schafnaburgenſis. Marianus Scotus. Auentinus.* Diſſentiunt Petrus Damianus Auctor veridicus, Sigonius diligentiſſimus, cuius verba. *Inde in die Pentecoſtes Mimilenæ cum eſſet, Imperatorijs inſignibus redimitus, & Epiſcoporum, principumq; cateruis, vndique cinctus, repentè vt à filio multo ante denuntiatum fuerat, morte ſublatus eſt. Cuius rei Petrus Damiani auctor eſt, ſcriptor ijs temporibus proximus.* Lib. 2. Sigon. lib. 7.

Tranquillum fuiſſe Othonis obitum ex eo habeas, vt ſcribit *Chriſtianus Matthias*, CCX-
quod ſeptem Chriſti verba, quæ in ara Cru- XXV.
cis Redemptor protulit, deuotè renouando deceſſit. I. *Pater ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciant.* II. *Ecce filius tuus: ecce Mater*

tua.

Anno Sal. 973. *tua*. III. *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo*. IV. *Deus meus, Deus meus quare me dereliquiſti?* V. *Sitio*. VI. *Conſummatum eſt*. VII. *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*.

OTHONIS MAGNI SEPVLTVRA.

CCXXVI. MOrtuo Othone, *ſequenti nocte* (Ditmarus) *viſcera eius ſoluta in Eccleſia Sanctæ Mariæ ſunt tumulata: corpus autem eiuſdem aromatibus conditum ad Parthenopolim translatum, ibique honorabiliter, atque lacrymabiliter ſuſceptum, marmoreque impoſitum, Sarchophago ſepultum eſt ab Archiepiſcopis Gerone, atque Athelberto, cæterorumque auxilio Epiſcoporum, Cleriq; totius*. Sarchophago eius ſequentia feruntur inſcripta carmina.

CCXXVII *Tres luctus cauſæ ſunt hoc ſub marmore clauſę:*
Rex, decus Eccleſiæ, Summus honor patriæ.

Aliud Epitaphium ex Nicolao Reuſnero.

Magnus Otho, magnis nomen virtutibus æquo,
Soſpite me, ſoſpes Teutonis ora fuit.
Seu pacem, ſeu bella gero, Dij cępta ſecundant:
Auſpice ſiquid ago Numine, dexter ago.
Filius hinc victus, fraterq; generq; rebellis:
Et Francum ſocios Belga ſecutus opes.
Quid memorē Scythicis egreſſos finibus Hūnos?
Quid domitas gentes, Magne Boheme, tuas?
Morte pia, Cæſar pius, intra Sacra Deorum
Iam ſenior vitam reddo, animamq; Deo.

Aliud Epitaphium ex Mycillo.

Hic fratrem, hic generum vicit, natūq; rebellē,
Hic Hunnum & populos ſæue Boeme tuos,
Hic etiam Italiam duplici pacauit ab hoſte,
Hunc habuit ſummum Saxonis ora virum.

De eodem.

Pannonios, Boemoſq; domat, deletque tyrannos,
Primus Otho, natu grandis, obitque pius.

An congrui fuerint Othoni tituli; Regis primò iuſtitiam pende: ſi vera enim Gotfridus Viterbienſis prodit, tamquàm luminare maius fulgebit in conſpectu principum Othonis æquitas, & iuſtitia. Inter plurima ſingularem perlege caſum.

CCXXVIII. *Otho coronatus Paſchalia feſta peregit*
Adfuit, & celebris primatum curia regi
Fercula quæ docuit, regia menſa vehit.
Menſa cibos coctos tenuit prius illa paratos
Quàm veniāt Domini, vel more ducū ſedeatur,
Ille cibus miſeris pauperibuſq; datur.
Dux puer accedens, magni ducis vnicus hæres,
Cum foret eſuriens, dū fercula prōpta videret,
Accipit vt comedat, cor puerile gerens.
More ſuo dapifer vitio variabilis iræ,
Non timuit puerum grauiori fuſte ferire,
Inde puer cecidit, vulnere ſtratus humi.
Miles adeſt, puero cuſtos datus, atq; magiſter,
Vindicat egregiè dominum, quem percutit iſte,
Vulnere nam dapifer mortuus ipſe iacet.
Turba gemit, Rex Otho venit, cauſāq; requirit.
Ille iacet, dum turba tacet, mandatq; aperiri,
Quæ fuerit pueri, quæ modo cauſa viri.
Quærit, & authorem mortis, quiſnā foret ille,
Ille ſtetit medius, animo quaſi maior Achille,
Nec negat hunc ipſum fuſte necaſſe virum.
Rex ait; ergo mori dignus ratione videris,
Criminis actorem dum te ſatis ore fateris,
Digna tuis meritis hoſtia mortis eris.
Miles ait, diſcerne magis quid iuris habetur,
Iudicio ne præcipiti res acta putetur,
Eſt quia Paſcha Dei, Rex miſerere mei.
Ira mouet regem timet ille mori ſine lege,
Cum Rex iuſta neget, miles rapit, illico regem;
Rex proſtratus humi iuſta negaſſe luit.
Dum tenet Othonem, barbā trahit, atq; granonē,
Guttur, & ora premens, grauior feritate leone,
Ni foret auxilium moreuus Otho foret.
Sub loculo ſcamni regem crudeliter angit,
Vnguibus infixum guttur conanime frangit,
Nunc pede, nunc manibus, turba retraxit eum.
Otho ſedet ſtupidus, turpi ſtatione leuatus,
Barba pilis caruit, guttur dolet excoriatum,
Laude coronatum ſtat ſine laude caput.
Turba dolens, ſtās ante fores cupit hūc cruciari,
Otho reum defendit eum, iuſſitq; vocari,
Vir ſtetit, & ſiluit, incipit Otho loqui.
Iudicio ſiſti legum ratione petiſti,
Dum tibi non licuit, tetigit me dextera Chriſti,
Non tua, ſed Domini verbera digna lui.
Digna lui, quia paſcha fuit, cū parcere poſſem,
Me libuit, quod non licuit, dedit vltio noſſe,

Sal. Anno 973.

Porto furoro mei digna flagella Dei.
Parcius iſta tamen punire tibi potuiſſes,
Quam ſine raſore barbam manibus rapuiſſes,
Amodo quæ cupias ordine dicta feras.
Miles vt exponit quæ ſit modò cauſa furoris,
Mitigat Othonis ſymptomata vi rationis,
Sic datur incolumis miles abire foris.
Nec datur hinc ire quod debeat ipſe redire,
Læſor enim ſi quando redit, reminiſcimur ira,
Si mala deliteant liuor, & ira ſilent,
Poſt redyt tempus, quo Rex foret ipſe perēptus,
Aut male detentus, ſed militis enſe redemptus,
Corpore ſtat ſano, cuius, & acta cano.
Quando ſub arce poli, canis eſt adiuncta leoni,
Vt placet Othoni Caſtrum datur obſidioni,
Claueos lege fori iudicat Otho mori.
Dum media dormire die Rex ipſe ſoleret,
Et proceres ſomni requies hinc inde teneret.
Vir ſedet in lauacro balnea ritè gerens.
Rege ſoporato, citò proſilit hoſtis ab Vrbe,
Vt perimant regem, curſum, latitando perurgēt,
Solus eos miles, qui lauat, ille videt.
Ex lauacro ſaliens, clypeū rapit, atq; mucronē,
Præuenit hoſtiles Othone iacente furores,
Clamat, & ex more prælia dira monet.
Regia pars creſcit, timet hoſtis, & inde receſſit,
Miles ut inſequitur nudus, fera pugna caleſcit,
Aſpicitur late nudus, & acta patent.
Miratur Cæſar, nudum præcedere fortes,
Nam ſolum nudum cernit ſuperare cohortes,
Laus equitis nudi grandis vbique fuit.
Mane ſequente iubet equitem Rex Otho venire,
Miles adire timet, ne ſi reminiſcitur ira,
Priſtina culpa viri ſit memoranda ſibi.
Dumq; venit compulſus eques, Rex hæc ait illi;
Nonne tuis manibus noſtri perière capilli?
Nonne furore tui barba pilata fuit?
Miles ait; fateor, ſed erat mihi culpa remiſſa;
Non decet vt culpas iterum Rex ſuſcitet ipſas,
Securus venio rege vocatus ego.
Surgit in amplexus equitis mirabilis Otho,
Dicit ei; Gaudere meis te rebus adopto,
Regia facta geris, ſemper amicus eris.

Plurima adhuc iuſtitiæ eius exuberant exempla, hoc vnum ne prætereas, vt ſeueritatem illorum temporum, in corrigendo adulterio perpendas. *Quum Rex* (ſcribit Krantzius) *expeditionem militarem crebrius duceret per Italiam, procidit ad pedes eius mulier querula, quòd vim paſſa eſſet ad ſtuprum, rogans iuſtam legum vindictam. Quum ille feſtinans educere, polliceretur in reditu ſe iuſtitiam facturum: eiulans mulier, Quis tum, inquit, faciet te dominum meum atrocis iniuriæ memorem? Tum ille ſuſpiciens in proximam Eccleſiam. Hæc, inquit, erit teſtis inter me, & te, & in ſignum iuſtæ vltionis. Ibat ille itinere, & proxima vice per interpoſitos reuerſus, vbi vidit Eccleſiam, recordatur delatæ quæſtionis. Iuſſit aduocari mulierem. Vbi aderat, præueniens mulier, Sereniſſime, inquit, Rex, vir de quo ſum olim queſta, nunc meus eſt maritus: peperiq; ex eo, & iniuriam aboleui. Non ſic, inquit Rex: per Othonis barbam ſentiet dolabrum. Nam inter vos facta colluſio, ſacris legibus non imperat: iuſſitq; virum ſecuri percuti.* Metropol. 3. c. 12.

OTHO DIVINA INSPIRANTE SAPIENTIA EPISCOPATVS diſtribuit.

CCXXIX. DEcus iure dicitur, *Eccleſiæ*, ſi Ditmaro fides, penes quem legimus, nonnisi diuina inſpirante Sapientia Othonem Eccleſiaſticas diſtribuiſſe dignitates. Brunone Archiepiſcopo Colonienſi mortuo, Dithm. Lib. 2. *Vuolmero eiuſdem familiari Capellano ob amorem eius, Epiſcopatum, & animæ curam, fideliter commendauit, quo ſedente tempus à domino ſibi permiſſum, & in omnibus egregiè conuerſanti, & de medio XV. Kalend. Aug. diſcedente, Gero frater Ditmari Marchionis, à Clero, & ab omni Populo electus eſt: & hoc Imperatori mox adnunciatur. Hic quia præfato fratri ſuo ob multas cauſarum ſpeties iratus fuit, dare huic Epiſcopatum noluit. Interea is qui Capellanus tunc erat in vno dierum Miſſam celebrans in Papia Ciuitate, vidit ſolus Sanctum Petrum, & Ambroſium ſancto ſe benedicentes oleo, & nulli tunc prodidit, ſed tantum diuinæ pietatis munus æqua mente portauit. Imperatore autem in ſanctæ Dominicæ Reſurrectionis die euaginato apparuit Angelus gladio, cum iam præparatus excepta corona ad Eccleſiam pergere voluiſſet, niſi inquiens in Gerone hodie compleueris electionem, ſecurus non euades hanc cadem. Expaueſcens*

ob hoc

Anno Sal. 973 ob hoc Cæſar, Dominum, iuſſit, vocare Gerónem, eique protinus venienti curam, baculo paſtoralem commiſit, & indulgentiam humiliter efflagitauit. Hic à ſuffraganeis poſtea benedictus, vt ſignis hodie declaratur, nomen & officium domino, hominibuſque acceptè dum vixit, tota mentis deuotione portauit. Huius ſancta mater Hidda nomine, Hieruſalem orationis gratia petens, illieque infirmata, hanc ſuis legationem pediſſequis commendauit: Egredienti anima memet prolongato huius exilij incolatu, corpus meum matri terræ celeriter tradita, & mox euntes hæc filio nuntiate Geroni, quo peregrinæ genitrici ſuæ talem in terris non deneget honorem, qualem prius in cælis dare dignatur dominus, & Altare mihi in Eccleſiam conſtituat Cæciliæ. Talibus præceptis deuota obtemperantes famula, dominam ſuam poſt hæc feliciter expirantem ſepelierunt, & ſtatim recedentes miſeriam inſcia effugerunt ſubſecuturam. Nam Sarraceni Hieroſolymam tunc inuadentes, nil reliquere victis, quod ſancta eis clam tunc prædixit matrona, cum ſe mortuam iuſſit propere tumulari, & ſuas abire. Venientes autem hæ Coloniam, cuncta Archiepiſcopo pandunt ordine. Quos idem benignè ſuſcipiens, Deo gratias egit, & iuſtæ eiuſdem petitioni ſatisfecit. Et quia pauca loquutus ſum de laude ignota tanti præſulis, libet conſequentibus cætera diſſerere, vt in his virtus eiuſdem valeat enucleatiùs apparère. Imperator audita Ratisbonenſis Eccleſiæ præſulis morte, eò perrexit, & vt Epiſcopatum non alij daret niſi ei, qui primus ſibi occurrerit, in ſomnis admonitus eſt. Craſtina autem die primitus inluceſcente, Cæſar ad monaſterium Chriſti martyris Emerani, Monachis hoc neſcientibus, cum paucis venit, & paulatim oſtium pulſans, a quodam Gunthero Eccleſiæ peruigili cuſtode, & per omnia venerabili patre, intromiſſus eſt. Quem intuens, ad adorandum primò ſupplex proceſſit, deindeque talibus aggreditur: Quidnam frater pro adipiſcendo Epiſcopatus honore vis dare? Senior adhuc ſubridens, calceos, inquit meos. Hunc autem cum cæteris confratribus ad electionem Antiſtitis ad Sanctum Petrum venientem, Cæſar explicatis cunctis ſomnio, cæteroque rei euentu, cum conſilio Cleri, totiuſque Populi ad Sacerdotem conſtituit. Is verò accepta benedictione ſedebat tantum VI. menſes, ægritudineque compreſſus valida; ad modicum conualuit, ſumptaque in manus cinere locum, quo de hoc ſæculo migrare voluit, ſigno ſanctæ Crucis ipſe conſurgendo ſignauit, ſolo tenuſque poſitus: illud B. Iob carmen tenens, & ipſe cecinit: Audi tu auris, auditu te Domine, nunc autē oculus meus videt te: Idcirco ipſemet reprehendo, & ago penitentiam in fauilla, & cinere. Et continua confeſſione cum lacrymis peracta emiſit ſpiritum. Impletumque in eodem eſt, quod anteceſſor illius ſimilis habitus huic prædixit: Tu debes frater ſecundus poſt me hanc Eccleſiam regere, ſed paruo tempore viues, domino tantùm te miſericorditer coronante. Quod quam diu hic peregrinatus eſt, iuxta domini voluntatem fieri idem ſemper optauit. Has de duobus Epiſcopis ſententias ideo protuli, vt ſcias lector, quod cœleſtis gratia Imperatori ſæpe aperiret, quod ſibi in humanis fieri placeret.

Honeſtam vitam ſacra mors clauſit, quam ſibi perutili delegerat ſymbolo, *Aut mors, aut vita decora.* Dodo Richea.

Othonis hiſtoriā eius aurea Moneta claudit; in qua ne mireris diuerſam effigiem, ab ea quam vidiſti in eiuſdem Othonis hieroglyphico, quia vtraque mihi ſuſpecta.

Moneta Aurea Othonis Magni.



APPEL-

APPELLATIO
AD TRIBVNAL DEI.
CAPVT TERTIVM.

1 *Iniuſtitiæ hieroglyphica.*
2 *Tyrannis eſt, inauditum iudicare.*
3 *Ad vnum Iudicem ſupremum de omnibus licet prouocare.*
4 *Vnus Deus, ad quem licet omnibus appellare.* 6. 28.
5 *Deus vnus, & omnium Iudex.*
7 *Mortalium appellationem nequit repellere Deus.* 9. 14.
8 *Philippus Macedo, & Adrianus Romanus negans ſibi otium eſſe ad audiendam mulieris petitionem, quomodò redarguti.*
10 *Paul. Apoſtol. primus inter Chriſtianos appellauit ad Cæſarem.*
11 *Auris, hieroglyphicum Dei eſt.*
12 *Alani Populi cur Deum in gladio colerent.*
13 *Deus iudex viuorum, & mortuorum.*
15 *Qui ad Deum appellauerint.*
16 *Otho Imperat. citatus à filio ad Tribunal Dei pro die Pentecoſtes, illa die moritur.*
17 *Menuercus Padebur. Ep. Sacriſtam citat ad Trib. Dei.*
18 *Meginherus Abbas citat Burcardũ Epiſc. Halberſtadenſem ad Trib. Dei.*
19 *Henr. Archiep. Mogunt. citat duos Cardinales ad Trib. Dei.*
20 *Præpoſitus Leodij ad Trib. Dei vocatur ab Abbate S. Iacobi.*
21 *Rodulphus Dux Auſtriæ citatur ad Tribunal Dei.*
22 *Ferdinandus Rex Hiſpaniarum, citatur ad Tribunal Dei.*
23 *Clemens Pontific. ad Tribunal Dei, & Francorum Rex Philippus.*
24 *Magiſter Theutonicorum citatur ad Tribunal Dei.*
25 *Dux triremium Ianuenſium citatur ad Tribunal Dei.*
26 *Brohemius Hiſpanus Belium Traiectenſem ab Trib. Dei vocat.*
27 *Prouocantes ad Trib. Dei punitos, pleroſq; alios ibi vide.*
28 *Iniuſtè appellantes ad Tribunal Dei non timendi.*
29 *Gondiſalui Cordubæ reſponſio iniuſtè appellanti ad Tribunal Dei.*
30 *Zachariæ Sagredi reſponſio cuidam cæco iniuſtè appellanti.*

I. INiuſti exemplar in domo Sapientis, vt expollirent, æmulabantur artifices: Centaurũ quis pinxit, flagris cædentem virtutes, & deprauatæ voluntatis ſubuertentem arbitrio, Ciuitatis, Gentium, Naturæ iura. Paridem protulit alter, cui pomum aureum à Ioue cælitùs demiſſum, *vt daretur pulcherrimæ*, Iunoni, & Palladi Veneris voluptatem anteferenti damnoſam, inſcripſit; *quod placet, licet*. Alius adulteria magnatibus; aulicis ambitus, & peculatus; tyrannidem indulgens Regibus; ſeruorum noxas, & minima egenorum furta ſanguine vlciſcebatur, ne malus diceretur iudex, tàm ſub quo omnia, quàm ſub quo nihil. Hæ ſunt iudiciorum arcana cum in propria cauſa. Nouiſſimi tandem
in quadro ad Iuſtitiæ poſtes vigilabat carnifex vt intercluderet, & fruſta concideret,
quotquot inſimulaturi aulicos aduentarent
iniquos. Quis horum creditur monſtrum
expreſſiſſe nefas? Si hoc vnum damnandis II.
ſolatium *audiri*, ſpirat tyrannicum ſcelus
qui innocentium ſupprimit gemitus, & ab
inſonte iuſtum auertit. Si nocui viſi ſunt
vt inſontes perire, quia inauditi, atque indefenſi; quid cum inſontium reſonat clamoribus æther ni gemitu pulſati Cęli vin-
dicaturi reſultent? Inter regalia iura extre-
ma legitur prouocatio; Subtus vel ſuper III.
Cęlum, hunc veneremur Regem, vltra quem vinculis mancipato innocenti licet, nefas ſit prouocare, hiſtorici digladiantur, & legislatores.

Super Cęlos, Prophetæ clamant, hiſtoria

plau-

Anno Sal. 973. plaudit, natura iubet. *Iter facite ei, qui*
Pſal.... *aſcendit ſuper occaſum*, nam *Dominus nomen*
illi. Properate integri, nec ſimulantes pia-
cula, timor obruat, quos ſeruauit integritas?
ſeptæ viæ occluſæ valuæ, in terra milites, in
IV. Cœlo vigiles, quò me vertam, neſcio; mu-
tit, & ſuſurrat innocens. *Aſtiterunt Reges*
Pſal. 2. n. 2. *terræ, & principes conuenerunt in vnum ad-*
uerſus dominum, & aduersùs Chriſtum eius.
Sed vnde mortales? prohibiti os ponere in
Cœlum, auderis tumidi extendere manum?
forſan inter Deum, & hominem partiti li-
V. mine campi, deturbata mortalium iuriſdi-
Pſal. 81. ctione inſimulatis Deum? *Deus ſtetit in Sy-*
n. 1. *nagoga Deorum, in medio autem Deos dijudi-*
cat. Quid reſonat in iudicio Deus? *terra in*
25. Leu. n. 23. *qua eſtis mea eſt, & vos coloni mei eſtis. Ego*
Pſal. 2. n. 6. *conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem*
ſanctum eius, prædicans præceptum eius. Vbi
nam pares facti, in hominem veluti in pa-
rem Deus non habet imperium? Si ex alto
iudicem prouocare non eſt religio, ſed ſu-
VI. perſtitio, cur Regius Pſalmiſta canit *Iuſtum*
Pſal. 7. n. 11. *adiutorium meum à Domino, qui ſaluos facit*
rectos corde. Deus iudex iuſtus? Cur homini
Pſal. 49. datum, imò præceptum, *inuoca me in die*
n. 15. *tribulationis, eruam te*, nec profanabis tunc
ſanctuarium meum, *ſed honorificabis me*. In-
ferum ſi ſuprema ſubſellia vt aduersùs iniu-
Pſal 49. ſtum non prouocet innocens, *quare tu* (in-
n. 16. quit Deus) *enarras iuſtitias meas, & aſſu-*
mis teſtamentum meum per os tuum? Accuſa-
bis forſan, *quod ſi ego teſtimonium perhibeo*
Io. 5. nu. 31. *de meipſo, teſtimonium meum non ſit verum?*
In ore duorum, vel trium cum ſit omne ver-
Pſal 21. bum, *Annuntiabunt Cœli iuſtitiam meam:*
n. 23. *quoniam Deus iudex eſt. Non accipiet Domi-*
Eccl. 35. n. 16. *nus perſonam in pauperem, & deprecationem*
35. n. 16. *læſi exaudiet*. Quid blaſphæmas homo ne-
quam, *non exaudiet?* deprecationem læſi
VII. *exaudiet* fideiubet Eccleſ. Regalia nequit
1. Cor. c. 10. n. 13. deponere Altiſſimus; *fidelis eſt*, & ſeipſum
negare non poteſt. Iuſtitiæ attributum po
terit, ita communicare mortalibus, vt Di-
uinæ iuſtitiæ fontem exhauriat? *Axiomata*
Baſil. de pænit. *ſua IESVS largitur alijs; largitur autem ea*
non euacuatus, ſed nihilominus habens. Lux
eſt. Vos eſtis lux Mundi, inquit. Sacerdos
eſt, & facit Sacerdotes. Ouis eſt, & dicit.
Ecce ego mitto vos ſicut oues. Petra eſt, & pe-
tram facit, quæ ſua ſunt, largitur ſeruis ſuis.
Argumentum hoc eſt opulentis, habere videli-
cet, & alijs dare. Inſtar eſt fontis perpetuò
fluentis. Quantumcumque hauſeris, non ta-
men riuus ille minuitur. Iuſtitiam inde licet
vobis imitandam mortales, obtulerit Deus,
adhuc ad Deum Regius Pſalmiſta prouocat.
Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de Pſal. 42.
gente non ſancta, ab homine iniqua, & doloſo
erue me. Iudica nam tibi otium eſſe, licet
totus agens negare, haud potes: vt conten- VIII.
denti mulieri, & audiri petenti, reſpondère
Reges, Imperatores, Philippus Macedo, & Dion.
Adrianus Romanus. Quod ſi principes ter- Niceus in Adr.
ræ Rex æmularetur Cœlorum, prouocatio-
nem reijciendo vetulæ repetito lemmate, vt
terræ, principes, & Cœlorum redarguam
Deum, *ſi non vis iudicare, etiam noli regnare*.
At velit, nolit, regnabit, ſedebit Dominus Rex Pſal. 28.
in æternum. Itaque iudicabit; Salomonem n. 10.
attendo, *Non facias violentiam pauperi, quia* Prouer. 22 n. 23.
pauper eſt; neq; conteras egenum in porta, quia
iudicabit Dominus cauſam eius. Si cauſa re-
giæ poteſtatis e regalibus ſedibus venit; &
Cœlo petita ſoli Deo debet innocentiam, ad
quem prouocabimus, ſi in tyrannidem re-
gna vertantur? Cum vno in Dauide Supre-
mę omnes Poteſtates tibi ſoli peccare dicant,
Domine tibi ſoli peccaui. Dixit tibi ſoli, gloſ-
ſat Ambroſius, *quia Rex erat, & alium non*
timebat. Iudicem quis conſtituit? *Deus iudi-* Pſal. 72.
cium tuum Regi da: & iuſtitiam tuam filio
Regis, tu paraſti directiones; iudicium, & iu- Pſal. 98. n. 4.
ſtitiam in Iacob tu feciſti. Pateant itaq; au-
res non miſericordiæ, ſed iuſtitiæ. Abiece- 1. Reg. 8.
runt te quondam Iudæi, & quia petierunt
Regem, ne tu regnares ſuper eos, iure pro- IX.
teſtatus antequàm dares, non exauditurus
clamantes. *Clamabitis in die illa à facie Re-* 1. Reg c. 8. n. 18.
gis veſtri, quem elegiſtis vobis: & non exau-
diet vos Dominus in die illa, quia petiſtis vobis
Regem. Ad quid hæc proteſtatio? ne tenere-
tur exaudire clamantes, qui omnia poteſt,
ſolo poſſit pacto ſe liberum vindicare, quaſi
ne ab hominum doloſo iudicio prouocantes
exaudiat. *Per me Reges regnant, & Princi-* Prouer. 8. n. 15.
pes iuſta decernunt: intonat Æterna Sapien-
tia. Si per te, igitur ad te prouocare fas
erit, cum in te iura ſubuertunt, qui alieno
titulo vſurpantes primatum, Dei auſpicio X.

tra.

Anno Sal. 973. trahunt populos in obſequium. Paulus qui
chriſtianorum primus ad Cæſarem legitur
appellaſſe, non arguitur, non incuſatur,
nec premitur: licet ſacrificantem Apoſtō-
lum Iudęorum perfidia inſimularet blaſphę-
mantem. Vnde hoc? Cæſaris nomen ter-
ribile gentibus inuocanti honorem conci-
Act. 25. liauit, & obſequium. *Ad Cæſarem prouo-
caſti, ad Cæſarem ibis*; ſi tremebundus re-
ſpondit Feſtus in Iudæa Præſes; minus ve-
nerabilis nobis erit illius inuocatio, in cuius
nomine omne genuflectitur cœleſtium, ter-
reſtrium, & infernorum? Dei, & Cæſaris
nomina, pari ſaltem veneratione trium-
Pſal. 78. n. 10. phent; *ne iure dicant in gentibus, vbi eſt Deus
eorum?* qui clamantem non audit, & prouo-
Inſtit. 1. ſu. 1. de iuſtitia. cantem repellit. Vbi cubat *conſtans illa, &
perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi?*
quàm in humanis perquiſitam, & non re-
pertam, cum aſſequi non poſſimus, ſaltem
de legib. imitari debemus, ait Cicero. Forſan Cœlo
pulſa, locum pellicibus dedit? vt innocens
terra profugus nequeat ſe recipere in Cœ-
lum? & vi præpotentium teneatur minor
XI. ſeruire maioribus? Si inſipientis eſt iuſtum
negare Deum, quem ſub auris hieroglyphi-
co venerabatur antiquitas, quia tam facilem
in audiendo habemus, vnde in eo dices vati-
Pſal. 37. n. 14. cinium impleri *ego autem tamquam ſurdus
non audiebam* cum innocens ab humano ad
diuinum prouocat tribunal? Hanc horren-
tes appellationem Alani populi, & vna in iu-
ſtitia cætera Dei attributa venerantes, Idola
XII. omnia conflarunt in gladios, quos erigebant
in aris; vt Deum edocerentur colere, non tam
profeſſione amoris, quàm formidine pęnæ.
Time itaque iudex, nec ſuperiorem contem-
ne poteſtatem. Superſtitioſam ſi ducas in-
nocentis prouocationem, irrideas; ſi tamen
Pſal. 67. n. 6. irridère audeas Regum illum Regem, qui
pater dicitur orphanorum, & iudex vidua-
rum. Sardonicum caue riſum, & præteri-
torum pœna ſit tibi in exemplum, culpam
pęna, & pęnam menſurandi piaculis. Vnum
Act. 10. n. 42. memento dominum, non tam mortuorum
XIII. quàm viuorum iudicem conſtitutum. *Diui-
ſum* (ne fabulare Poeta) *imperium cum Ioue
Cæſar habet*, quia ad Vnigenitum ſuum ſer-
Pſal. 2. n. 8. mo venit omnipotens: *poſtula à me, & dabo
tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem
tuam terminos terræ.* Recollige Cainum mor-
daci conuentum, inuidia, quod Abelis ho-
ſtijs fœliciùs ſuccederet; ne fraternæ litarent
victimæ, victimam feciſſe fratrem: cuius
ſanguinem de terra clamantem cum non
audiret homo, vel patrio corruptus amore,
vel parricidæ correptus timore, exaudijt
Deus; licet creationis labore feſſus, vt ſegre-
gationem redargueret eorum, quæ ſunt ſub
firmamento ab his, quæ ſunt ſuper firma-
mentum reſpectu ſummi domini, querelas
aſſumit, nomen exprimit prouocantis, *vox* XIV.
ſanguinis fratris tui clamat: iudicem ſiſtit, *Geneſ. 4.*
ad me. Locum deſignat terram: *de terra*
adiungit, ne *de terra*. Tu terram excipias,
cum innocens tyrannidem ad diuinam pro-
uocat iuſtitiam. nō eſt Deus à terra extorris,
vt audire poſſit ſolùm de Cœlo clamantes.
Dominus, excelſus terribilis: Rex magnus ſu- *Pſal. 46.*
per omnem terram. Si vtique eſt fructus iu- *Pſal. 47. n. 12.*
ſto: vtique eſt Deus iudicans eos in terra.

De terra appellantes an iudicauerit Deus, XV.
dicat Saul, quum prouocante Dauide *iudi-
cet Dominus inter me, & te: & vleiſcatur me* *1. Reg.*
Dominus ex te. A Philiſtæis victus, ne ho-
ſtium caderet; ſuo cecidit ferro. Suſcitā
Zachariam Prophetam, cùm ingratiſſimi
Regis Ioas præcepto, in Templi atrio lapi-
daretur, ad diuinum appellauit Tribunal,
Videat Dominus, & requirat; & anno vix
exacto: coniùrato ferro ſublatum Ioabum
vidit; Prætereo Martyres Machabæos ad-
uerſus Antiochum prouocantes, *Dominus*
Deus aſpiciet veritatem &c. videbis magnam *2. Mac. 7. n. 6.*
*poteſtatem Dei, qualiter te, & ſemen tuum
torquebit &c. Tu non effugies manum Dei.*

Iudam Machabæum cùm *inuocato iuſto* *2. Mac.*
iudice Deo, Ioppitarum malefida ſuccendit *12. nu. 5.*
naualia.

Hiſtoriarum poſtea ſi monumenta re-
uoluas, tamquàm naturali pharmaco, &
iuſtitiæ malleo ſimili appellationi, & inter
ipſos gentiles legimus plauſiſſe Cęlum. Mor-
ti proximus Adrianus, Lucium Commo- *Dion. in*
dum, Cæſarem Romanis deſignauit. Seue- *vita Adriā.*
rianum verò, eiuſque nepotem Fuſcum, qui
id factum grauiter ferebant, interfici iuſſit:
illum nonaginta, hunc decem, & octo annos
natum.

Seuerianus antequàm iugularetur, ignem
popo-

Sal. Anno 973. popoſcit: deinde incenſo thure, *Vos* (inquit) *Dij immortales, quos habeo innocentiæ meæ teſtes, hoc vnum rogo, vt Adrianus quamuis mortem obire percupiat, tamen non poſſit*. Et ſanè Adrianus cum ſæpè mori optaret, ac ſibi manus afferre vellet, diutiſſimè ægrotauit: extatq; eius epiſtola, in qua oſtẽditur, quàm miſerum ſit, cupientẽ mori, nõ poſſe. Sed ad caſtra regrediamur catholica. Sidonius Aruernenſis Epiſcopus, *cũ ſanctam ageret in ſæculo vitam, ſurrexère cõtra eum duo Presbyteri, & ablata ei omni poteſtate à rebus Eccleſiæ, ad ſummam contumeliam redigere. Sed non longi temporis ſpatio inultã eius iniuriam diuina voluit ſuſtinère clementia: nã vnus ex his cũ ante noctẽ minatus eßet eũ de Eccleſia velle extrahere, ſignum ad matutinas audiens eſſe cõmotũ, feruens felle, cõtra Dei ſanctũ ſurrexit, hoc iniquo corde explere cogitans, quod die præcedente tractauerat. Ingreßus autẽ in ſeceſſũ ſuum, dũ ventrem purgare nititur, ſpiritũ exhalauit. Expectabat enim puer à foris cum cereo Dominum egreßurũ. Iàmq; aduenerat lux, et ſatelles eius, ideſt alius Presbyter, mittit nunciũ, dicens: Veni ne tardaueris, vt quæ nobis die heſterna cõuenerant, pariter expleamus. Sed cum reſpõſa dare differret exanimis, eleuato puer velo oſtij, reperit Dominum ſuper cellulam ſeceßus defunctũ. Vnde indubitatũ eſt, non minoris criminis hunc reũ eße, quàm Arriũ illũ, cui ſimiliter in ſeceſſu fuère interna depoſita per partes inferiores egeſta: quia nec iſtud ſine hæreſi poteſt accipi, vt in Eccleſia nõ obediatur Sacerdoti Dei, et ille ſe ingerat poteſtati, cui neq; à Deo, neq; ab hominibus aliquid eſt cõmißum. Dehinc beatus Sacerdos, uno adhuc manente inimico ſuæ reſtituitur poteſtati. Factum eſt autẽ poſt hæc, vt accedẽte febri ægrotare cępiſſet, qui rogat ſuos, vt eũ in Eccleſiã ferrent. Cũq; illuc illatus fuiſſet, conueniebat ad eũ multitudo virorum ac infantiũ plangentiũ: Cur nos deſeris Paſtor bone, vel cui nos quaſi orphanos derelinquis? Tandẽ Sacerdos Spiritu sãcto influẽte reſpõdit: Nolite timere, o Populi, ecce frater meus Aprunculus viuit, et ipſe erit Sacerdos veſter. Qui nõ intelligentes putabant eum loqui aliquid in extaſi. Quo migrante, Presbyter ille nequã, protinus omnem facultatẽ Eccleſiæ, tanquàm ſi iam Epiſcopus eſſet, præoccupat, dicens: Tandem reſpexit in me Deus, cognoſcens me iuſtiorem eße Sidonio, largituſque eſt mihi hanc poteſtatem. Cumq; per totam Vrbem ſuperbus ferretur, adueniente die Dominico, qui imminebat poſt tranſitum ſancti viri præparato epulo, iuſſit cunctos ciues in domo Eccleſiæ inuitari: deſpectiſque ſenioribus, primus recumbit in toro. Cui oblato pincerna poculo, ait: Domine mi, vidi ſomnium, quod ſi permittis, edicam. Videbam hac nocte Dominica, & ecce erat domus magna, & in domo erat thronus poſitus, in quo quaſi iudex reſidebat, cunctis poteſtate præſtantior: Cui adſiſtebant multi Sacerdotum in albis veſtibus, ſed & promiſcuæ Populorum turbæ valdè innumerabiles. Verùm cum hæc trepidus contemplarer, conſpicio eminùs inter eos beatum adſtare Sidonium, & cum Presbytero illo tibi chariſſimo, qui ante hos paucos annos, de hoc mundo migrauit adtentè litigantem: quo deuicto, iubet Rex vt in imis carceris anguſtijs retrudatur: ablatoque iſto contra te iterum ſuggerit: dicens: Te in eo ſcelere propter quod ille prior damnatus fuerat, fuiße participem. Verùm vbi iudex, quem ad te tranſmitteret, ſollicitè cæpit inquirere, ego me inter reliquos occulere cæpi, & à tergo ſtatui, tractans apud memetipſum, ne fortè, ego qui notus ſum homini mittat. Dum hæc mecum tacitus voluerem, amotis omnibus remanſi ſolus in publico: vocatuſque à Iudice, propiùs accedo. Cuius virtutem atque ſplendorem contuens, cæpi hebes effectus titubare præ metu. Et ille, ne timeas puer, inquit: ſed vade, dic Presbytero illi: Veni ad reſpondendam cauſam, quia Sidonius te accerſiri deprecatus. Tu verò ne moram facias ad eundum, quia ſub grandi teſtificatione mihi præcepit Rex ille tibi hæc loqui, dicens, Si tacueris, morte peſſima morieris. Hæc eo loquente, exterritus Presbyter, elapſo de manu Calice, reddidit ſpiritum.*

Gregor. Turon. lib.2.hiſtor. Sal. Anno 484.

Otho ex Saxonibus Magnus, Occidentis Imperator XII. Adhelaidem Italię Reginam, licet ſibi commatrem, in vxorem deſponderat. Vvilhelmus verò, qui Moguntinæ pręſidebat Paſtor Eccleſiæ, vt nefarium arguebat coniugium. Vnde pater excandeſcens in filiũ, carceribus mancipauit: & quãuis annali circiter ſpatio incluſum, à correctione tamẽ terroris vinculum nõ ligauit. Cũ tandẽ pater quadrageſimali percurrẽte ieiunio e vinculis decreuiſſet educere, filius antequã pſalteriũ expleret, quod aureis exarabat apicibus, re- XVI.

Anno Sal. 973 cuſauit exire. Veruntamen egreſſus, zelo Sacerdotalis accenſus auctoritatis, nó quieuit; ſed mox in patrem fulmẽ excõmunicationis intorſit. O verè dignum regio genere Sacerdotem, qui in cauſa Dei non imperiale faſtigium, non paternum recognouit affectum: ſed dum paternam, ac regiam auctoritatem in ſolo Deo conſtituit, hunc hominem eius legibus reſiſtentem à ſe prorſus extraneum deputauit. Dixit autem patri; Tu arbitraris me aduersùm te inſolenter agere, te verò præiudicium ſuſtinère: *Scito præноſcens, quia die ſancto Pentecoſtes vterque ſimul adſtabimus ante Deum, ibiquè ventilabitur inter nos librata iuſtitia lance iudicium. Ibi luce clarius apparebit, quis noſtrum æquitatis lineam teneat, quis Dei legibus contradicat.* Factumque eſt ipſo, qui dictus eſt, ſacroſanctæ ſolemnitatis die, vt dum præfatus Auguſtus imperialibus infulis redimitus, multorumque Pontificum Choris, & Procerum
Petrus Dam. apud Sur. to. 7. vallatus agminibus, Miſſarum ſolemnijs intereſſet, repentino ſuper eum veniente iudicio, repertus ſit mortuus. Epiſcopus autem in Domino iam quieuerat.

XVII. Menuercus Padeburnẽſis Epiſ. Henricũ II.
Sal. An. 1036. Kränt. l. 4. metrop c. 8. *Imperatorẽ in Italiã ſecutus, Cluniacũ ueniens, inde fratres XIII. educit ad obſeruantiam Paderburnam introduxit, ibi Monaſteriũ inſtituẽs. Eruette prædiũ ab Imp. impetrauit pro Eccleſia. Abbatẽ Corbeia, reformationi repugnantẽ Vallonẽ, deponi curauit. Pro qua re, quũ declinaſſet, ut ſacrũ ageret, ſacriſta ſacras illi ueſtes ſubduxit: iterũ, iterumq; monitus, tradere recuſauit. Tũ Epiſcopus. Reddes (inquit) rationem Altiſſimo, prò omiſſo ſacrificio. Monachus ille flocci pendens, etiam riſit Epiſcopum: ſed apparuit in morte Epiſcopi, quàm non fruſtra eſſet minatus. Nam in ipſa hora mortis Epiſcopi expirauit.*

XVIII. Burchardus Epiſcopus Halberſtadenſis
Sal. an. 1060. iniquam diù fouerat litem cum Meginhero Abbate Herueldenſi ſuper Saxoniæ decimis, quas Epiſcopus ſibi vindicatum manu magis, quàm iure ibat. Neque ſpes, aut ratio erat aduerſario reſiſtendi: cum Abbas
Scafnaburgen. paucis ante mortem diebus, Comitem Palatinum Fridericum ad ſe vocat, & extrema hæc mandata ferre Antiſtiti rogat: *Si quidem lite imparem, lege meliorem cedere: atque etiam vita cedere: ſed Deum iudicem futurum, ad quem appellaret. Pararent igitur ſe ambo vt cauſam in Tribunali dicerent, vbi gratia, & potentia ſpretis, ſola iuſtitia poſſet.* Neque diù poſt, Abbas obijt, ſtatimque Antiſtes cum equum conſcendere vellet, veluti fulmine ictus, concidit, deſijtq; in vocibus *ſe abripi ad Diuinum Tribunal, ibi iudicandum.*

Sub Friderico Enobarbo criminatus apud XIX.
Pontificẽ pius Henricus Archiep. Mogunt. Sal. an 1105.
tanquã ineptus ad Eccleſiæ gubernationem; Romã miſit Arnoldum familiarẽ ſuum, quẽ recens propter ingenij dotes in Præpoſiti, & Conrad. in Hiſt. Mogũt.
camerarij dignitatem extulerat, quemq; ſibi propter beneficia omniũ maximè fidũ futurum eſſe credebat. Arnoldus Romã veniens, Cardinales quanta potuit pecunia corrũpit; benefactorem ſuum terris cõſpergit criminibus, impetrãs vt ſibi Archiepiſcopatus detur. Eo ventum, vt Cardinales duo Moguntiã miſſi, Henricũ damnarint, Arnoldo ſubrogato. Henricus patiẽter id ferens hactenus queſtus eſt, vt diceret: *Iniuſtè iudicaſtis; appello ad IESVM Chriſtum æquiſſimum iudicẽ; ibi me reſpõſurũ exhibebo; venite.* Cardinales ioco eludentes, *cum præceſſeris, nos ſequemur.* Et ſequuti; nam ille poſt annum ferè, & dimidiũ fato conceſſit: & rumore ad aures Cardinalium delato, iterùm illudentes, *ecce præceſſit* (inquiunt) *nos ſequemur. Sequuntur verè, nam vno die* vterq; ſubitò obierunt. Monaſterium XX. Sal. an. 1253.
D. Iacobi apud Leodium notum eſt. *Illuc cũ quidam conſobrinus maioris Præpoſiti cauſa religionis intrauit. Præpoſitus indignè tulit: mox forti manu collecta ſatellitum, cœnobium violenter intrat, iuuenem rapit, ſancto habitu exuit. Abbas ex aduerſo collectis primoribus Ciuitatis, Epiſcopum conqueritur, & totum Clerum pro iniuria interpellit. Indignanter Abbatem audiebat Epiſcopus, & Præpoſiti gratia iuſtè accuſantem aſperrimè rependit.* Thom. Cantipr. in Libro Apum,
Tũc Abbas flexis genibus humiliter replicauit. *Iudicem contra te (ò Præpoſite) in terra habere non poſſum, & ideo contra te, Deum ſummum iudicẽ interpello, vt intra quadraginta dies, vterq; noſtrum compareat coram illo, ſententiam prò meritis accepturus.* Præſul verò cachinnãs hominem, ſpreuit. Quid plura? quadrageſimo die circa nonã mortuus eſt Abbas: & cum prò eo ſolemniter pulſarẽtur cãpanæ; ſedens in balneo Præpoſitus à circumſtantibus quæſiuit,

quid

Anno Sal. 973. quid hoc eſſet? reſponſum. Abbatẽ D. Iacobi mortuũ eſſe. Tunc Prępoſitus recordatus diẽ quadrageſimum, quo ſe citatum audierat ab Abbate, cõſternatus dixit: *videte quid faciã? comparère me hodie ſummi iudicis aſpectibus oportebit.* Nec mora, in aſtãtium manibus cũ diro eiulatu, expirauit: ibi reſpondère compulſus, vbi cauſarum ſtrepitus ceſſant, vbi nec preces, nec pretium liberabunt.

Sal. an. 1300. Ioann. Paulo. XXI. Rudolpho Duce Auſtriæ damnante auratum equitem, vt ſacco incluſus mergeretur. Eques priùs Duce conſpecto, exclamauit: *Dux Rudolphe, ad tremendum Dei Tribunal intra annum te voco.* Ille irridens reſpondit: *Benè praito: ego tum adero.* Exacto tempore incidens in febrim, appellationis recordatus, ſeruis dicit. *Tempus mortis meæ inſtat, ad iudicium eundum, & ſtatim obijt.*

Fulgoſ. l. 1. c. 6. Sal. an. 1312. XXII. Ferdinandus Hiſpaniarum Rex bello, paceq; peritus, ſed in iudicando præceps duos fratres Carauaialij Petrum, & Ioannem homicidas ſuſpectos Benauidij primarij inter nobiles, non probationibus victos, neque criminis confeſſione, ex alta rupe dedit præcipites, licet clamantes, *Innocentes ſe mori.* Vndè cum nihil proficerent, ad ſummum iudicem prouocarunt, Regi diem dicentes, *ab iſto qui (ſibi vltimus eſſet) trigeſimum.* Quid inde? Rex animi ſecurus, cum Alcandetem abijſſet in caſtra cõtra Mauros: ibi ſtatim morbo tentatus, ſed leui, Giennium ſe contulit; & VII. Id. Septẽb. ipſo trigeſimo à ſupplicio die, in lecto exanimatus repertus eſt, in ipſo ætatis flore, annos natus XXIV. menſes IX. Quis neget diuinũ, aut geniale aliquid hic interueniſſe, ſupremo Numine conſciſcente? I. Lipſ. cap. 2. in exemp. *Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere Diuos.*

Sal. an. 1313. XXIII. Gualterius Burgẽſis, miniſter Turonię, cũ inuitus Pręſul Pictauiẽſis crearetur, iura Eccleſiæ ſuæ exigere debuit aduersùs Præſulẽ Burdegalensẽ: qui paulò poſt, Põtifex creatus Volater. lib. 21. Anth. nomine Clementis V. aduerſariũ ſuum præſulatu deiecit. Gualterius cũ hãc iniuriã ęquo animo tuliſſet, moriens ſuper ſarcophagum inſcribi iuſſit: *ad iuſtum Dei iudiciũ appello.*

Sal. an. 1313. vel 14. Fulgoſ. c. 6. lib. 1. Damnatis templarijs, cum quidam, Neapolitanus traheretur cremãdus apud Vaſcones in Burdegala, conſpectis in feneſtra Pontifice, ac Rege, magna voce prorupit; *Sæuiſſime Clemẽs tyrãne, poſtcaquàm mihi inter mortales nullus iam ſupereſt, ad quem appellem pro graui morte, qua me per iniuriam afficis, ad iuſtum iudicem Chriſtum appello ante cuius Tribunal te voco, vnà cum Philippo Rege tanti mali ſuaſore, vt intra annum, & diem appareatis, vbi cauſam exponam, & ius ſine prauo affectu miniſtrabitur.* Mirum dictu intra præfinitũ tempus repentè moritur Clemens, nec multò poſt Philippus interijt. Hoc alij ex calculo tẽporis conantur refellere. Sed vnà cum *Fulgoſio* ſentiunt *Chriſtianus Maſſæus, Meierus, del Rio*; qui Papam, & Regem eodem Anno 1314. tradunt obijſſe: illum 20. April. hunc 29. Nouemb. Fuerunt quidem Templarij (vt notat *del Rio* anno 1312. in Concil. Viennẽſi, 3. April. condemnati: ſed non omnes eodẽ anno comprehenſi, & occiſi: ſed quidam ſequenti, vt Neapolitanus ille; ſcilicet Anno 1313. cumque currente Anno 1314. mortui ſint iudices, meritò obijſſe dicuntur intra appellationis annum. Imo *Gaguinus*, & *Aemilius* mortuum volunt Regem Anno 1313. quem conſtat Pontifici ſuperuixiſſe.

Magiſter Theutonicorum ordinis per indignationem ſuſpendio, prætenſo falſo crimine, ſciens, prudenſque quendam peremerat. Innocens cum ad ſupplicium duceretur, ad Chriſti Tribunal magiſtrum citat, ad tertiam decimam diem: adueniente die, Magiſter prorſus incolumis ſuo ore, coram non paucis fatetur, oportere ſe ſiſti coram Deo. Mirum, ea die occumbit. Id accidiſſe in Liuonia circa Annum Sal. 1407. tradit Krantzius Vandal. lib. 11. XXIV. Manli colloq. 4. circa finem. Sal. an. 1407.

Cum Ianuenſium triremes aduersùs piratas inſtructæ biremem Catelanam cepiſſent extra Drepanum vrbem in Catelanorum contemptum, Ianuenſes Rectorem Catelanum noctu ſuſpenderunt furcis. Cũque miſer iniquè pati quereretur, cum nunquam eos violaſſet, videns fruſtrà clamare, prò iniuria ad Deum appellauit, citato Ianuenſium patrono, penès quem grauior videbatur culpa, vt intra ſextum menſem coràm Deo cõpareret. Et intra hoc tẽpus citatus obijt. Sal. an. 1490. Fulgoſ. XXV. Initio poſteà Belgici tumultus Carpenſem arcem cum Belius Traiectenſis Cõſulis filius occupaſſet, Brohemium arcis præfectum pro Rege Catholico vnà cum præſidiarijs ſtrangulari iuſſit. Clamat Brohe- Sal. an. 1579. Gerard. Giresberck cap. 28. XXVI.

Anno Sal. 974.

OTHO II. RVFFVS

PALLIDA MORS SARRACENORVM,

OCCIDENTIS IMPERATOR XIII.

Fucere mendax deſine fama
[a] OTHONEM
Impium Pium
Inuictum Victum
Iniuſtum Iuſtum
Dum falleris echo,
Et vitia certant virtutibus paria
Delphico retundam gladio,
Quòd verum dicere fama ſoleas.
Famam vindica fama,
Audi quæ referas.
[b] Tantæ proli impar Germania ſola
Italiam deſponſauit:
Concepit, ſed monſtrum virtutis.
Parturijt vita *Sarracenorum mortem*,
Quam *Ruffam* [c] dixère *pallidam*
Inſpicere formidantes quid eſſet?
OTHO fuit viua illa patris imago
Vt poſt OTHONEM Primum, Filius nulli eſſet Secundus.
Belli tirocinia [d] à Græcorum exorſus triumphis
[e] Sexennis ſexagenarij ſucceſſor,
Dedit minor iura maioribus.
Hanc petram erexerat Saxo
In quam Superùm, & Portæ Inferùm [f] præualerent.
Omnia cum didiciſſet ſub diſciplinâ paternâ
Præter vinci, Cœlum edocuit.
Sed vtrumque ſuperauit didaſcalum,
Cum de ſuo adiecit conſtantiam.
974. [g] *Iutha* raptorem filiæ ipſa vindicaſſet clementia;
Sed filiæ lacrymis ... rmatus, ne Germanis Sabinæ deeſſent
Cœlo humanior
Quod damnauit Princeps, donauit Pater.
Felicem patriam, ni patruelis turbaſſet infelix
Nomen ſilateat, vno pluribus ſatisfaciam cognomine,
HENRICVS RIXOSVS.
Agnominis vt Vaticinium implèret
Fore delegit aut CÆSAR, aut nihil.
Sed planus in plano, & deuius in recto
Pati ruina, & rapina dum ſaxa diruit, ruit.
Tres Epiſcopi ſacrantes nefas
Auguſtanus, Maguntinus, Magdeburgenſis
Credebantur ex Duce feciſſe Cæſarem;

Sed

IV. *Othonem II. alij pium, ob defenſionē Eccleſiæ; alij impiū quia dolosè Romanos trucidauerit in conuiuio.*

V. [b] *Natus ex Othone Magno Saxon. & Adhelaide Italiæ Regina.*

VI. [c] *Cognomēto Ruffus dicebatur Otho à colore. Pallida mors Sarracenorū ob eorum ſtragem.*

VII. [d] *Sub patris ſignis aduerſus Græcos bellauit, & vicit.*

VIII. [e] *Sex annorū erat, cum patri ſuccederet in imperio.*

IX. [f] *Quia à Sarracenis victus.*

X. [g] *Arma gerens in Vdalricum Bohemum Otho, raptorem filiæ ipſius Imperatoris, filia rogante parcit.*

XI. *In Othonem II. rebellat Henricus Dux Bauariæ, vt imperium raperet.*

Epiſcopi qui tum Henrico conſpirauerant in Othonē.

Anno Sal. 974.

Sed larua detracta, apparuit homine minor
Ambitioſus.
Quieſcite. Præſules,
Qui orbem potuit, ambitioſum creare non potuit.
Tamen ille ex nihilo omnia. vos ex nihilo nihil.
Scommate veſtra redarguam lemmata,
Literas Henrice armabis armis?
OTHO literis ornabit arma.
Si ibi ius, vbi vis? ibi vis, vbi ius

XII. *Danos, Boemos, Polonos fœdere iunctos cum Henrico Otho vincit.*

Dani reſonant Bohemi, Poloni,
Quos Bauarus iunxit, Otho vicit, & vinxit.
Vno in prælio tres legens triumphos, dicas;
Gentes illas velociùs vinci potuiſſe, quàm ſcribi.

XIII. *Henricus Rixoſus fugam capeſcit.*

Quò fugis Henrice? ſiſte, & cæde, ſi falſa cælo?
Famæ dromedarius de terra in Cœlum aufugiam.

XIV. *Aquiſgrani Othone degente ex improuiſo superueniens Lotharius Gallorum Rex, Othonem fugat, prandium Imperatori paratũ Rex comedit. Poſtam Aquilam in palatio Aquiſgranenſi reformat, vt non Germaniam, ſed Galliã reſpiceret.*

Quis inde cum Aquila congredi audebit? Gallus
Conuiuium, ſed ciuium in conuitium
Illa parauit, iſte vorauit:
Sed vt è Nilo canis,
Bis victor Lotharius, Lotharingiam victo cedit
Aquila ipſa manumiſſa;
Quam obtorto collo traxerat in obſequium.
Nouo tandèm Sarracenorum tonante claſſico,

XV. *In Italiam deſcendit, vincit. Beneuentum prope à Græcis vincitur.*

Quo Græcorum aſtu æſtuabat Italia,
Per Iſtriæ, Dalmatiæq; Lauros
Otho Beneuentum malè venit. 980.

XVI. *Prima vice Sarracenos, & Græcos vicit, deinde victus Italorũ ignauia, vel dolo, qui primi deſeruère ſigna.*

Ibi Italorum fuga correptus, 982.
Scapham ſcandens, ſcapum triumphi hoſtibus erigit.
Imperatorem oportet mori ſtantem:
Supple
Ni deceat viuere fugientem.

Capitur à piratis Otho.

Fallor; non fugijt, fugitauit OTHO,
Vt latiori campo Sarracenos fugaret.
Fortuna inuidit, & hoſtibus inuiſum
Latronibus tradidit, non traiecit
Poſtquàm demergere tentauit, nec potuit.
Leue ſupernatat pondus ſine Imperio Imperator.
Vincula iuſſus induere, aut vitam exuere,
Vernæ Dominus paruit.

XVII. *Beneficio linguæ Græcæ piratarum manus euadit: vel auri promiſſione illectis, cum ad aurum reſpicerent, interim ille fugit.*

Patriam mentitus, & patrem,
Abiectione maieſtatem ſeruauit.
Sic quæruntur, & vindicantur imperia
Auro illecti, vel ore decepti Graij piratæ,
Occiduum Orbem nolentes remeare in Orientem
Necem vili emerunt victoribus pretio.

XVIII. *Reparato exercitu de Sarracenis triumphat.*

Namque manumiſſus Cæſar
Priorem labem tanto barbarorum ſanguine eluit;
Vt diceretur *Pallida mors Sarracenorum.*
Mortis titulus diſplicuit Morti
Vnde lethali telo

Zelo

Anno Sal. 973

Zelotypa egit procum ad Orcum.
Senſit Otho, hanc vt placaret conuiuio excipiens
Perduellium Romanorum ſanguinem propinauit, *Perduelles Romanos doloſo exceptos conuiuio trucidat.* XIX.
Quos familiari dolo, vtante ipſi ipſum, peciuerat,
Sed tanto ſuauiùs, quod illi bello, iſte potu.
Horruit mors ipſa
Non proditorum mortem, ſed morem vindictæ:
Et fercula abhorrens ſuſpecta XX.
Indignata receſſit; Otho deceſſit.
Suo in teſtamento ne quis ſequeretur præteritum
Reliquit omnibus exemplar iuſtitiæ.
Serò cognitum luxit Roma
Quæ parricida non eſſet, ni patrem dixiſſet; *Patria patrem Othonem Roma ſalutauerat.*
Vaticanum excèpit cineres,
Et cum Petram Saxo deficiens in vmbra
Inter viuos, mortuus triumphauit.
Sacerdotium, & Imperium cum ſolo aſſocientur in tumulo
Imperatori ſed mortuo
Dum canit Sacerdos
Otho II. Imperator
Romanorum Sarracenorum
Pallida mors
Interpunge viator.

De Othone II. Antiqua Micylli Carmina.

Par animis patri, Gallorum hic vindicat artes,
Et ferit vltrices cum patruele manus.
Sed dum reliquias Graiorum expugnat ab hoſte
Auxilio lingua, atquè ære redemptus abit.

De Eodem.

Alter Otho in Calabris accepta clade, redemptus
A Siculis, Romamq; inde reductus obit.

CATENA HISTORICA
CAPVT SECVNDVM.

1 *Othonis II. parentes. 2. Quando natus. 3. Pallida mors Sarracenorum dictus. Ruffus. 109. Sanguinarius. 8. An Concubinam habuerit. 48. Leges Magdeburgenſes quo anno ediderit. 56. Cœnobium Menslebianum ædificat. 57. reliquias S. Stephani ex Italia traducit. 58. Heraldum Regem Danorum tributarium facit. 59. Cimbris dat pacem. 60. Henricum Bauarum ducatu priuat. 61. Othonem patruelem Saxonem Bauaria donat. 62. Poloniam, Bohemiam inuadit. 63. Henricos capit. 64. in Poloniam peregrinatur adoratum reliquias S. Adalberti.*

4 *Theophania vxor Othonis II. quorum filia. 5. Effigies. 101. Exultat de Græcorum victoria, Marito exoſa. 119. Mortem marito accellerat.*

6 *Othonis II. filij ex Theophania.*

9 *Italorum perfidia. 94.*

10 *Progenies Adalberti, & Berengarij Regum Italorum. 30.*

10 *Platonum familia ex Regibus Longobardis. 29. Quo gradu iuncta. Cur ſic dicta. 34. Eius iuriſdictio.*

11 *Adalberti Regis Italorum vxor* Gerſinda, *ſiue* Gerberga. 13. *Eius filij Otho, & Atho. 15. Gerberga nubit Henrico Duci Burgundiæ.*

12 *Hugo Viennenſis, cognomento Niger.*

14 *Otho Gulielmus Adalberti filius. 16. Dux eligitur Burgundiæ. 19. Ermentrudem ducit. 21. Cognomento peregrinus. 20. Epitaph. eius. 22. A Monaco rapitur, & matri datur. 23. effigies; Poſteritas regalis.*

14 *Angleriæ Comites vnde venerint. 24.*

17 *Gerſenoes prima vxor Henrici Burgundi.*

18 *Henricus Dux Burgundiæ an filios procreauerit. Fuit Frater Hugonis Capeti.*

24 *Atho, an Adalberti Regis filius. 28.*

25 *Mediolanenſes Comites quoto gradu iuncti cum Rege Adalberto. 28. 30.*

27 *Dodo filius Adalberti Regis Effigies. 28. Arduini Regis pater.*

29 *Io: Plato Exarchus Imperial.*

31 *Luitprandus, ſiue Elitprandus Facij Filius.*

31 *Giſla Luitprandi mater, vxor Facij.*

32. *& 36. Facius, ſeu Bonifacius filius Opizonis. 33. Duas Vxores habuit, Dorellam, & Giſlam. 41.*

34 *Plato de Platis filius Facij, & Dorellæ.*

36 *Vualdrada Facij ſoror.*

37 *Adhelaida Abbatiſſa.*

38 *Opizzo, vel Amizzo Fulconis filius Effigies 41. Filij.*

39 *Mitilda filia Luitolphi, vxor Opizzonis.*

40 *Idda Luitolphi filia.*

42 *Clerici quando vſurparint munia politica.*

43 *Reginerus, & Lambertus ab Othone II. victi 71. Caſtra Othonis II. aggreditur.*

44 *Iutha Othonis II. filia rapta à Boſetislao patrem raptori conciliat. 7. eius mater.*

45 *Boſetislai effigies.*

46 *Henricus Bauarus rebellis in Othonem. 47. Relegatur. 60. Ducatu priuatur. Effigies. Capitur. 3. Moritur.*

49 *Quando ex pluribus promiſſoribus vnus teneatur in ſolidum.*

50 *Si vni creditorum ſatisfiat, an omnibus dicatur ſatisfactum.*

52 *Fideiuſſor quomodo liberetur. 55.*

53 *Vſurpator communitatis, qua pœna puniendus.*

53 *Aduocati Eccleſiarum ad quid teneantur.*

54 *Eccleſiæ imperiales non ſubiectæ laicorum iudicio.*

63 *Bathauia Otho potitur. 65. Bolislaum Polonum Regem facit, eiq; clauū Chriſti donat, & Reliquias B. Mauritij. 66. Vvandalos vincit. 67. Tributum Lombardis an impoſuerit. 68. Fugatur à Lothario Gallorum Rege. 70. Lotharium fugat, Pariſiorum populatur ſuburbia. 73. Reconciliatur cum Lothario. 79. Corripitur ab Othone Luitulphi filio ob mortem Geronis. 84. Dalmatiam inuadit. 85. cum Venetis fœdus renouat.*

86. *Ve-*

Sal. Anno 974.

86. Veronæ comitia habet. 92. Tarentum occupat. 93. Eius diploma datum Monaſt. S. Vincentij. 94. Ab Italis proditur. 95. à Græcis vincitur. 96. Fugiens capitur à piratis. 97. & 100. Natando fugit. 99. Piratas decipit. 103. Veronæ conuentum habet. 105. Henrico Bauaro indulget. 107. Diruit Beneuentum; Oſſa S. Bartholomei transfert. 108. S. Petro vota perſoluit. 109. In conuiuio trucidat perduelles. 110. Sarracenos vincit. 112. à Caloprinis incitatus in Venetos molitur. 117. Bona teſtamento relinquit Eccleſiæ, matri &c. 119. Mortis eius cauſa. 120. Veneno ſublatus. 121. Romæ tumulatur. 122. Epitaphium. 123. Symbol.

68 *Lotharius Gallorum Rex fugat Othonem II. 69. prandium Othonis comedit. Aquilam pictam reformari mandat.*

72 *S. Vuolfangus prò Othone II. feliciter pugnat.*

74 *Bruno Comes moritur.*

75 *Othelricus Auguſtanus Epiſcop.*

76 *Henricus Epiſc. Auguſtan.*

77 *Geronis duellum cum Vualdone. 78. Decollatur. 82. Cadauer eius poſt tres annos integrum.*

80 *Luidulphus Corbeienſis mortem Geronis prædicit.*

81 *Monaſterium Cleſſeuenſe erectum à Tecta, & Athela.*

83 *Græci, & Sarraceni Italiam inuadunt.*

84 *Adelbertus Epiſc. Pragenſis.*

87 *Cauſa dubia duello decidenda.*

88 *Senex, pueri, infirmi, domini, Vidua, Eccleſia ad duellum prouocati poſſunt ſubſtituere.*

89 *Lanfrancus Branciſortius Caſtro vico Iuſtino donatur.*

90 *Tedaldus Mantuæ Marchio. Effigies.*

91 *Otho Saxo claſſe Sarracenos aggreditur. 60. Bauaria donatur. Effigies. 104. Tutor Othonis III. 106. Vicarius Othon. II.*

98 *Probus Caſius Epiſcop. Othonem II. à piratis vindicat.*

102 *Landulphus confirmatur in Capuano principatu.*

113 *Caloprinorum ædes à Venetis dirutæ. 114. Caloprini in patriā remiſſi. 116. A Mauroccenis trucidantur.*

115 *Tribunus Memus Venetorum Dux. Effigies. 116. Clauſtrum ingreditur.*

118 *Mectildis ſoror Othonis II. Abbatiſſa.*

ORTVS OTHONIS III.

I. OTho II. Patre naſcitur Othone, qui fuit cognomento Magnus. Auo Henrico Aucupe.

Matre naſcitur Adheleida Lotharij Regis Italorum Vidua, quam ſibi poſt obitum primæ coniugis Edithæ Anglæ Otho Magnus deſponſauerat. Anno naſcitur Sal. DCCCCLV. Nominis vaticinium in eo impletur; nam vti Patri in Imperio ſucceſſit, ita & virtutum fuit æmulator; Vnde Sabinus

II. *Othonis nominis vaticinium.*

Non fuit inferior Primo *virtute* Secundus.
Multa domi geſſit prælia, multa foris.

Othonis II. cognomina.

Dictus eſt cognomine *Ruffus* à crinibus, & colore, II. *Pallida mors Sarracenorum*, quia penè ad internecionem Sarracenos deleuit. III. *Sanguinarius*, quia nobiles Romanos conuiuio exceptos doloſè trucidauit, vt ſeditioſos tolleret. *Siffridus.*

III. *Siffrid.*

VXORES.

THeophaniam habuit Græcorum Imperatorum germen, quam Pater ipſi per Legatos à Nicephoro petiuit. Sed doloſè agente Danao, crudele ortum eſt bellum inter Othonem Magnum, & Nicephorum. Occiſo poſtea Nicephoro à Græcis, ſucceſſor eius Ioannes Zimiſces Theophaniam tradidit, addita dote, quidquid Græci in Italia tenerent. IV. V.

Cuius autē filia Theophania fuerit? haud clarè conſtat. Petitam fuiſſe Nicephori priuignam filiam Theophaniæ Imperatricis, ex Romano Græcorum Imperatore, Luitprandus in ſua Legatione affirmat. Quo autem nomine vocaretur, non aperit. Virginē miſiſſe teneræ adhuc ætatis, Vvitikind. ſcribit. *Conſtitutus autem Rex*, loquitur de Zimiſce *continuò captiuos abſoluit:* puellam *cum ma-*

Anno Sal. 973. *gno exercitu, & claris muneribus ad Imperatorem destinauit.* Puella dicitur: igitur virgo vix pubertatem egreſſa. Eadem verò fuerit, quæ petita? Ditmarus negat: *Qui mox magnificis muneribus, comitatuq; egregio non Virginem deſideratam, ſed Neptem ſuam Theophaniam vocatam, Imperatori noſtro trāſmare mittens, ſuos abſoluit.* Hac forſan de cauſa *fuere nonnulli, qui hanc fieri coniunctionem apud Imperatorem impedire ſtuderent, eandemque remitti conſulerent. Quos idem non audiuit, ſed eandem tunc dedit filio ſuomet in Vxorem, arridentibus cunctis Italiæ, Germaniaq; primatibus.*

V. lib. 2.





Narrant quoque Hiſtorici, Othoni aliam fuiſſe coniugem ex Familia Marchionum Auſtriæ; quæ verò illa fuerit, quibuſve orta parentibus? ignoratur.

Filij OTHONIS II. RVFFI.

VI. Ex Theophania Græca, & Othone II. duo maſculi leguntur procreati *Otho III.* Impeartor, & *Hugo*, quem alij *Vlricum* nominant Marchionem Saxoniæ: & tres Fœminæ

Aloyſia, Eudoxia, Theophania, vt ſcribit *Octauius de Strada*. Quinque verò procreaſſe fœmellas vult *Chriſtianus Matthias*.

Narrant etiam Hiſtorici aliam Othoni fuiſſe coniugem ex familia Marchionum Auſtriæ, cuius nomen, cuiuſque parentes, ignorantur. Tribuuntur Othoni ex ea natæ *Vithaides* Vxor Theodorici primi Comitis Hollandiæ, *Sophia* Abbatiſſa in Gunderſhaim, *Adheleida* Abbatiſſa in Quintelburg, *Iuditha* trium Regum coniux; primò Boleſlai Bohemiæ, deindè Meſconis Poloniæ, poſtremo Hungariæ Regis. Omnia tamen nutant in incerto. Hanc *Iuditham*, ſeù *Iutham* ex Theophania Krantzius vult procreatam VII.

Saxon. 4. cap. 8.

.... Concubinam etiam Othoni II. fuiſſe, ſcribit *Octauius de Strada*, ex qua ei nati ſunt *Fridericus*, & *Vdalricus*.

NVPTIÆ

Anno Sal. 973

NVPTIÆ GERSINDÆ VIDVÆ, ADALBERTI REGIS,

Cum HENRICO Duce BVRGVNDIÆ, de eorumq; poſteris.

IX. Berengarij, & Deſiderij progeniem prę-
terire non licet, quæ anguium ſopita
more, non extincta, externo calore vireſcit.
Italorũ perfidia. Infida Italia patrios euocauit Reges, vt per-
deret. Poſtquam perdidit, Deſiderios deſi-
derauit. O Imperatorum ſpecies, ſed in-
digna imperare. Æquum erat aliena in im-
peria tuos traducere Reges, nè regalis inno-
centia, tuæ amplius ſubiaceret perfidiæ; &
libertatis dulcedinem, ac imperij maieſta-
tem dignoſceres, pondere ſeruitutis. Saxo-
nibus obruti Berengarius, & Adelbertus
Reges, tumulantur Bambergæ. Eorum pro-
genies, viuis parentibus, prò nihilo ducta,
ac ignota chronographis, poſt eorum obi-
tum, quàm glorioſa prodierit, & ſine Re-
X. gno procreauit Reges Hiſpanorũ, Francorũ,
Luſitanorum, Cæſares, Duces Burgundiones,
Duces Mediolanenſes, Comites Anglerię, ho-
diè *Plati* dictos, qui ex vno ſtipite omnes,
nuptiarum poſtea iteratis vinculis, iunxère
latera, infra videbimus.

Adalberto itaq; filio cum Berengarius
Rex Italiæ nuptias Adheleidæ conciliare,
minimè potuiſſet; deſpondit ei *Gerbergam,*
XI. ſiue *Gerſindam* filiam Hugonis Comitis *Di-
gionenſis*. Huius ſtipitis fuiſſe Gerſindam,
Cap.21. in Hiſt. Com. Pictauienſiũ. ſiue Gerbergam, tradit *Ioannes Beslius*, cuius
verba ex Gallico traducta idiomate ſonant:
*Berengarius II. mortuus Bambergæ Ann. 966.
pater fuit Adalberti, ſeu Alberti Hetruriæ Du-
cis, Italorum Regis. Huic nupſit Gerſinda
Comitiſſa Digionenſis, filia Hugonis Viennen-
ſis; ex quibus natus eſt Otho, cognomento Gu-
lielmus.* Quanta huic hiſtorico fides, accu-
ratiores perpendant; vt in ſimilibus, in qui-
bus hiſtoria deficit contemporanea. Hunc
XII. Hugonem Viennenſem illum eſſe, quem
Andreas dù Cheſne in Chronico Frodoardi
ſub Anno DCCCCXL. vocat Hugonem
Nigrum, vult *Theſaurus in vita Othonis
Gulielmi Annotat.* 483. Sed vndè habeat,
affirmare, nec ſubſcribere audeo. Citra
dubium tamen eſt, ex nobiliſſimis nu-
ptijs Adalberti Italorum Regis, eiuſque
coniugis Gerſindæ, vel alia ſit, regalem fuiſ-
ſe procreatam ſobolem, quæ adhuc longo
protracta ſemine, totum ferè orbem chri-
ſtianum dominatur. *Ex Adalberto autem*
(ſcribit Triſtanus Calcus) *progeniti liberi,*
atque nepotes, mediocres opes in Liguribus Cir- *Lib.6. Hiſtor. Mediolan.*
*cumpadanis ſortiti; vt aliquo titulo claritudi-
nem ſuam oſtenderent, à nomine Aui Beren-
garios ſe nuncuparunt.* Sed vnde ſupradicta XIII.
habuerit Calcus, cum lateat; verius dicas;
ex Gerſinda duos tuliſſe maſculos *Othonem
Gulielmum*, à quo Duces Burgundiæ, & Hi- XIV.
ſpaniarum Reges: & *Athonem, ſeù Opizonem,*
à quo Comites Angleriæ, cognomento *Pla-
ti*; & Duces Mediolani.

Pro Othone Gulielmo fauet Glaber Au- *lib.3.c.2*
ctor contemporaneus, cuius verba, *Vuilel-
mus Henrici Ducis priuignus* (mortuo enim
Adalberto, nupſit iterum Gerſinda Henrico
Burgundiæ Duci) *ac Alberti Ducis Longobar-* XV.
dorum filius. Dux vocatur Albertus, non
Rex; quid enim Rex ſine Regno? *Berenga-
rius* (ait Gollutius) *pater fuit Adalberti Lom-*
bardiæ Ducis; qui bonis paternis, & libertate *Hiſtor. Burgũd. lib 5 c.2 p.291.*
*ſpoliatus, reliquit filium Othonem Gulielmum,
qui fuit noſter Comes.* Eadem repetit Ioann.
Beslius. *Berengarius II. mortuus Bambergæ* *Hiſtor. Comitũ Piſtau. cap.21. p.74.*
*Anno 966. pater fuit Adalberti, ſeù Alberti
Ducis Hetruriæ, Italiæ Regis. Iſte Adalber-
tus deſponſauit Gerſindam Digionis Comitiſ-
ſam; filiam Hugonis Viennenſis; ex quibus
natus eſt Otho Gulielmus.* Concordat dona-
tionis diploma factæ ab Henrico Imperato-
re Anno Sal. 1014. Abbati Fruttuarienſi, qui
hodiè dicitur S. Benigni Iuræam propè; vbi
*Otho Gulielmus Comes Burgundiæ, filius Adal-
berti Regis Italiæ*, dicitur. Conſonat alia
donatio eiuſdem Othonis Gulielmi, eidem
loco facta Anno 1019. vbi *Comes Burgun-
diæ, & filius Regis Adalberti* nominatur.
Hæc omnia aſſeruantur in Archiuio eiuſ-
dem Abbatiæ, teſte *Theſauro*.

Quomodo verò vitrici Ducatum occu- *In Othone Gulielm. Annot. 479.*
pauerit priuignus, iam ſupra diximus ex
Glabro, Gollutio, & Beslio, Gerſindam mor-
tuo Adalberto, nupſiſſe Henrico Duci Bur- XVI.
gundiæ, qui cum ex prima coniuge *Gerſe-
nae* nullam procreaſſet ſobolem, præter na-
turalem filium, quem ex concubina ſuſce- XVII.
perat,

Anno Sal. 973.

perat, viduam duxit Adalberti, ex qua cum filios pariter habere non poſſet, Hugonem priuignum adoptauit, hæredem fecit. *Beſlius* vnde legitur in *Chronico S. Benigni, Digionis, apud Ruuerium Pag. 564. in Hiſtoria illius Monaſteri*. Quod idem Otho multa prædia donauerit Monaſterio Reomahenſi *prò anima Henrici Ducis, qui eum loco filij adoptauit*. Erat iſte Henricus frater Hugonis

Beſlius cap. 21. p. 74. hiſtor. Comit. Pictau. Gallut. lib. 5. p. 343.

XVIII. Capeti Francorum Regis. Hanc adoptionem vt ſecurius firmaret Henricus, Hugoni priuigno ſuo Ermentrudem filiam, Alberadæ filiæ Ludouici Vltramarini, ſororis Re-

XIX. gis Lotharij III. & Caroli Ducis Lotharingiæ deſponſauit; vt notat *Theſaurus*.

Annot. 488. in Othone Guliel.

Duo nomina ſortitus eſt Otho *Gulielmi*, ſeù *Vvilhelmi*, & *Othonis*; Vt legitur ex eius

XX. Epitaphio, apud *Paradinum*

Annal. Burgon. lib. 2. p. 151.

Nobiliter natus Gulielmus, & Otho vocatus,
Pauſat in hac foſſa, cuius lapis hic tegit oſſa,
Qui Ducis, & Comitis gemino ditatus honore
Artifices ſcelerum pacis reprimebat amore.

Dictus eſt cognomento *Peregrinus, quia ex Italia natalia traheret*, dixit Beslius; Inde à XXI.
Glabro *aduena puer* dicitur; & in Catalogo Ducum Burgundiæ, *Gulielmus*, cognomento dicitur *aduena*, vel *Peregrinus*. Iure Peregrinus, qui ab aula in ſacri paſtoris caulam, exinde à caula peregrinatus in aulam, regnum inuenit inter aduenas, quod inter cognatos amiſerat. Relegato enim Adalberto patre, detruſus in clauſtrum teneriimæ licèt ætatis, non diù ibi quieuit, quod *puer etiam* (inquit Glaber) *furtim ſublatus à Longobardorum patria: matrique, non mediocriter aſtutè, per quendam Monachum redditus in Burgundia*. Ibi cum orbo patri ſe filium obtuliſſet, patriam aduena inuènit in terra aliena. Egreſſus de cognatione ſua, multiplicauit ſemen ſuum ſicut aſtra Cœli, & arenam maris, hanc dinumerare quis valet? XXII.

Hiſtor. Comit. Pictau. cap. 21.

Lib. 3. c. 2. p. 25.



XXIII. Ab eo dices Rinaldum Burgundiæ Comitem, Patrem Gulielmi II. Comitis Burgundiæ, qui fuit pater Raimundi, cui nupſit Vracha Regina Caſtiliæ, ex quorum nuptijs ortus eſt Alphonſus VII. Rex Caſtiliæ, vnde Hiſpaniarum Reges, qui vſque in hodiernum diem, *Albicio* teſte, cæteriſque chronologis.

Alter

Sal. Anno 973.

Alter Adalberti filius fuit *Atho*, qui genuit
XXIV. *Opizzonem*. Opizzo genuit *Facium*. Facius verò genuit *Heliprandum* Angleriæ Comitem, & Mediolani Principem, vt ſcribit Iacob Philippus Bergomenſis.

In Chrō. ſupplem. lib. 12. ſal. An. 1022.

Vicecomitum Angleriæ Genealogia.

Heliprandus, itaq; prædictus Angleriæ Comes, Mediolaniq; Princeps (vt diximus) Facium habuit patrem Angleriæ Comarchum. Cui Facio (ſicut quædam Mediolanenſium teſtantur Hiſtoriæ) pater fuit Opizzo, vir bellicæ artis peritiſſimus, qui ſub Othone I. feliciter militauit. Opizzoni autem pater fuit Atho, totius Italiæ generalis Imperator, hinc pater Adibertus, qui fuit Berengarij. Ab iſto Heliprando Mediolanenſes deſcendere Comites non dubito, licèt eius Genealogia ſupradicta, in ſeipſa
XXV. concidat. Quomodo enim Opizzo ſub Othone I. bellare potuiſſet, ſi Adalberto Italorum Regi in quarto conſanguinitatis gradu fuiſſet coniunctus? Otho Magnus captiuum duxit Adalbertum, cuius filius Atho in canabulis erat, cùm in vinculis detineretur pater: vnde Opizzo natus non erat.

Pelagum difficultatis in hiſce Genealogijs XXVI.
declinare cogor, cũ Mediolanenſium Comitum meum non ſit inueſtigare primordia. Veruntamen, cũ Ardoinus Longobardorum vltimus Rex ſuperſit adhuc, qui in Henrico Sancto noſtros illuſtret Annales, eius Genealogia, conſanguineorum etiam in ſe reuocat, & cognitionem trahit. Nonnulla publica inſtrumenta, & donationis antiqua diplomata à Mediolanenſi Senatu recognita, & approbata, cum ad manus peruenerint (ex quibus Hiſtoricorum patet diſſonantia) vrgent, vt Chroniſtarum antinomià prætermiſſa, exponantur; vt inde antiquitatis amator diſcernat, an inter fabulas ſupputandæ veniant Genealogiæ vſque adhuc exaratæ.


Berengario Secundo, vel huius nominis XXVII
Tertio, filium fuiſſe Dodonem Adalberti




Regis fratrem prò certo habeo; qui neglecta Imperij cura, vel armorum timore, vel pacis amore, vel diſſimulatione potentium, vt amicum hoſtem coluerit Othonem II.

Impe-

Sal. Anno 973. Imperatorem cognomento *Sanguinarium*, & ab eo procreatum filium *Arduinum* vltimum Italorum Regem, vnà cum Theſauro ſentio. Cuius typus Genealogicus. XXVIII



Typus iſte in *Attone*, quẽ filiũ Regis Adalberti dicit Theſaurus, ſuperabundat. Propterea ab omnibus illis hiſtoricis recedere teneor, qui Mediol. Com. *Heliprandũ* in quarto conſanguinitatis gradu recto, cum Rege Adalberto faciunt, dicẽtes Heliprandũ fuiſſe filium Facij, qui fuerit Opizzonis, qui fuerit Attonis, qui fuerit Adalberti. Nam cum Heliprãdus ab eodem ſit genitus, à quo & *Plato* Angleriæ Comes, cognomento de *Platis* titulo hæreditatis acquiſitæ propter nuptias celebratas cum nobiliſſima fœmina hærede ſuperſtite *Ioannis Platonis*, pro Iuſtiniano Imperat. Rauennæ Exarcho ab An. Sal. 687. vſq; ad An. 702. (licet cum Anſcario, vel Fulcone celebratæ ſint nuptiæ, lateat) dicendum eſt, *Heliprandum* Com. Mediol. à quo cæteri Mediolan. Comites, eodem gradu recto, vel tranſuerſali cum Rege Adalberto iungi, quo iungitur *Facius Platus* Comes Angleriæ. Facium verò, ſeù Bonifacium à latere non in recto iungi Adalberto, ſequentẽ inſpice typũ. XXIX.



Ex hac Genealogia apparet non per Athonem Comites Mediolanenſes à Rege Adalberto deſcendere, ſed nouo conſanguinitatis tranſuerſo gradu coniungi. Pictam ſupereſt Genealogiam inſtrumentis M. S. comprobare. Heliprandum, ſiue Ruitprandum filium fuiſſe Facij conſtat ex donatione eiuſdem Ruitprandi, ac Giſlæ eius matris, coniugis ſecundæ Bonifacij, ſeu Facij, facta Eccleſiæ S. Mariæ Maioris Mediolani: Anno II. Imperij Conradi, vbi in principio hæc leguntur. *Nos in Dei N. Giſla filia bon. mem. Adalberti* XXXI.

qui

Sal. Anno 973.

qui fuit Comes, et Ruitprandus qui dicor V. Co-
mes de Mediolano filius item b. m. ipſius Boni-
facij C. mater & filius, atq; Beatrix filia q. At-
tonis Marchionis coniux ipſius, qui ſupra Ruit-
prandi Comitis, omnes ciues de Mediolano.
XXXII Facium verò fuiſſe filium *Opizzonis*, ſeù
Amizzonis patet ex ſupradicta donatione, in
qua *Gisla* Vxor Facij exequias celebrati im-
ponit *pro requie bonæ mem. Opizzonis Comitis,*
qui fuit Pater Bonifacij coniugis mei, qui ſupra
XXXIII. *Gisla*. Facius enim duas habuit vxores: I. fuit
Dorella filia Eraſmi Com. de Turre, vt legitur
Placentiæ ex Epitaphio in Eccleſia S. Sabini.
Comes Facius, coniux Dorella cũ filijs, et filiab.

Approbata fuit hæc carta Sal. Anno 1440.

Vt etiam patet ex inſtrumento diuiſionis
inter nepotes *Facij*, filios *Plati*, filij ipſius *Fa-*
cij, Rogato Sal. Anno 1022. in quo legitur
Antonio aſſignauerunt, et dederunt omnes poßeſ-
ſiones, quæ ſunt in Territorio Mediolani in Gla-
rea Abdue cum omnibus Terris, fictis, & iuri-
bus, tam Vaſſallatibus, quàm Feudis, & Hono-
rantijs, & alijs rebus, quæ ibi habent ex hæredi-
tate quondàm Dominæ Dorellæ genitricis, quon-
dàm Domini Plati, & filiæ, quondàm Domini
Araſmi de Turre, et Vxoris, quondàm Spectab.
militis, & recolendæ memoriæ Domini Faccini
XXXIV. *de Platis, Aui dictorum fratrum vbicunq; di-*
ctæ res ſint, & reperiantur, ſiue in Mediolano,
ſiue in Martexana, Baßana, Seprio, & Borga-
ria, ſiue in Glarea Abdua, & alibi vbicumque
ſint, & vllo tempore reperiantur.
Vnde cõſtat *Facio* duos fuiſſe filios, Ruit-
prandum ex Gisla ſecunda Vxore, & Platum
ex Dorella prima coniuge, ex quibus veniunt
Comites de Platis illuſtres, & regio natalium
XXXV. ſplendore, & imperij iuriſdictione; nam Pla-
to de Platis, Facij primogenitus, deſcendenti-
bus ſuis in infinitum reliquit Marchionatus
ſupremos Taurrexanæ, Vallis Tarij, ac Vallis
Ceni, & cætera; & licet à Sfortianis Medio-
lani Ducibus Anno Sal. 1470. fuerint expo-
liati, viget Mediolani adhuc familię ſplendor
in Comite Carpignani; & in Regno Neapo-
litano, in Hieronymo Maria Plato, Principe
Montis Leonis. Huc itaque Facium præteri-
re non licet, quia cognitis eius progenitori-
bus, firma erit Genealogia Ruitprandi, à quo
Mediolanenſes Comites.
XXXVI. Facium poſtea filium fuiſſe *Opizzonis*, vl-
tra ea, quæ habuimus in præfata donatione,

Approb. fuit An. 1664.

ſuffragatur aliud M. S. donationis factæ ab
eodem Facio Monaſterio S. M. Virg. Medio-
lani intus Vineam Sal. Ann. 959. vbi legitur
Ego Bonifacius Comes filius quondàm Amiz-
zonis Comitis, Comitiſquè Fulconis nepos, &
Hugonis Comitis abnepos, Illuſtriſq; Anſcarij
Marchionis atnepos, qui omnes ex natione no-
ſtra Regum Longobardorum, lege Longobar-
dica profeſſi ſumus, &c.
Conſonat Ruitprandi donatio ſupracita-
ta, quam ipſe Ruitprandus ſubſcribit. *Ego*
Ruitprandus, qui fui filius quondàm Bonifa-
cij, quondàm Amizzonis, quondàm Fulconis
Comitum à me factum ſubſcripſi.
Concordat reſcriptũ Berengarij, & Adal-
berti Regum, inſertum in ſupracitata dona-
tione per Facium factam, vbi Adalbertus
Vualdradam Monialẽ, cuius gratia donaue-
rat Facius, ſuam cõſanguineam vocat; *Vual-*
dradam conſanguineam noſtram, Facium (ve-
rò) *Comitem eius fratrem*, Vualdradæ ſcilicet;
laudans donationem factã de bonis, *quæ fue-*
runt quondàm recol. mem. D. Anſcarij Illuſtris
Marchionis Aui noſtri. Quapropter præfato
Bonifacio Comiti conſanguineo noſtro liberam
impartimur facultatem largiendi præfato Mo-
naſterio, quicquid voluerit de bonis ex diuiſione
ſequuta inter quondàm recol. memor. Illuſtres
Adalbertum Marchionem Patrem, & Auum
noſtrum, & Manfredum Comitem Fratres.
Concordat etiam Othonis Magni reſcri-
ptum exaratum poſt Berengarij, & Adalber-
ti Regum depoſitionem, in quo ad inſtan-
tiam Addonis Comitis patrui ipſius Facij
confirmat donationem factam Adhelaidæ XXXVII
Abbatiſſæ in Monaſterio Sanctæ Mariæ Ma-
ioris, affini eiuſdem Othonis Imperatoris
de bonis, quæ peruenerunt *in partem quon-*
dàm Illuſtri Viro Manfredo, ſeù Berengerio
Comiti Auo ſuo (Facij nempe,) *& ab eo per-*
uenerunt in bonam memoriam Hugonis Comi-
tis eius filij, & inde in Comitem Fulconem
eius nepotem exponentis, & Amizzonis Comi-
tis eius fratris patrem. Huius Opizzonis, vel XXXVIII.
Amizzonis præterijt memoria in vita
Othonis Magni, quam hic ſupplere inten-
dimus. *Fuit* enim *Opizzo vir bellicæ artis*
peritiſſimus, qui ſub Othone Primo feliciter
militauit. Et eiuſdem Othonis Imperatoris
neptem ex filio Luitulpho, *Mathildem* in-

Philipp. Bergom. in Cron. lib. 12. Anno 1012.

Sal. Anno 973.



XXXIX. vxorem meruit, vt patet ex donatione facta cuiuſdam Caſtelli in curte *Quinti*, iuxta fluuium *Lambri*, ab eadem Mithilde ſupradictæ Eccleſiæ S. M. Maioris: in qua legitur. *Ego in Dei Nomine Mithildis humilis Comitiſſa, filia quondàm b. m. Excelſi Ducis Adulphi, ſeu Litulphi, quæ è natione mea lege viuere deberem ripuaria; ſed pro Domino Opizzone q. Comite marito meo, lege Longobarda viuere videor.*

XL. Lib. 3. Fuit Luitulpho, & alia filia nomine Idda (quarum oblitus Vvitikindus, ſolum maſculum, nomine ſui patris Luitulphum nominauit) vt ex eadem donatione conſtat. *Quorum bonorum tertiam partem donaui, & tradidi Illuſtri puellæ D. Angelberghæ Nepti meæ ex quondàm D. Idda Sorore mea, Vxore Illuſtris Marchionis, qui ſupra Alberti Cognati mei.* Plures autem filios ex Opizzone con- XLI.
cepiſſe Mithildem, ex eadem donatione patet; *conſentientibus* (inquit Mithildis) *ingenuis fratribus Bonifacio, qui, & Facio, & Adulpho dicto Manfredo, ac Othone filijs meis.*

Hæc ſi vera ſunt, vt Mediolanenſis decreuit Senatus; quamplurimæ Hiſtoricorum corruunt Genealogiæ.

PRIMA OTHONIS EXPEDITIO IN REGINERVM, ET LAMBERTVM.

Annal. Boior. lib. 5. MAgni Othonis diuulgata morte, *vndique* (ita Auentinus) *vt fit, quando Reſpublica Principe, quaſi nauta nauis, orta tempeſtate orbatur, armorum procellæ ingruunt. Reginero Bergorum Hannoniæ Præfectus, cognomento Longi colli, à Brunone Archiepiſcopo Agrippinenſi Duce Lotharingiæ, ante quindecim Annos, quod pacem inturbaret, apud Vvalentianas captus fuerat, ad Venedoſq; relegatus exul obijt, bona eius confiſcata ſunt. Bruno iſte primus Epiſcoporum fretus fratris Auguſti* XLII.
auctoritate, Reipublicæ munia obire cæpit: ſtudium hactenus Epiſcopis fuerat ſacras docere literas. Regineronis filij Reginero, & Lam- XLIII.
bertus in Franciam Occidentalem confugiunt, ibique vſque ad mortem Othonis primi delitteſcunt. Vbi certiores facti ſunt de morte Auguſti, confiſi affinitate Caroli Ducis, fratris Lotharij Regis Galliarum, & Hugonis Dynaſtæ Pariſiorum in Orientalem Franciam redeunt,

pater-

Anno Sal. 974.
paternam pręfecturam recuperare connituntur.
Vvarnerum, Rasnoldum, & Reginonem, qui
ea loca tum adminiſtrabant, pugna ſuperant,
Buſchum Caſtellum in ripa Hanni amnis con-
ſtruunt, atque muniunt: incurſationes inde in
Lutharios (quos nunc Brabantinos vocant) fa-
ciunt. Imperator Otho II. ex Saxonia cum co-
pijs aduolat, caſtra Buſcho admouet, Caſtellum
obſidet, vi expugnat, incendit: vniuerſos quos
intus deprehendit, in vincula conijcit, captiuoſq;
in Saxoniam abducit Reginero, & Lambertus
ad Gados Veſtriacos, rurſum fugam capeßunt:
ille Gerbirgam filiam Caroli, alter Haduuidã
filiam Hugonis vxorem habebat. Hæc fuit pri-
ma Othonis expeditio, vt apud Ditmarum *Lib. 3.*
legimus. *Imperator prima expeditione Buſ-*
chuth Ciuitatem capit. Danos ſibi rebelles pe-
tens, ad Schleſuuigh properauit. Sunt qui
confundunt Danicam cum Bohemica expe-
ditione; & tamen in Danos, quia rebelles
Othonis illata arma Ditmarus ſcribit; in Bo-
hemos verò, quia eorum Princeps Vdalri- XLIV.
cus Othonis filiam rapuerat, teſtatur Kran-
tzius. Quomodò autem res ſe habuerit,
in ſequenti Krantzium ne prætereas.

RAPITVR IVTHA OTHONIS II. FILIA AB VDALRICO BOHEMIÆ DVCE.

OThonis iuuentus cum externi finis
crederetur Imperij, non tam Italis
ſpes noua fuit priſtinæ libertatis recuperan-
dæ, ſed ſecuritas barbaris noua molliendi.
Filiæ propterea Iuthæ nomine, quam ex
Theophania ſuſtulerat (cum Ratiſponæ in-
ter ſacras teneret educandam Virgines) amo-
re bacchatus Dux Bohemiæ Boſetislaus, co- XLV.



niugij gratia rapuit. Tantum facinus Bo-
ſetislai Vdalricus pater non improbauit; de
filiali potius audacia tumeſcens, nuptias cũ
rapta in Morauia celebrari iuſſit, tanto prę-
ſtantiorem æſtimans filium, quanto impe-
riali cohoneſtaretur coniugio. Otho *iniu-*
riam reputans atrociſſimam (ſcribit Kran- *Saxen. lib. 4. c. 19.*
tzius) *quod auderet vir barbarus in Imperato-*

Sal. Anno 974. *rem Romanum, hoc quod priuati in priuatum, ſine ſummo ſcelere non committerent, armauit ingentes copias, & ſequutus raptorem in Prouinciam eius, igne & ferro cuncta vaſtabat. Occurrerunt Bohemi vim prohibituri: caduntur miſerè. Ipſe Vdalricus ad interiora Prouinciæ perueniens, raptam orabat, vt ſe interponeret, patrem exorans vt Generum non degenerem dignaretur agnoſcere, non indecorum futurum Regno, modo prima piacula culpæ remittat. Puella ad patrem progreſſa exorabat, iram poneret, ſe, quando ita viſum Superis, Vdalrico permitteret vxorem. Venit ſub aſpectu dux ipſe, & genibus prouolutus, veniamq; precatus impetrauit.* Hanc autem Othonis ſecundam fuiſſe bellicam expeditionem ex Lib. 3. Ditmaro legimus: Poſtquàm enim Imperator *prima expeditione Buſchuth Ciuitatem caput, Danos ſibi rebelles petens, ad Schleſwigh properauit. Ibi etiam hoſtes ſuos foueam, quæ ad defenſionem patriæ parata eſt, & portam, quæ Vvieglesdor vocatur, armis præoccupare videns, conſilio Bernardi Ducis, & Aui meimet, Henrici Comitis, omnes has munitiones viriliter exuperat. In hoc itinere prima mali irriſionis in Clericos exclamatio attollitur, & à malis hominibus hodie ſeruatur. Admodum miſerabile eſt, cum aliquid boni à iuſtis inuentum in vſu ad modicum habetur, & ſtatim vt nimis deteſtabile à maxima multitudine repudiatur. Quod Deo autem diſplicet, & hominem ad promerendam reatus ſui pœnam protrahit, hoc diſcit, & ruminando firmat. Quamuis verò multi irriſiones non ſerò faciant, tamen ſine peccati macula has nullatenus peragunt.* Religio irriſa.

SEDITIO HENRICI BAVARI IN OTHONEM II.

XLVI. Defuncto Othone Magno, Henricus Dux Bauariæ patruelis Othonis II. fratris filio imperium inuidens, ac recepti immemor beneficij, *conſilio Bertholdi* (vt Annal. lib. 5. Auentinus ſcribit) *Principis Schirorum, & Præfecti Palatij Boiarici, amitini ſui, filij Arnulphi (qui Reginoburgenſi prælio perijt) item ſuaſu Hainrici Auguſtenſis Epiſcopi, Nepotis Arnulphi ex filia, conſobrini ſui res nouas molitur. Othoni Auguſto patrueli ſuo rebellat, regnum affectat: in partes ſuas trahit Hainricū Charinorum præſidem cognatum ſuum, regem denique ſe appellat, & ab Abrahamo Epiſcopo Fraxinenſi, Reginoburgij, in Templo D. Haimerani inungitur: nec quicquam D. Pilgrino Laureacenſi Archymiſta, Luitpoldo Auſtriaco, & Vdalrico ab Eberſperg refragantibus. Hainricus nouus Rex cum Bolislao Boiemorum, & MitzKone Polonorum regulis, cum Heraldo Cimbrorum Rege, huiuſce ciuilis belli Authore fœdus init. Otho Concilium procerum conuocat, Popponem Epiſcopum, Gebhardum magiſtrum equitum in Boiariam legat, qui poſtularent, vt Hainricus accepta fide publica, quàm celerrimè ad Cæſarem ſe conferret. Quod ſi recuſaret, videri eum contra Rempublicam feciſſe.* XLVII. *Paret mandatis Boiorum Rex, cum Abrahamo Epiſcopo ad Auguſtum proficiſcitur. Moxque Hainricus ad Ingelheim; Abrahamus Corobiam relegatur.* Magdaburgi celebratū fuiſſe conuentum, Othonis II. proderent Conſtitutiones, quas conſarcinauit Goldaſtus, ni conſtitutiones ipſæ apparerent ſuſpectæ. XLVIII Sub Anno enim 974. Editas Goldaſtus ſcribit, Anno Regni XI. Imperij VI. Quod falſum, etiamſi tempora ſupputes à die coronationis factæ patre viuente Othone Magno, Anno Salut. 961. Quæque ſint, tranſcribere placuit,

OTHONIS II. RVFFI IMPERATORIS AVGVSTI CONSTITVTIONES.

I. De duobus Reis ſtipulandi, vel promittendi.

XLIX. *Vbi plures Vverigeldum, ſeù aliam coniunctim promiſerint pecuniam, omnes ſunt aſtricti per iuſtitiam ad ſolutionem faciendam, quamdiu non fit per ſolutum plenarium, non quiuis in totum, ſed quilibet, quantum ad ſe pertinet, & quamdiu per iudicium conſtringi poterit, cui fuerat promiſſum, vel huic, qui cum eo ſtipulatus eſt, & ſoluere eſt*

coa-

Anno Sal. 974 coactus, in virilem condemnetur portionem, ni-
ſi forte aliquis in ſoluendo deficiat ſociorum.
L. 2. Si plures pro vno debito ponerentur pro-
miſſores, & promiſſio à pluribus recipiatur, ſa-
tisfacto vni creditori ab omnibus liberatur.
3. Qui pecuniam ſoluere promittit, & fi-
LI. deiuſſorem adhoc, quod promiſſo ſatisfiat, ſta-
tuat, ſoluente principali, fideiuſſor liberatur,
dummodo per eundem id comprobetur. Qui au
LII. tem per ſeipſum pecuniam ſoluere pro alio pro-
miſerit, ei incumbit probatio facta per ſe, vel
ex parte eius per alium ſolutionis.

II. Si quis communitatis ſe prædijs in-
tromiſerit.

Qui terram, ſeu communem agrum ſuorum
villanorum arat, fodit, aut ſepit, ineuſatus pro
eo coram Sculteto, tres ſolidos mulctæ perſoluet.
Qui ſi ibidem, quod iuris eſt, reddere negauerit,
& cauſa ad ſuperiorem trahatur iudicem, ei-
dem mulctam dabit, & cum hoc triginta ſoli-
dos Villanis emendæ, cum agri reſtitutione.
2. Sic etiam villa villæ cum triginta ſoli-
dis, & damni reſtauratione, ſi, vt iuris eſt, co-
ram circumſedentibus hoc conqueratur, & oſtē-
datur, emendabit. Quod ſi villani hoc facere
noluerint, & coram ſuperiori iudice pro eo ac-
cuſentur, Scultetus eorum communem mulctā
pro eis ſuſtinere debet, & ipſi cum triginta ſoli-
dis, & damni reſtauratione, ſuis aduerſarijs
emendabunt.

III. De Aduocatis Eccleſiarum.

LIII. Aduocati Eccleſiarum noſtro banno conſtrin-
gant omnes viros ipſarum Eccleſiarum ad om-
nem iuſtitiam faciendam.
Dat. Veronæ, Anno Domin. Incarnationis
DCCCCLXVII. Indict. X. Anno Sereniſſimi
Othonis M. Imperat. VI. Regni vero noſtri VII.

IV. De Iuriſdictione Eccleſiarum Imperij.

LIV. Præcipimus vt nullus Dux, neq; Marchio,
vel Comes, aut alia qualibet iudiciaria pote-
ſtas, aliquam ſibi vindicet poteſtatem in homi-
nibus Eccleſiarum, & Monaſteriorum noſtri
Imperij, litis videlicet & colonis, atque iamun-
dilinges, vel eos aliquis capitis banno, ob capitis
furtum, vel capitis, vel alio quolibet banno con-
ſtringat, aut aliquam iuſtitiam facere cogat,
niſi Aduocati ipſarum Eccleſiarum & Mona-
ſteriorum, quos ipſi velint, & conſtituant ex
priuilegio, & indultu Regij culminis, vel à no-
bis petant Aduocatos.
2. Ipſi vero Aduocati prædictos homines
banno noſtro ob capitis furtum rectè faciendi
conſtringant.
Dat. Magdaburch. V. Kal. Octobr. Anno Do-
minicæ Incarnat. DCCCCLXXIV. Indict. I.
Anno Regni noſtri XI. Imperij autem VI.

V. De Fideiuſſoria debiti, vel iniuriarum.

Fiudeiuſſorem coram iudicio ſtatuens pro LV.
debito eum conditione, quod ille ſolus, vel fide-
iuſſor exoluat, ſi probare poſſet, quod ille ſolus
perſoluerit, vt iuris eſt, fideiuſſor liberatur, dum-
modo per eum probetur.
2. Qui autem pro alio fideiuſſerit certam
pecuniam ad tempus ſoluere, probare teſtibus
idem tenetur, quod ſolutioni ſatisfecit.
3. Si quis vero fideiuſſoriam ſtatuere pro
iniuria accuſatus cogitur, coramque iudicio
eundem ſtatuendi fideiuſſor promiſerit, & non
ſtatuerit ad terminum iudicialem pro eo accu-
ſatus, emendare eum oportet iuxta querelam,
& determinatum verigeldum.
Legimus hoc anno apud Spangembergium LVI.
Menſlebianum cœnobium magnificè ædifi-
catum, & Moniales, quæ ibi erant, traduxiſ-
ſe Quedlinburgum, & Monachos introdu-
xiſſe. Hiſce temporibus Otto Reliquias D. S. Stephani Reliqu.
Stephani ex Italia productas, in Eccleſiam
Huberſtadenſem ad honórem B. Martyris, ibi LVII.
patroni decenter iuſſit collocari, vt ſcribit Kran- Saxon. 4. c. 19.
tzius.

EXPEDITIO IN DANOS.

LVIII. INterim Heraldus (vt ſubiungit Auenti-
nus) Danorum Rex Tranſalbianos va-
ſtat. Otho conatibus hoſtis cum exercitu pro-
perè obuiam venit, omnem vim belli in Da-
niam transfert. Heraldus tertius legatos
cum ampliſſimis donis ſupplex de pace mittit,
filium dat obſidem, tributum annuum pollice-
tur. Imperator data pace Cimbris, cum ip-
ſiſque amicitia confirmata, arma in Boiā-
riam vertit.

NOVA OTHONIS II. EXPEDITIO IN HENRICVM PATRVELEM, *Sal. Anno 975.*

LIX. PAce Cimbris data, cum Henricus, & Abrahamus Epiſcopus cuſtodia elapſi rediįſſent ad Boios, ibiq; aduerſus Othonem arma pararent, eo properauit Auguſtus. *Ad*
Annal. lib.5. *hunc* (Auentinus ſcribit) *vbi fines Boiariæ adtigit, Epiſcopi, Pontifices, Præſides, Dynaſtę, Tetrarchæ, Ciues, Populus Boiorum, quibus bellum inteſtinum cordi non erat, prouolant, eum Reginoburgium deducunt. Ibi habito conſilio Ramholdus D. Haimerani præſul, quod Hainrico faueret, capitur. Treueros relegatur. Hainricus patruelis Auguſti proſcribitur, hoſtis Reipublicæ iudicatur. Hainricus Auguſtanus Epiſcopus, Bertholdus capti: in exilium acti, regnumq; Boiario Othoni Duci Sueuorum, itidem patrueli Imperatoris filio Lutolphi commendatur.*
Exhautorati Henrici Effigiem, quem LX.
perfidia perdidit; & Othonis inaugurati Ba-





LXI. uarorum Ducis, quem fides exaltauit, Lector intuere.
Annal. lib.3. *Rex Boius* (Auentinus proſe-
LXII. quitur) *fuga ad Charinos euaſit. Auguſtus Boiemiam, Polonos inuadit. Bolitzlaum, MitzKonem ad obſequium armis cogit. Vvolfgangus pertæſus arma ciuilia ad Alpium Noricarum deſerta ſecedit: proprius Epiſcopus Boiemis datur Theodomarus, Saxo genere, vir ſanctus. Hactenus Boiemos Reginoburgenſis Epiſcopus pauerat.*

NOVA OTHONIS II. EXPEDITIO IN HENRICOS.

Sal. Anno 976.

DVm Auguſtus in Bohemia verſatur, *duo Henrici* (ita Auentinus) *Rex Boius, & Charini limitis Dux Bathauiam occupant, ibique ſe muniunt. Ottonianos, & ſuis rebus non ſtudentes, grauiter adfligunt, ferro, flamma vaſtant. Idem Abrahamus Epiſcopus factitat, Truxinique reſiſtere Imperatori parat. Otho in Boiariam tranſitum facit, Reginoburgij copias cogit. Vdalricus Senonum Præfectus, & Luitpoldus Dux limitis Orientalis, cum auxiliaribus ſe Cæſari coniungunt: Boiemi quoque Othoni ſuppetias ferunt. Vdalricus cum parte exercitus Truxinum obſidet, expugnat, Abrahamum capit. Cæ-* LXIII.
ſar cum militibus Bathauiam aggreditur, ope D. Pilgrini Archymiſtæ, Laureacenſis, nauis ponte facto, vrbe vi potitur: mœnia, ne poſthac forent recepeaculo hoſtibus, ſolo æquat, Henricos ambos viuos in poteſtatem redigit, Treuerorumque Auguſtam cum Abrahamo Epiſcopo

in exi-

Anno Sal. 977 *in exilium relegat, ſancitque vt Pilgrinus, cæterique Epiſcopi Bathauenſes* (ſiue Pathauenſes) *perpetuò ſint, & nominentur Archiepiſcopi Laureacenſes: extat edictum.*

IMPERATOR OTHO II. APVD POLONOS,

Religionis ergò peregrinatur. *Sal. Anno* 977.

PRęerat tunc Polonis Bolislaus Dux *Chri-
ſtianus, qui iuſtitia in ſubditos, & æqua-*
Vuand. lib. 2. c. 36. *litate in vicinos* (Krantzius) *& in Deum Re-
ligione promeruit ab omnibus iuſtam venera-*
LXIV. *tionem. Audiuit Otho II. Imperator cognomen-
to Ruffus, famam Sancti Martyris Adelber-
ti, de mirabilibus, quæ operaretur per illum
Deus: voluitque inuiſere Martyris Sancti Se-
pulchrum. Inſinuabat Bolislao aduentum ſuū,
vt illi permitteret in Ciuitate, pro dignitate ho-
ſpitium. Gauiſus ille (dignationem interpre-
tatus, quod à tanto Principe terra eius inuiſe-
retur) non facilè dictu eſt, quanto honore, quo
apparatu, quàm magnifico inſtructu Impera-
torem venientem exciperet. Vidit Imperator
in ciuitate Ducis, & in manſione Principis eā,
quam non putabat opulentiam, magnificum in
omni ciuilitate apparatum: miratus miniſtro-
rum ordinem, vaſorum, poculorumque ex ma-
teria, & arte præſtantiam, generoſum Princi-
pis animum, cuncta per hilaritatem largitatis
maiora facientem. Non putabat Imperator in
ea gente tantum ſplendorem extitiſſe. Vnde
conuerſus in ſuos depoſcit huius in nos meritum
viri, vt aliquo viciſſim à nobis magnifico mu-
nere decoretur. Cernimus nil deeſſe tantis opi-
bus, & regni amplitudini, quam vt maiori
fulgeat nominis dignitate. Si Regem appel-
lauerimus, & amicum Romano Imperio aſ-
cribamus, nihil indignum, & rebus, & viro* LXV.
*feciſſe videbimur. Probant Principes Impe-
ratoris conſilium. Igitur euocatum Bolislaum
Imper. his verbis alloquitur. Oſtendiſſe nobis
animi tui magnitudinem, & obſequij diligen-
tiam, tibi, nobiſque gratulamur. Ideo te euo-
cauimus in hunc cœtum Principum, vt vicaria
te remuneratione decoremus. Regium tibi no-
men damus, & honorem, & te Romani Imper.
ſocium, amicumque Cæſareæ maieſtatis ex hoc
die aſcribimus. Et hæc dicens coronam capiti
eius impoſuit. Deditque Imperator Bolislao
Regi pro regalibus inſignijs lanceam B. Mauri-
tij, & clauum Domini. Hæc autem regalia
inſignia, Corona ſcilicet, & ſceptrum, & lan-
cea ad multa tempora in armariolo Cracouien-
ſis Eccleſiæ ad memoriam poſterorum conſer-
uantur. Rex autem Bolislaus ob reuerentiam
imperialis dignitatis, & in pignus alternæ
amicitiæ, & deuotionis donauit Imperatori
brachium Diui Adelberti martyris: quo aſſum-
pto ad propria ille reuerſus eſt.* Hæc tamen
omnia non ab Othone II. ſub Anno 977.
ſed ab Othone III. ſub Anno 999. expedita
Ditmarus profert, vt dicam in vita Othonis
III. Tibi verò Lector in tanto Hiſtoriarū di-
ſcrimine, quid proferas, conſulere nō habeo.

OTHONIS II. EXPEDITIO IN VVANDALOS.

INter extraneos, & inteſtinos tumultus
Vvandali quoque, ne quid deeſſet turbatio-
Saxon. l. 4. c. 19. *nis* (vt ſcribit Krantzius) *quos pater Otho*
LXVI. *imperata facere coegit per ſua tempora, nunc
rebellarunt: in quos Cæſar armauit Saxones
ſuos, & ad internecionem obuios cecidit. In-
gens multitudo proſtrata memoratur, triginta
millia ſeptingenti. Qua victoria exhilaratus
Imperator, veniam dabat fratrueli, laxans
vincula eius, vt in reliquum tempus illum ha-
beret obſequentiorem. Ferunt nonnulli (quod
apud me fidem tenuem habet) hunc Othonem
tributo adegiſſe Lombardos, vt quotannis per-
ſoluerent Imperatori tributi nomine libras auri* LXVII.
*ducentas. Id aurum fertur collegiſſe Vvilhel-
mus Archiepiſcopus Moguntinus, Imperato-
ris huius germanus frater, annis tribus conti-
nuatis. Inde conflatam Crucem auream, qua
condecorauit, vſque hodie Eccleſiam Padebur-
nenſem. Primus quis credat auri talenta
Pontifici permiſſa? deinde in Crucem confla-
ta? Demum, quod eſt omnium alieniſſimum,
in longinquam Eccleſiam, & ſua minorem
eſſe ea dona collata quis feret?*

EXPE-

Sal. Anno 978.

EXPEDITIO OTHONIS IN LOTHARIVM GALLORVM REGEM. *Sal. Anno 978.*

SVbactis Vvandalis ſpes adhuc fruſtra-
LXVIII tur pacis, nam Lotharius Rex Galliæ
Occidentalis, regia antiquorum (vt habet
Lib. 5. Auentinus) Francorum proles Orientale
Regnum recuperare animum intendit, pa-
cem rumpit, fœdus exuit, Imperatori Ot-
toni amitino ſuo rebellat, & doloſè Germa-
niam inferiorem, quæ eſt in Gallia Belgica
inuadit, Aquas Graneam, ſedem Auſtriacæ
Franciæ occupat: Illinc niſi Imperator fu-
ga euaſiſſet, in manus deueniſſet Francorum.
Fabric. Chron. Carion. Rex occupata vrbe, prandium quod Impe-
ratori paratum fuerat, abſumpſit; ſibique
verſa Aquila imperium deſignauit. *Hac ſtat*
Lib. 3. (vt ait Ditmarus) *in Orientali parte domus,*
moriſque fuit omnium hunc locum poſſidentium
ad ſua eam vertere regna. Tribus diebus ibi
LXIX. commorando vrbem, & vicinas ſpoliauit
regiones, atque diripuit. Eam igitur vin-
dicaturus iniuriam *Auguſtus infeſto* (vt ait
Lib. 5. Auentinus) *intentoq; exercitu ad Lotharium*
contendit, Lotharius cedit, Cæſar Regem fu-
LXX. *gientem Sequanam vſque, & contubernium D.*
Dionyſij perſequitur: à Kalendis Octobr. ad
Kalend. Decembr. per continuos duos menſes
hoſtili animo Gallias percurrit, fines Rhemo-
rum, Sueſſonum, Laudunenſium, Pariſiorum,
depopulatur. Cuncta cæde, incendijs complet,
ſola Templa intacta eſſe iubet. Inter redeun-
dum caſtra ad Axonam flumen facit, relictiſq;
ibi carris, plauſtris, cæteris impedimentis, &
commeatu cum paucis, qui ea tutarentur, cum
copijs amnem traijcit. Inter hæc filij Regine-
ronis transfugæ, quos ſupra commemoraui,
cum exercitu Lotharij Regis caſtra inuadunt, LXXI.
milites occidunt, impedimentis annona potiun-
tur. Huic expeditioni interfuiſſe D. Vuolfgan- LXXII.
gum Reginoburgenſem Epiſcopum, primumque
cæteris hæſitantibus, vadum inueniſſe, ſuperaſ-
ſeq; flumen, animumq; noſtris reddidiſſe repe-
rio: quemadmodum Reginoburgenſes quoque
adhuc prædicant, & depingunt. Amicis de-
inde vltrò citrò commeantibus. Cæſar, & Rex
ad Charum flumen conueniunt, pacem faciunt,
iuramento eam confirmant, Lotharius Germa- LXXIII
niam abiurat, ſe, & liberos ſuos Auguſto com-
mendat. Lotharingia Ducatus ab Auguſto,
Carolo fratri Lotharij in tutelam traditur.
In hac expeditione *multis nimia infirmi-* LXXIV
tate compreſſis, Bruno Comes Harneburgenſis
(ita Ditmarus) *miles per cuncta laudabilis* Lib. 3.
obijt II. Kalend. Decembr. Reuerſus inde Im-
perator triumphali gloria, tantum hoſtibus in-
cuſſit terrorem, vt nunquàm poſt talia incipere
auderent, recompenſatumque eſt his, quicquid
dedecoris priùs intulere noſtris. Interim Au- LXXV.
guſtanæ Paſtor Eccleſiæ Othelricus, gemma Sa-
cerdotum, primo ordinationis ſuæ Anno exce-
dens à ſæculo fructum laboris deuoti Chri-
ſto remunerante percepit IV. Non. Kalend. Iul.
Henricus autem huic ſuccedens, paruo tempo- LXXVI
re ſedebat.

DVELLVM INTER GERONEM COMITEM, ET VvALDONEM. *Sal. Anno 979.*

SVmmum ius, vel iniuria Othonis offer-
tur. Cum enim apud Imperatorem
LXXVII Gero Comes à Vvaldone accuſaretur, *& in*
loco qui Sumeringe dicitur, hortatu Adelberti
Archipræſulis, & Theodorici Marchionis ca-
lib. 3. *ptus, patri meo* (Ditmarus loquitur) *patruo-*
que firmiter eſt commiſſus. Deindeque conuo-
catis, ad Magdeburg cunctis Regni principi-
bus, congreſſi ſunt, hi iudicio in inſula qua-
dam ſingulari certamine, vulneratuſque in
ceruicem bis Vvaldo, ardentiùs inſequitur ho-
ſtem, percutienſque ictu valido caput, proſtra-
uit eumdem. Interrogatus autem Gero Comes
ab eodem, ſi plus potuiſſet pugnare, coactus eſt,
quod iam defeciſſet, profiteri. Vvaldo tum
egreſſus, aqua refocillatus, depoſitis armis poſt
tergum mortuus cecidit. Tunc Gero iuſſus de- LXXV-
creto Iudicum, & voce Imperatoris à Carnifi- III.
ce quodam decollari III. Idus Auguſt. Hac pu-
gna nulli, niſi tantum Archiepſcopo Adelberto,
& Thiedrico placuit Marchioni: correptuſque LXXIX.
eſt Imperator ab Othone Bauariorum Duce
Luidolphi filio, eodem die veniente, & à Co-
mite Bertholdo, quod ob tam vilem cauſam

tantus

Anno Sal. 979 *tantus vir nunquam damnari debuiſſet. Libet*
paucis exponere Luidulfi Corbeienſis meritum
patris, cui multum vigilijs, ieiunijſq; laboran-
ti, plurima Dominus dignatus eſt reuelare.
LXXX. *Hic in die præfati certaminis, cum diluculò*
Miſſam humiliter, & timoratè, vt ſemper ſo-
lebat, celebraret, vidit ſuper altare Comitis ca-
put Geronis, finitaq; hac, aliam pro defunctis
cunctauit. Exutiſque Sacerdotalibus veſti-
mentis, cum ſilentio exiuit, congregatiſq; fra-
tribus, obitum eius indicauit, orationemque pro
eo fieri communem ſuppliciter poſtulauit. De-

collatio autem eius in ipſo ſolis occaſu fiebat, pro
cuius memoria ſoror eius Tetta, & coniux eius
Athela Monaſterium in loco, qui Cleſſeue dici- LXXXI.
tur, vbi ipſe requieſcit, conſtruentes, partem
totius ſuimet hereditatis tradidere Domino,
eiuſque Præcurſori dilecto. Hoc priuilegio, &
imperiali præcepto, ea ratione firmantes, vt Ab-
batia ibidem liberaliter facta, Imperatoris,
ſuorumque poteſtatem, ac tutelam reſpiceret
ſucceſſorum. Comitis præfati corpus poſt tres LXXXII.
annos cum iuxta illud contectalis ſua ponere-
tur, integrum vnà cum veſtimentis inuentũ eſt.

OTHO ADVERSVS GRÆCOS IN ITALIAM DESCENDIT, SCLAVONIAM, & DALMATIAM ſubiugat. *Sal. Anno 980.*

INterea (ex Krantzio) Imperatores Con-
Saxon. lib. 4. c. 20. ſtantinopolitani *nullo affinitatis ad Otho-*
nem habito reſpectu, quàm intelligerent Otho-
LXXIII. *nem grauiſſimo in Francia bello implicari, vn-*
de ſe non facilè explicaret, conſtituerunt Pro
uincias, quas de Italia Nicephorianis tempori-
bus amiſerunt, recuperare. Proinde Sarrace-
nis (vt Sigonius ſcribit) quos nuper Creta
exegerant, magna mercede conductis Ita-
liam inuaſerunt, & Bario, ac Matera vrbi-
bus expugnatis, Apuliam primùm deinde
nemine prohibente, Calabriam receperunt,
arma longius etiam promoturi, niſi vis ma-
ior aliqua obſtitiſſet. *Otho verò* (proſequitur
Krantzius) *poſteaquàm Lotharingiam rece-*
ptam iniuriaſque apud Aquiſgranum receptas
vltus eſſet, pacemque cum Lothario Rege fir-
mauiſſet, veniens in Italiam, & vxorem ſe-

cum ducens Theophaniam, Tauriſienſes atti-
git, quando de leuirorum ſuorum impetu certior
factus eſt. Tradunt nonnulli ſcriptores Otho-
nem, priuſquàm in Græcos duceret, copijs Ha- LXXIV.
driatico traductis, Selauoniam, ac Dalma-
tiam inuaſiſſe, magnaque in illis regionibus,
Græcorum præſidio deſtitutis, rerum præda, &
mortalium cæde cõmiſſa, Romam ſe contuliſſe.
Veronã primò delatus (ex Sigonio) Adelber-
tum Epiſcopũ Pragenſem, qui poſt inter Sã-
ctos relatus eſt, paſtorali Virga donauit, & cũ LXXV.
fędus Venetum reſcindere vellet, tamen à le-
gatis Ducis rogatus abſtiuuit. Inde Placentiã
XVII. Kal. Septẽb. progreſſus ſolemnẽ apud
Rõcalias procerum, ac ciuitatum Italicarum
conuentum habuit. Ibi, & ius populis di-
ctum: vnde Veronenſium Comitiorum ſe-
quens apud Goldaſtum legimus decretum.

DECRETVM COMITIORVM VERONENSIVM OTHONIS II. IMPERATOR P. F. Aug.

LXXVI. *ANtiquis eſt conſtitutum temporibus, vt ſi*
cartarum inſcriptio, quæ conſtabat ex
prędijs falſa ab aduerſario diceretur, ſacroſan-
ctis Euangelijs tactis, veram eſſe ab oſtenſore
cartæ probabatur, ſicque prædium ſine delibe-
ratione iudicium vendicabat. Quæ ex re mos
deteſtabilis in Italia, improbuſque non imitan-
dus inoleuit, vt ſub legum ſpecie iureiurando
acquireretur, qui Deum non timendo minimè
formidaret, periurare.

Tempore ergo, quo pijſſimus Rex Otho vn-
ctionem ſuſcepit Imperij reſidente in Synodo
ſummo, & vniuerſali Papa Domino Ioanne
XIII. ab Italiæ proceribus eſt proclamatum, vt
Imperator ſanctus, mutata lege facinus indi-
gnum deſtrueret, per quod & ſi corpore quidem
diues fieret, anima pereunte pauper in æternum
maneret. Iudicio itaque Domini Papæ, & piiſ-
ſimi Auguſti expectatum eſt, vſque ad illam
Synodum, quæ paulò poſt intercapedinem ha-
bita eſt Rauennæ.

Cumq; ibidem ex eadem re proclamatio re-
peteretur, ob quorum abſentiam, vſque ad id,
tempus eſt expectatum, quo glorioſiſſimo Othonis

Anno Sal. 980. *Regis Otho glorioſiſſimus filius, & Conradus Burgundiæ Rex, Italiam properantes, Veronæ colloquutum cum omnibus Italiæ proceribus habuerint. In hoc itaque cum ab omnibus Imperiales aures magnis quæſtionibus pulſarentur, vt mutata lege fraudem, hanc tam diram ab Italia tolleret conuenientibus cæteris conſentientibus legem huiuſmodi ſecundum inferiora promulgauit Capitula.*

LXXVII. *De prædijs ſi contentio emerſerit, & vtraque pars, ſiue altera cum cartis, ſeu deſcriptionibus prædium ſibi vindicare voluerit, ſi ille, qui falſam cartam appellauerit, per pugnam declarare voluerit, vt veritas ita decernatur, ſin autem ſecundum priora capitula determinetur edicimus.*

De Eccleſiarum rebus per Aduocatos fiat ſimiliter iubemus.

De inueſtitura prædij ſi contentio fuerit, vt per pugnam decernatur edicimus.

Si quis per ſeipſum, aut per ſuum nuncium, quicquam alicui depoſuerit, & depoſitum cupiditate victus negauerit, ſi, 20. ſolidos precium fuerit, vt per pugnam decernatur edicimus.

Si quis dixerit, quod per vim de prædio cartā alicui fecerit per pugnam decernatur edicimus.

De furto, vel ſcalcho, ſi vltra 4. ſol. fuerit, ſimiliter, vt per pugnam veritas inueniatur præcipimus.

Quacumq; lege, ſiue etiam Romana, in omni Regno Italico homo vixerit, hæc omnia, vt in his capitulis per pugnam decernimus obſeruare præcipimus; ita tamen, vt ſi quem eorum inuenilis, LXXVIII. *aut decrepita ætas, ſeu infirmitas pugnare prohibuerit, liceat ei pro ſe pugnatorem ponere, & alter ſimiliter faciat.*

Si ſeruus propter appetitum libertatis liberum ſe vocauerit, liceat Domino, ſi ſibi melius viſum fuerit propter difficultatem approbationis inſidioſæ, aut per ſe, aut per ſuum Campionem dare, ſi morbus, aut ætas eum pugnare prohibuerit.

Vt Eccleſiæ, ſeù Comites, & viduæ lites ſuas de his, quæ in ſupradictis capitulis continentur, per conſimiles Aduocatos per pugnam dirimant. Cæteri vero natura liberi, ſecundum legem priſtinam per ſemetipſum reſpondeant, & determinent.

Poſt æditas leges, & quæſtiones de ſedi- LXXIX.
tionum Auctoribus habitas, *nouis ſunt feudorum* (ex Sigonio) *titulis aliquot inſigniti.* Lib. 7. de Regno Italiæ.
Præter cæteros Lanfrancus Brancifortius Placentinus Caſtro Vſco Iuſtino donatus, &
Tedaldus Athonis filius Marchio Mantuæ XC.



inſti-

Anno Sal. 981. *inſtitutus. Vnde ille nobile poſt Monaſterium D. Benedicto in agro Mantuano inter Padum, & Larionem extruxit, atq; opimis multis poſſeſſionibus honeſtauit. Profectus inde Romam, atque ab omnibus, præſertim à Pontifice, & parte eius ingenti animorum alacritate receptus, ſibi, Lamberto Auctore, Natalitia celebrauit.* Anno ſequenti, qui fuit Salut. 981.
XCI. Imperator Sueviæ Ducem Othonem fratris
ſui Luitulphi filium dimiſit, ex portu Oſtienſi cum aliquot Nauibus vt littora circumiret, exceptiſque hoſtibus exploraret hoſtium vires, & conſilia. Cum eos magna multitudine conueniſſe vidit, & ad pugnam paratos reuerſus ſuaſit, vt Imperator vrbem aliquam occupandam aggrederetur.
XCII. Propterea *ad vrbem Tarentum, quam Danai iam præſidio munitam obtinuerunt, feſtinauit, eamque viriliter in paruo tempore oppugnatam deuicit*
Lib. 3. (ex Ditmaro) *Sarracenos quoque, valido exercitu ſua populantes, ſuperare contendens, cautos illò ſpeculatores miſit, qui certa de hoſtibus referent. Quos primò infra vrbem quandam clauſos effugauit deuictos, poſtque eoſdem in campo ordinatos, fortiter innumeram ex his multitudinem ſtrauit, prorſuſque hos ſperauit eſſe ſuperatos.* Inde victoria elatus cæpit opptime ſperare de euentu: fruſtratur ſpes tamen, quia exercitus inſolentior factus hoſtem contempſit, & militarem remiſit diſciplinam.

Sub hoc Anno diploma Othonis II. Im- XCIII.
perat. datum legimus apud Baronium (quod ex M.S. Codice tranſcripſiſſe aſſerit) Monaſterio S. Vincentij ad fontes Vulturni poſito. Incipit: *Si Eccleſiarum Dei curam habere ſtuduerimus, proculdubio Imperium noſtrum ſtabile erit, inſuper, & vitam æternam promereri credimus.* In finem autem: *Ioannes Cancellarius ad vicem Petri Papienſis Epiſcopi Archicancellarij recognoui, & ſubſcripſi.*

Datum V. Idus Aug. Anno Domin. Incarn. 981. Regni Domini Othonis Secundi XXI. Imperij vero VIII. Indict. IX.

OTHO II. VICTVS A GRÆCIS, CAPTVS A PIRATIS, Quomodo aufugerit? *Sal. Anno* 982.

CVm maior Apuliæ, & Calabriæ pars
XCIV. Græcorum teneretur præſidijs, primo vere, vt inde pelleret, ſigna mouet. Robuſtiſſimus erat exercitus Germanorum, Gallorum, Lombardorum, & aliorum Italiæ Populorum inſtructus cohortibus. *Prima ad Beneuentum ſtatiua capit* (ſcribit
Saxon. 4. cap. 20 Krantzius) *Quò quùm Romanorum copiæ perueniſſent, datas quoque à Beneuentanis, Capuanis, Neapolitanis turmas, in ordinem præmitti curauit regionum gnaros. Facto poſtea agmine profectus, non prius quadrato exercitu cæpit incedere, quàm Apuliam eſt ingreſſus. Apud Baſentellum exercitus hoſtiles ſunt obuiam facti. Ibi inſtituta pugna, Græci Imperatores Sarracenos multos habuere conductos: & quùm pugna conſeretur, primi Romani, & deinde Beneuentani ſigna deſeruere, nulla vi hoſtiles vultus ferre potentes, O viuidam illam quondàm priſcorum Romanorum virtutem: O nomen ſpecioſum in vmbra*; Italos autem ex-
Lib. 7. de Regn. It. cuſare conatur Sigonius, eorum ignauiam pannicumque terrorem ad dolum vertens, & vindictam crudeliſſimæ cædis in Romano conuiuio ab Othone patratæ. *Romani, & Beneuentani* (ait Sigonius) *vbi certamen de ſumma rerum imminere viderunt, ſtatim hominis crudelitatis memores à ſignis receſſerunt, atquè Othonem valido præſidio, nec opinantem nudarunt.* Horum fuga conſpecta (ita proſequitur Krantzius) *cæterorum fregit animos. Sarraceni, Græciquè grauiores inde incubuerunt, donec fuſa diſſipatæque ſunt omnes Imperatoris Othonis copiæ. Quo in prælio occiſis pe-* XCV.
nè ad internecionem legionibus, & Romanus Imperator, & omnis Italia neruos ita amiſit, vt facilè Græcis, & barbaris fuerit, ſi victoria vti ſciuiſſent, Roma omniſque Italia potiri. Hæc eſt illa colluuio molliſſimarum gentium. Quod ſi longè paucioribus ex Germania copijs fretus fuiſſet Imperator, non hoc imperij detrimentum cum dedecore incurriſſet: indubitatam victoriam, vt ſemper alias maiores ſui, ipſeq; reportaſſet. Emolliuit iam Italos clementia Cæli, poſtquàm ille ab alto prominens fauor numinum ſubtractus abſceſſit. Otho Imperator fugiens, quum repentè ad littus ſcaphæ ſe commi- XCVI.
ſiſſet, à piratis quis eſſet ignorantibus inter-

Sal. Anno 982. *ceptus eſt, inq; Siciliam perductus: ſed ibi agni-
tus, ſeſe Siculis, ingenti promiſſa pecunia, li-
berari Romamq; perduci optauit, obtinuitque;
& de piratis ſumptum eſt à Siculis ſupplicium,*
(ita Krantzius.) Sigonius verò rem aliter
accidiſſe narrat. *Otho ex prælio trepidus vix*
XCVII. *incolumis ad mare profugit: & cum ſe nauicu-
læ commiſiſſet, metu piratarum in mare exi-
liens natatu ſibi conſuluit. Addit Sigebertus,
ipſum, cum natando euadere vellet, à prædo-
nibus, quinam eſſet ignorantibus captum,
Theophaniam verò uxorem, & Theodoricum
Epiſcopum Metenſem, qui Roſſani conſede-
rant, prælij exitum expectantes, ſimul Otho-
nem captum à piratis audiuerunt, ingentem ad
eos pecuniam redimendi cauſa miſiſſe. Cui dum
illi auidiùs inhiantes Othonem parum attentè
obſeruarent, ipſum perniciſſimo equo oblato ex
eorum conſpectu repentè abreptum. Martinus
autem Polonus Auctor eſt, ipſum auxilio Probi.*
XCVIII. *Caſij Epiſcopi, quem in littore armatum pro-
ſpexerat, implorato, vnà cum eo nautas ad
vnum omnes, numero quadraginta necaſſe.* A
Lib. 3. quibus adhuc Ditmarus illius ſeculi Scriptor
diſſentit, vt ex ſequentibus liquet. *Græci ex
improuiſo collecti, ad noſtros vnanimiter per-
gunt, & paululum reſiſtentes proſternunt, proh
dolor, III. Idus Iulij. Richarium Lanciferum,
& Vdonem Ducem matris meæ auunculum,
Comiteſq; Ditmarum, Becelinum, Genehar-
dum, Guntherum, Ecelinum, eiuſque fratrem
Becelinum cum Burchardo, & Dedi, ac Con-
rado, cæteriſque ineffabilibus, quorum nomina
Dominus ſciat. Imperator autem cum Othone
præfato, cæteriſque effugiens ad mare venit,
videnſque à longè nauim, Salandriam nomi-
ne, Calonijmi Iudæi equo ad eam properauit.
Sed ea præteriens ſuſcipere hunc recuſauit. Ille
autem littoris præſidia petens inuenit adhuc Iu-
dæum ſtantem, ſeniorïſq; dilecti euentum ſolli-
citè expectantem. Cumque hoſtes aduentare
conſpiceret, quid vnquam fieret de ſe, triſtis
hunc interrogans, & habere ſe amicum apud
eos, cuius auxilium ſperaret, animaduertens,
iterum equo Comite in mare proſiliens, ad alte-
ram, quæ ſequebatur, tendit Salandriam, &
ab Henrico ſolum milite, qui Selauonicè Zo-
lunta vocatur, agnitus intromititur, & in le-
cto ſenioris eiuſdem Nauis poſitus, tandem ab
ipſo etiam cognitus, ſi Imperator eſſet interro-
gatus. Qui cum hoc diu diſſimulare studuiſ-
ſet, tandem profeſſus. Ego ſum, inquit, qui
peccatis meis id promerentibus ad hanc veni
miſeriam. Sed quid vobis ſit modo communi-* XCIX.
*ter faciendum, diligenter accipite. Optimos
ex meo nunc perdidi miſer imperio, & propter
hunc doloris ſtimulum, neque Terras has intra-
re, nec horum amicos vnquam poſſum, vel cu-
pio videre. Eamus tantum ad vrbem Roſſam,
vbi mea coniux meum præſtolatur aduentum,
omnemque pecuniam, quam teneo ineffabilem,
cum eadem ſumentes, viſitemus Imperatorem
veſtrum, fratrem ſcilicet meum, certum, vt
ſpero, meis neceſſitatibus amicum. His dul-
cibus alloquijs prouiſor Nauis delectatus, con-
ſenſit, & per dies, ac per noctes ad condictum
pertingere locum, properauit. Quo cum appro-
pinquarent Binominus ille iuſſu Imperatoris præ-
miſſus, Imperatricem, & qui cum ea erat Thie-
dricum Præſulem ſupra memoratum cum ſo-
marijs pluribus, quaſi pecunia ſarcinatis voca-
uit. Græci autem primò, vt Imperatricem cum
tantis de vrbe præfata muneribus exire vide-
runt, anchoram ponentes, Thiedricum Anti-
ſtitem cum paucis intromittunt. Sed Impera-
tor rogatu præſulis vilia deponens veſtimenta,
& induens meliora, viribus ſuis, & arte na-
tandi confiſus, vt ſtetit in prora, mare veloci-
ter inſiluit. Quem cum quidam ex circum-* C.
*ſtantibus Græcis apprehenſa veſte detinère præ-
ſumeret per foſſus gladio Luipponis egregij mili-
tis, retrorſum cecidit. Fugerunt hi in alteram
partem nauis, noſtri autem, quibus huc venie-
bant puppibus, incolumes Cæſarem ſequeban-
tur. Eos littoris ſecuritate præſtolantem præ-
miaque promiſſa, magnis muneribus Danais
implere cupientem. Hi verò multum perterri-
ti, promiſſionibus diffidentes, abierunt, patrios
repetentes fines, quiq; dolo omnes ſemper vice-
rant nationes, ſimili ſe tunc deluſos arte ſen-
tiebant. Quanta autem lætitia à præſentibus,
poſteaque venientibus Imperator ſuſceptus ſit,
explicare non valeo. Omnes noſtri Principes
comperta tam miſerabili fama conueniunt do-
lentes,* vſque adhuc Ditmarus. *Sola Impe-* CI.
ratrix (adiungit Sigibertus) *fœminea, &* In Cron.
*græca leuitate inſultabat eis, quod ab exercitu
ſuæ nationis victi eſſent Romani, ac per hoc
cæpit primatibus exoſa haberi.* Otho interim
Capuam reuerſus Aloaræ Landulphi vxori, CII.
& Lan-

Anno Sal. 983.

& Landenulpho filio Principatum confirmauit, Sigonio teſte, reliquum anni recolligendis copiarum ſuarum reliquijs tradidit, & bona Landulphi filij Landulphi hoſtis ſui Salernitanæ addixit Eccleſiæ.

OTHO VERONÆ CONVENTVM HABET. *Sal. Anno 983.*

COmperta tam miſerabili fama Principes omnes conuenère dolentes, *& vt*
Lib. 3. *eum* (ſcribit Ditmarus) *ſibi liceret videre, per epiſtolæ portitorem vnanimi ſupplicatione po-*
CIII. *ſcebant. Quorum legationem Cæſar vt audiuit, deſideranti animo conſenſit. Indicitur in Berna ciuitate Conuentus, & omnis huc conuocatur principatus, vt neceſſaria tractarentur multa. Solus Dux Bernardus in media reuertitur via: namque vna ex vrbibus ſuis,*
Danorũ tumultus. *quam Imperator contra Danos opere, ac præſidio firmauit, dolo ab his denuò capta, cæſis defenſoribus eiuſdem, incenſa eſt. Anno itaque Dominicæ Incarn. DCCCCLXXXIII. Imper. Veronæ placitum habuit, & Henricus minor exilio ſolutus, Dux Bauariorum: & in hoc Anno Slaui vnanimiter reſtiterunt Cæſari, &*
Thiedrico Marchioni. Aduerſus itaque Sarracenos, & Slauos, Veronæ celebrato Conuentu, in ſequentibus conuenère, vt apud Goldaſtum legimus. Slauorũ bellum.

OTHONIS II. IMPERAT. AVG. DECRETA
COMITIORVM VERONENSIVM.

IMperator in Conuentu Veronenſi, quo Principes vocari præceperat, calamitate publica expoſita, Principes rogat, & hortatur, in commune, vt conſulerent: ne Reſpublica domi, foriſque afflicta maioribus incommodis afficeretur, aut magna ex parte interiret. Capita deliberationis erant, quo modo eſſet Italia defendenda, & quibus rationibus poſſet Germania eſſe ſalua. Vna omnium Principum mens, & ſententia fuit, non deſerendam Italiam, & Germaniam viro alicui virtute, & meritis ſpectato tamquam Imperatoris Vicario committendam.

In hæc verba cum conſenſiſſent Duces, & Præſules, & eſſent operam, induſtriam, fidem ſe dignam polliciti; Imperator ſe in Italia manſurum dicit, ipſis ſuum commendat filium, &
CIV. *nominatim Othoni Sueuo, & Bernardo Luneburgio uiris fortunatis, & fortiſſimis.*

Matri Adheleidi Papiam habitandam cõcedit, eiq; Cuſtodes, ac Miniſtros, præſidiaq; aſſignat, & poteſtatem in Inſubres tribuit.

CV. *Henrico patrueli Bauariæ Duci, ne quid noui ſuo more agitaret metum omnem demit, eiq; planè ignoſcit: tum filio eius Henrico ius ſuccedendi in auita ditione tradidit.*

CVI. *Othonem Sueuiæ Ducem cum poteſtate Legati, atque Vicarij remittit in Germaniam.*

Deliberatis alijs rebus quamplurimis, & conſtituto Reip. ſtatu, cum uale dixiſſet ſingulis, & uniuerſis Imperator, patriam ei ſumma grauitate, & contentione commendat: ipſe Romam cum ſelecta manu militum proficiſci ſtatuit, ut retineret in officio Italiam, & hoſtibus religionis Sarracenis terrori in propinquo eſſet.

Nouo igitur comparato milite, non magis Græcis, aut Sarracenis hoſtibus, quàm aut Romanis, aut Beneuentanis amicis iratus repentè Beneuentum inuadit, diſſimula- CVII.
ta in Romanos ira, in quos non audebat ſæuire, vt ſcribit Krantzius, atque oppidum Saxon. l.4.c.20.
captum ad vindicandam oppidanorum perfidiam hoſtiliter diruit, & vt maiorem eis dolorem inureret, oſſa etiam S. Bartholomæi Apoſtoli, quæ illi præcipua veneratione colebant, inde extulit. Ea Romam traducta, vt inde in Germaniam transferrentur, Tiberis in inſula Lycaonia collocata. Deleto Beneuento, Romam reuerſus Imperator, Petro Apoſtolorum Principi vota perſoluit, cuius inuocatione hoſtium manus effugerat, CVIII
vt in *faſciculo temporum* legitur. Poſtea *ante gradus S. Petri Eccleſiæ omnibus proceribus, & magnatibus conuiuium magnum fecit* (Sifrido Auctore, & Gotfrido) *quibus lætanter epulantibus, omnes undique armatis cinxit, & de uiolata pace mouens querimoniam, reos in ſcriptis iubet recitari: quos ſtatim ibidem de-* CIX.
collari

Anno Sal. 983 *collari faciens, alios gratanter ad epulandum*
inuitauit. Exinde Sanguinarij cognomen
adeptus eſt. Quid vltra egerit, Scriptores
Subſcribunt Fabricius, & Krãtzius. variant. Auctor eſt Auentinus, quod *reparatis copijs Sarracenos excindit, delet, ſanguine eorum mare tingit: unde cognomentum ſortitus eſt.*
CX. *Pallida mors Sarracenorum. Romam deinde migrat, Othonem Boiorum regulum domum redire iubet.*
CXI. *Is antequàm attingeret fines Germaniæ, in Italia decedit, pridie Kalendas Nouembr.*

Hoc Anno Otho Veronæ agens à Caloprinis ciuibus Venetis, priuatam vlciſci iniuriam cupientibus ad bellum Venetis faciendum impulſus, ne quis eis aliquid cibariorum ſuppeditaret, edixit. CXII.
Venetis ſtatim (Auctore Sigonio) neceſſarium ad victum inopia rerum oppreſſis, oppidani Capitis aggeris defecerunt. Dux Tribunus Memmius ſeditioſorum ædibus diſturbatis, vxores, & liberos eorum cuſtodiæ tradidit.
Interim Otho (vt ait *Sabellicus*) ſua adhuc pertinacia obnixus, vt neq; aperto bello Venetos oppugnaret, neq; integram pacem redderet, Romam proficiſcitur: vbi ſubita febre correptus, expirauit. CXIII. *Lib. 4.*
Adheleida defuncto Othone, ne Caloprinæ factionis cauſam prodidiſſe videretur, cum Venetis egit, vt Stephanus, & hi, qui eum ſecuti erant, ab exilio reuocarentur. CXIV.
Hoc cum Tribunus CXV.



Memmius Adheleidæ præſtitiſſet, eſſentq; iam Caloprini in patriam reſtituti, quatuor Maurocenæ familiæ viri veteris non obliti iniuriæ, tres Caloprinos fratres Stephani filios ex Ducali Palatio ſe domum parua cymba recipientes, adorti ſimul obtruncat. Venit Tribunus Memmius Princeps in ſuſpicionem; creditumque vulgò eo Auctore patratam cædem; idcircò ſe ille præſenti calumnia ad Populum pro concione purgauit: ac ciuium rixas deteſtatus, poſito diademate per D. Benedicti Clauſtra euolauit ad aſtra. CXVI.

OTHONIS II. MORS.

Lib. 3. CXVII. Romæ agens Otho, *relicta matre ſua* (Auctore Ditmaro) *venerabili in Papia ciuitate, grauiter infirmatus, vt extrema præſenſit adeſſe, omnem ſuimet pecuniam partes diuiſit in quatuor, vnam Eccleſijs, ſecundam pauperibus, tertiam dilectæ ſuimet*

ſorori

Sal. Anno 983. *ſorori Mecthilda, quæ Abbatiam in Quidilin-*
CXVIII. *geburg deuota Chriſto famula obtinuit, quartam ſui, triſtibus donauit miniſtris, ac militibus, factaq; latialiter confeſſione coram Apoſtolico, cæteriſque Coepiſcopis, atque Presbyteris, acceptaq; ab eis optata remiſſione VII. Id. Decembr. ex hac luce ſubtractus eſt.* Mortis
CXIX. cauſa non vna fuit; *ventris profluuio natura*
Annal. lib. 5. conceſſiſſe Auentinus eſt Auctor. *Morbo verò ex labore contracto, accedente graui ignomi-*
Saxon. l. 4. c. 20. *nia* (vult Krantzius) *quam etiam Imperatrix fertur auxiſſe, quùm victo illuderet, diem ſuum Romæ obijt.* Volunt alij Othonem *cum toxi-*
CXX. *co venenatoq; telo percuſſum, ſemper vulnus ad mortem vſque habuiſſe: nec enim multo poſt tempore in fata conceſſiſſe,* poſt de Sarracenis reportatam victoriam. Volunt alij, inter
In Cron. Germ. quos H. Mutius veneno fuiſſe à Romanis ſublatum. *Tedio, & angore animi defeciſſe* Sigebertus ſcribit. Sic enim (ſubiungit H. Mutius ſupracitatus) *illud fugæ dedecus tam malè habuit virum, vt poſt hanc cladem nunquàm læta fronte conſpectus ſit.*

Cum obijſſet, ſepultus eſt Romæ (Ditma- Lib. 3.
ro Auctore) *vbi introitus orientalis Paradiſi* CXXI.
domus S. Petri cunctis patet fidelibus, & imago Dominica honorabiliter formata venientes quoſque ſtans benedicit. Equidem ſortis memor humanæ, multumq; indigens indulgentiæ, Cæli, Terraq; Deum, & Dominum ſupplex efflagito, vt quicquid hic in mea vnquam peccauerit Eccleſia, clemens remittat, (hinc patet non ſemper Ditmaro Othonem fuiſſe propitium) *pro beneficijs autem centuplum largiatur, poteſtateque immeritò mihi conceſſa indulgeo, te obnixè ſucceſſorem poſtulans, vt huic veniam, nemini in vltimis denegandam, ſemper ex corde tribuas.* Moritur itaq; Sal. Ann. 983. Ætatis XXVIII. Romæ in Vaticano ſepultus, cum hoc Epitaphio.

Cuius ad Imperium tremuere Duces; tulit hoſtis Dodo
Quem Dominũ, populiq; ſuum nouère parẽtẽ: Riccica. CXXII.
Otho Decus diuum, Cæſar Clariſſime nobis
Immeritis rapuit te lux ſeptena Decembris.

Eius Symb. fuit.

Cum hominibus pacem, cum vitijs bellum. CXXIII.

NVMISMATA
RATIONIS, ET SENSVS.
CAPVT TERTIVM.

1 *Lis inter rationem, & voluptatem.*
2 *Mens tabula eſt, in qua nil pictum.*
3 *Ratio profuga.* 31.
4 *Iupiter Europam rapit.*
5 *Saturnus conuerſus in equum.*
6 *Malitia hominum.*
7 *Rationis Numiſma.* 10.
8 *Nemo poteſt ſe ligare.*
9 *Diluuium quomodò prohibitum.*
10 *Gigantes fulminibus icti.*
11 *Voluptatis Numiſmata.* 11. 15.
12 *Libido quando cæperit.*
13 *Voluptas non eſt poſt mortem.* 14. *Voluptatis fructus.* 16. & 22. *Fabula eſt.* 18. *Symboli.* 27.
16 *Tempus omnia conſumit.* 17. *Conculcatur.* 23. *Tibicen humana Vita.*
19 *Porus victus ab Alex. quid dixerit.*
20 *Alexander M. inſepultus.*
21 *Olympias plangit Alexandrum inhumatum.*
21 *Pompeius ridet humana ludibria.*
22 *Vita humana ſaltus eſt.* 23. *Hieroglyphicum.* 28.
25 *Henrici VIII. Anglorum Regis dictum de humana miſeria.* 26. *Matris, & filiæ concubitum, quaſi Gallinæ, & iuuencæ irridebat.*
28 *Turcarum mos in corrumpendis iudicibus.*
30 *Mens deprauata ſenſu.* 1.
30 *Narſetis iudicium ferre declinat inter Patauinos, & Venetos.*
32 *Mortuus ſuſcitatur, corrupta non reintegratur.*
33 *Iudex cur fœminæ aſſimilatur.*

Longo

Sal. Anno 983.

LOngo iam tempore Principem
Mentem fatigauit Voluptas,
I. & ratio (vt earum Muſæis,
inſpectis adiudicaret)quarum
altera veriora collegiſſet anti-
quitatis cæmenta, pretioſiores poſſidèret la-
pillos, & puriſſima, vel adulterina tenerèt
numiſmata,

II. Triumphum cogitabat Voluptas, men-
tem recogitans veluti tabulam, in qua nihil
eſt pictum,ſed totiès inuolutam phantaſma-
te, vt nec volens poſſet à falſo verum ſecer-
nere, quia in cœcutiente intellectu, nil vm-
quàm eſſet, quin priùs fuiſſet in ſenſu. An-
nos cum illi exaraſſet æternos, aureos erexiſ-
ſet montes, concepiſſet centauros, facilè
etiam in opinionem recti ſuadère libidinem.
Quomodò enim aduersùs ſenſum Intelle-
ctus concipiet, ſi ex ſenſu conceptum de-
promit? Cœca dicitur potentia voluntas,
quę medio intellectu cognoſcit;ſed cęcus cę-
cam ducens,ambo in foueam ſenſus cadunt.
Si ſine ſenſus conſpicillis ſpecierum chara-
cteres legere nequit: Quomodo ad mentem
prouocabis ſenſum? mentis oſtium eſt ſen-
ſus,quo clauſo mens euaneſcit, & rupto car-
cere altiores repetit ſedes,

III. Ex aduerſo ratio ſibi blandiens rubore
ſuffuſam mentem, tantum non auſuram fa-
cinus,nec adulteræ gratia leges temeraturam
recti, *vltimum voluit experiri diſcrimen,
inquiens: Quid mihi ſupereſt, poſtquàm
Cœlo pulſa locum pellicibus dedi? pellices
cœlum teneant adulterantis libidine non ca-
ſtitatis ſilentio. Rumoribus dedi tempus,
quo ſeneſcerent, ſed veritatis patientia, in-
caluit falſitatis conſtantia. Veritatis exur-
gat maieſtas, vel hoſtium telis exanimis, ty-
ranna lege extorris appareat, non recti ſpe-
tie inaudita prætereat. Voluptas itaque
vincula ſolue iniquitatis, theſauros profer
abhominationis, quiſquilias recollige anti-
quitatis, & in heraclio lapide vitra tua
cum meis collata lapillis, fulgeat quantùm
diſtet veritas à mendacio.*

*Subriſit Voluptas, & protinùs ſublato
velo, numiſma expoſuit, in quo Iupiter
IV. ſub ſpetie Tauri Europam rapit. Quid in
Deos tumida muſſitabit humanitas. Hiſce
monetis ſi delectantur Superi, cur non gau-*



dent, & inferi? Iouis ad exemplum ſi totus
componitur Orbis, quanti vendam ſpecio-
ſum numiſma?

Ratio. Iouis ad exemplum totus equidem V.
corrumpitur Orbis, ſi ad fabulas conuerta-
mur. Quanti hæc fabula valeat, antiquior
fabula dabit. Phillijram cum adamaret Sa-
turnus, protinùs ac concubuit (Ope ſuper- Carol. Steph.
ueniente coniuge) ne agnoſci poſſet, in equũ
vertitur. Cur in equum non in Leonem fe-
rarum regem, Imperator Deorum? in equũ
non in Leonem, vt fugacem voluptatis cur-
ſum deſignaret. Sed quid Idolorum digla-
diamur fabulis. Recole cum filij Dei filias VI.
hominum adamarunt, vnde humana creuit
nequitia, propter quam Deum pęnituit ho- Geneſ. 6
minem in terra feciſſe:& quaſi noſtram hor-
rèret iniquitatem ſuperna clementia, miſſo



*cataclyſmo animantia omnia in terra dele-
uit. Quanti æſtimas tantum numiſma?* VII.


*Exornatum (inquit Voluptas) mittimus
Ouidianas. Metamorphoſeos. Ecquandò
voluit, vel potuit artifex ſibi legem impone-
re à qua reſilire non liceat? Exuberent aquæ.
Cœlum cataractas aperiat? non poteſt. Suo* VIII.
ipſe tenetur ſtare decreto, cuius omnia re-

guntur

guntur imperio? O magnum Regem in vinculis? verè in vinculis pietatis Regem, legem poſuit aquis, ne tranſirent fines ſuos, haud tamen ne intra terminos impium obrueret.

IX. Aquas eduxit è finibus, ſed innocuas erexit in montem, vnde pacto fidelis, Pharaonis currus ſubmerſit, cum maria reuocaret ad mare. Catenauit aquas non fulmina, & grandines, nam diues clementia, nequit eſſe pauper iuſtitia. Numiſma ne prætereas Gi-

X. gantum, quos tàm corporis, quàm ſcelerum



mole terram onerantes (cum turrim meditarentur (quæ vltra Diluuij metum, & Mundi metam trophæa miſceret impietatis) confuſio perdidit, & prò flumine fulmẽ obſtitit, ne terrena piacula in Cęlo ipſo grandeſcerẽt.

Voluptas. Nè iraſcaris Ratio; ſiſte parumper; ſuperſunt plurima, quorum quod-

XI. libet inæſtimabile. Specioſum inſpice.



Fœmina eſt cum amaſio. Antiquiſsimum eſſe quis dubitat? in paradiſo voluptatis fabrefactum, quùm ad præſentiam Summi

XII. Dei cępit Adam obtrectare mammillas, dulcibus ſuauiando verbis; *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea. Quapropter relinquet homo patrem (hoc eſt Deum) & Matrem (hoc eſt patriam) & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna*. O dulciſſi-

ma caro, contemplare Ratio, fruere, me tibi XIII. comitem offero, ſed non poſt mortem. In hoc orbe eſt Regnum meum, non in valle lacrymarum, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit. Quid fabularis gaudij breuitatem, nonnè centenos viuimus annos, in choræis iuuenis, vir in imperio, ſenex in requie; En primæ magnitudinis nummus, in quo Cæſarem virtutum ſtipant Phalanges. *Vide in ſequenti pagina.* Circundat Pallas, ornat Iuno, Minerua clau- XIV. dit. Hunc quis exturbat, vbi fortitudo pe- XV. ricula arcet, prudentia prouidet, munificentia diſpenſat. Hunc quis aggreditur?

Tempus (ait Ratio) O cæca Voluptas, ò XVI. voluptuoſa cæcitas, ad aciem ipſis periculoſam armatis fallacia triumphi prouocas incautos. Annoſæ quercui inſeruiſti arundinem, quæ ſit ventorum ludibrium. Felicitatis non me fugiunt ephemerides tuæ. Vltra diem, & perbreuem quid promittis? Fabulam. Memento te actorem fabulę, quę

Rota præcipitis vertitur anni. *Seneca Act. 1. in Her.*
Dura peragunt penſa ſorores,
Nec ſua retrò fila reuoluunt.
At gens hominum, fertur rapidis
Obuia fatis incerta ſui.

Te ipſum redarguat Numiſma. Cuius illa imago, quæ regnantis ſcabellum, dexterà perpendiculum leuat? Allata eſt imago, & neminem fugit, *Tempus* eſt. Calcatur pe- XVII. dibus, quia rem omnium pretioſiſſimam tempus, otioſa ſpernit Voluptas. Ad pedes pingitur; quia in ſemitam temporum cæci dilabimur. Pedibus alligatur, quia deſides trahit, & ne fugiant, vincit pedes. *Ad alligandos Reges eorum in compedibus*. Pedibus præteritur penè, ſed cum humo homo credit ſuffodere, incidit in foueam, quam fecit. Diuitiæ, Prudentia, Sapientia, veluti aues crocitantes in ramis quid poſſunt, cum ſecuris ad radicem ponitur? folia illa ſunt, virent, arent, ardent. Quàm ſanè Babylon ſui forſan præſcia caſus, circa thro- XVIII. num conglomerauit aues, quæ in ſaltu, Regni luderent firmitatem. Ad tuos prouoco felicitatis conſocios; Porum Indorum Regem victum, & M. Alexandrum victorem. XIX. Macedoni interroganti *quid victorem deceret ſtatue-*



ſtatuere? Porus reſpōdit, quod hic dies tibi ſuadet, quo expertus es, quā caduca ſit humana felicitas. Exterritus nō victi cōſtantia, ſed Fortunę incōſtantia, Poro Regnū reſtituit, ampliauit.

XX. Tuo in Throno ipſum expone Macedonem, quem mortuum biēnio inſepultū Olympias eius mater ingemuit; vel tellus euomuit, vt quorū omnibus mortalibus ius eſt æquale ſepulchri, ei nō eſſet, qui ſedē auferat vſurpare Deorum. Veruntamen humanam viciſſitudinem vt plangat, nonniſi fęmina conduci

XXI. poterat. Non ſic Magnus ille Pompeius, ſui oſſa cum in littore Lybiæ ruſticano vidèret humata ſepulchro, cui Fortunæ inſcripſerat indulgentia *Hic ſitus eſt Magnus*, Riſit

Lucan. lib. 9. *..... illic poſtquàm ſe lumine vero*
Impleuit, ſtellaſq; vagas miratur, & aſtra
Fixa polis, vidit quanta ſub nocte iacèret
Noſtra dies, riſitq; ſui ludibria trunci.

Ipſa mors ridet humanas ſollicitudines, & incremento latenti in nihilū cuncta reſoluit: vt quā piè in Tholoſano ſarcophago pinxit ignota manus. *Decipimur tempore, Fallimur* XXII.
opinione, curas Mors ridet, anxia vita nihil.

Voluptas. Hæc ſenibus obſtrependa rugoſis, non ſpecioſæ iuuentuti; quæ tempora irridet famelica. Antequàm marceſcant, coronemus nos roſis. Ad ſaltus.

Ratio. Ad ſaltus. Vita enim in ſaltu; En prò puellę ſaltu, Prophetę caput in diſco. Ad choreas itaq; iunēta, aderit enim & Teminus indiuiſibilis comes. Exēplum nemo prætereat; XXIII.



quod Summi Opificis obſignauit ſcalpel-
lum, vt hoc verbo mundi annueret vi-
ciſſitudinem, quùm omnia creauit in
verbo. Mortalia enim creare decebat in
verbo, quod Dei licet mortale eſt, & præter
illud Verbum, per quod facta ſunt omnia.
Pedibus choros claudunt adulteræ Anni,
Hiems, Ver, Æſtas, Autumnus. Manus
amicè videntur implicare choris, ſed in nu-
meros ludentes diſcordiæ, curſu feruntur
præcipiti. Prærapidos quis moduletur ſal-
tus, pende Voluptas. Tibicen tempus eſt.
Tabida conſumit ferrum, lapideſquè vetu-
XXIV. ſtas. Nullaquè res maius tempore robur
habet. Stare ne fidas, cadet enim cum ſta-
bit. Nos ſono ſed irrequieto more lambit
Leonum, & ſanguinem haurit. Inde fu-
gientem ſuſpice Solem noſtrę felicitatis præ-
ludium, *in vmbra deſinit*. Bacchanalia, cho-
reas, epulas luctus ſuſcipit: & voluptatis
fruges, non credere tempori; quod ſemper
fidele vt ſibi, nec alijs parcit. Henrici VIII.
Anglorum Regis Numiſma prætereo. Si-
XXV. tienti cum vino plenum craterem obtuliſ-
ſent aulici, priuſquàm epotaret, ad eos con-
uerſus exclamat, *Amici perdidimus omnia*,
Abyſſus reſonat *omnia*. Vno namque po-
culo, Regnum, vitam, animam deglutiuit,
voluptatis lenocinio: cum ex concubina
matre patri ipſi, filiæ obtuliſti concubitum,
quaſi matris, & filiæ inceſtus gallinæ eſſet, &
XXVI. iuuencæ. Gallinæ poſt epulas, quis prohi-
bet iuuencam, ſeu pullaſtellam abſumere?
Quis prohibet, Voluptas illa, quæ feno debi-
lior *citò areſcet*. Quæ veluti nix Solis radijs
XXVII. percuſſa *citò dilabitur*. Quæ, veluti roſa in-
ter ſpinas exoriens, *naſcendo ſeneſcit*, *E trà
le ſpine pur ſpuntando viene*, italicè dixit *Bar-
galius*. Ex his facilè eſt humanam pingere
XXVIII. vitam. Fœmina erit depreſſæ ſtaturæ. Eius
in capite vas cum ſpinis, & vermibus. Flos
eius in dextera; humbra in ſiniſtra. Bellica
inſtrumenta pedibus calcat. Aridæ inhæret
arbori; vnum viret folium quod vento agi-
tatur.

Breue corpus breuis eſt vita. *Homo na-
tus de muliere breui viuens tempore*, & quia
multis repletur miſerijs, ſpinæ vermes paſcun-
tur in capite. Flos in dextera, homo namq;
*quaſi flos egreditur, & mane conteritur, & fu-
git velut vmbra*. Sub pedibus arma *militia
enim eſt vita hominis ſuper terram*. Aridæ
inhæret arbori, cuius folium vento agita-
tur, *quaſi folium quod vento rapitur oſtendis
potentiam tuam, & ſtipulam ſiccã perſequeris*.

Hæc cum declamaret Ratio; Turcarum XXIX.
litigantium more Voluptas (ſi velint vrgen-
te aduerſario, ſi dubitent, & velint pecunia
corrumpere iudicem, tot ſolent thoracis tá-
gere globulos, quot aureos offerunt numos)
nudæ Veneris exponendo numiſma, mentis
oculos faſcinabat. Qua tandèm victus Intel-
lectus, ſententiam repetenti rationi reſpon-
dit, vt in Venetos altercantibus Patauinis XXX.
quódam de fluminum imperio coram Nar-
ſeti imperiali Vicario, dixit Narſes. *Sibi eſſe* *Bernar.*
proficiſcendum: tempore cauſa indagationem *Iuſtin. lib. 6.*
indigere. *Piacemi hauer* (vt Italicè circum- *Hiſtor. Venet.*
fertur) *voſtre conteſe vdite, ma più tempo vi
vol à tanta lite*.

His auditis Ratio rubore ſuffuſa euanuit. XXXI.
Hanc redituram & aulas repetere principũ,
ſperamus. Exclamabat cum fugeret: *caue-
te, mentem cauete*. Quos libido corrumpit,
non ſanat ratio. Virginem Omnipotentia
ſuſcitat, corruptam non reintegrat. Et ſi XXXII.
iam *omnis caro corrupit viam ſuam ſuper* *Geneſ. 6.*
terram, nonniſi ad Cœlos vana eſt prouoca-
tio. Fœmineo more proſpicit iudex per fe-
neſtras, reſpicit poſt cancellos; pudenda
illa ſi ſemel aperiat, non ampliùs claudit, &
cuique lupercalia patent. Sic iſte dum ſe- XXXIII.
mel extendat manus. *Cauete*, itque *caue-
te, mentem*: ſi fœminam, quia corruptam:
ſi maſculum, quem fœmina ſolo corrum-
pit aſpectu.

LIBER

Anno Sal. 983.

LIBER XIV.

CAPVT PRIMVM.

OTHO III.

MVNDI MIRACVLVM.

OCCIDENTIS IMPERATOR XIV.

1 *Mutinenſis Comes iniuſtè damnatus ab Othone III. & vindicatus.* 20.

2 *P. Macedo Carmina hieroglyphicum alludentia.*

3 *Otho III. Mundi mirabilia dictus.* 4. *Parentes. Puer dictus.* 5. *Linguam Græcam callet.* 6. *Rapitur ab Henrico Bauaro.* 9. *Bohemos vincit.* 14. *Romam occupat.* 15. *Periurus.* 17. *Adulteræ parcit vxori.* 23. *Romanos cogitat reformare mores.* 24. *Fugit.* 26. *Veneno tollitur.*

7 *Gilbertus, & Villigiſus Archiep. Mogunt. Othonem III. protegunt.*

8 *Lotharius in Othonem III. mollitur.*

8 *Creſcentius Italiam occupat.* 10. *Othoni III. ſe ſubmittit.* 13. *Iterum deficit.*

9 *Henricus Bauarus Bauaria donatur ab Othone III.*

12 *Bruno Saxo Papa eligitur nomine Gregorij V.*

13 *Io. XVII. Antipapa.*

15 *B. Nilus pro Io. Antipapa intercedit.*

16 *Maria Imperatrix adultera.* 19. *Mutinenſem Com. accuſat.* 22. *igni damnatur*

22 *Vidua Mutinenſis Comitis ferro candenti mariti vindicat innocentiam.*

25 *Hugo Marchio Thuſciæ à Romanorum furore Othonem III. vindicat.*

VLtimo cum damnaſſet ſupplicio Mutinenſem Comitem Otho III. Imperator, adultera Imperatrice Maria inſtigante, quia caſtiſſimus Comes regium ſpreuiſſet adulterium, à vidua defuncti Comitis, de iniuſta mariti cæde prouocatus Imperator in Roncalienſibus Comitijs; & ibi experimento ferri candentis (quod innocua bis ſupra tulit in dextera, dum mariti truncum gerebat in ſiniſtra) certior factus Imper. de impudicitia coniugis ſuæ, mortuũ Comit. declarauit innocuũ, Imperatricem verò vt adulterã cremari mandauit.

ALLVSIO AD HIEROGLIPHYCVM.

Iuſtitiæ vindex hic Otho eſt Tertius: index
Truncatum duplex dat duo ſigna caput
Vir iugulatus adeſt: Vxoris dira libido
Fecerat iniuſti criminis eſſe reum
Quem tamen inſontẽ coniux mox igne probauit
Ignea cui fecit lamna prehenſa fidem
In caput vxoris redijt pro crimine crimen
Abſtulit vxori nam caput Otho ſuæ.
Tunc ait: haud poſſum mortalis reddere vitam
Hoc eſt mortalis reddere poſſe necem.

P. Franc. à S. Auguſt. Macedo.


B Thiboust Sculp

Sal. Anno 983.

OTHO III.

MVNDI MIRACVLVM.

OCCIDENTIS IMPERATOR XIV.

III. Othonis cognomina. Puer, & Mirabilia Mundi.

MVNDI MIRABILIA? ecqualia?
PVER pilam ludens Imperij.
Theutonico Patre, & Matre,
Quam Grecia generat, Italia deſponſat, Germania tumulat,
Othone, & Theophania Othonem habes.
Vt PVERVM Italia deriſit.
Nec ab vngue cognouit Leonem.
Græcus Vlyſſes Troianam celauit fortitudinem,
Vſq; dum calamum cælaret in gladium.
Impar tanto capiti vna lingua,
Et Græcam habuit.
Nil mirum, ſi biceps Aquila.

IV. Otho III. filius fuit Othonis II. & Teophania filia Rom. Imp. Conſtant. qua Othoni II. in Ital. deſponſata fuit; & in Germania mortua eſt.
Itali vt puerum deridebant, quia duos annos natus, cum eius pater decederet.
V. Græcam linguam à matre cum lacte hauſit.

MVNDI renouo MIRABILIA
984. Regni procus Henricus Bauarus
Cum Regem educaret, Regicidam quæreret,
Ambitio non præualuit,
Vt tutor carnifex fieret, cum poſſet.
Nil mirabile, *Cor Regis in manu Dei*.
Eripitur tamen patrueli parricidij ſuſpecta materia:
Quaſi Fato cupido potentior.

VI. A Comitijs cogitur Bauarus puerum reſtituere. Auctore Duce Giliberto, & Villigiſo Archiep. Mogunt.

Quis valuit nutantia fulcire ſydera?
Gilbertus, & Villigiſus Archiep. Moguntinus.

VII.

Germaniam cum diriperet Henricus Bauarus;
Creſcentius Italiam; Lotharius Gallias,
Et in puerum videretur Iuſtitia,
Quia gladio teneret exarmatam,
In vnum armauit, & tres vicit.

VIII.

Poſt Bohemorum Principem,
995. Patruelem induit, quem ſpoliauerat pater:
Romam cum veniſſet

IX. Henrico Bauaria reſtituit.

Vt quod paſtor nequierat baculo.
Lapidibus Saxo perageret,
Creſcentij excreſcentem cupidinem
Sine clauibus Petri domum reſerantis
Solo aſpectu cohibuit.

X. Creſcentius Romæ pro libitu cuncta gerebat.

Dumquè à Ioanne XVI. amiſſis clauibus
Eccleſiæ clauditur oſtium;
Ipſe in Brunone reſerat.
Vt Romæ tandem Soli agnaſceretur Luna
Gregorius V. & Otho III.
Vterque Saxo, ille tamèn, non iſte Petra.
Tantæ Maieſtatis fœdera cum extimèret,
Se ſe illicò Mundus compoſuit.

XI.

XII. Mortuo Io. XVI. Pontifice ſubrogatur Bruno Saxo Othonis III. Cognatus, nomine Gregor. V.

Sed

XIII. *Ioann: Conſtantinopolitanum Creſcentius in Pontificatum intrudit.*

Anno Sal. 996.

Sed neſcia ſtare loco errantia ſydera,
PſeudoCæſar, PſeudoPapa
Creſcentius, & Ioannes XVII.
Sacerdotium diuidunt, & Imperium.

Otho Italiam repetit.

Quid dices? Romæ
Simonem ſediſse Ioannis, 997.
Vel Ioannem Simonem?
Qui Imperium venderet, vt Pontificatum emeret?
Emptorem Vrbs habuit? ergo venalis erat.

XIV. *Romam capit.*

Recurrit OTHO,
Romam vis occupat, quam ius deſererat.
Dumq; patrem reſtituit Vrbi.
Pater plauditur Orbis.

XV. *Intercedente B. Nilo, cum Ioanni indulſiſſet Cæſar, & Pontifex. Creſcentio verò iuraſſet Otho parcere; morti poſtea vtrũque adiudicarunt; è Capitolio præcipites dando.*

Omnes reuocauit ad limina, præter clementiam.
Cum minus in hominem, quàm in Deum poſſent Sancti
In verbo piſcatoris laxando retem periurij
Riſit, quum Io: & Creſcentius
Inter Cœlum, & Terram latè imperarunt
In amaro Mariæ mari Arragonum Regis filiæ
Vnam expiſcatus prolem, Adulterium
Nefario iure

XVI. *Adulterium vxoris punitum ab Othone Sal. An. 996. ſcribit Krantz. licet alij non concordent.*

Adulteram amauit, Adulterum cremauit.
Quaſi vna viris magis apta duobus:
Sic ſolùm in vna conſiſterent carne duo.
Nerones ſuos mulieres habent,

XVII. *Maria adulterij võuicta Oth. parcit* Matthias Chriſt.

Prò fœmina maſculum circumducens Maria;
Vterque genuit, nemo concepit, præter infamiam.
Natura prouida filias de matre æſtimans,

XVIII. *Iuuenem ſpecioſum ſub muliebri veſte in gynoceo tenebat Maria, quẽ cremari fecit Otto.* Matthias Chriſt. *Ex hac coniuge Otho liberos non ſuſcepit.*

Non tàm maſculos, quàm fœminas reſtitit procreari.
Vxori cum leno deeſſet, adfuit mariti pietas;
Et viros cum plus peteret, quàm peteretur,
Mutinenſis Comitis ſpecie capta
Coram caſto erubuit, quia non crederetur impudica.

XIX. *In ſui amorem Comitem ſollicitans non auditur.*

Vinciens, quem non vicerat,
Apud maritum adultera prouocauit inſontem
Poſcens interitum pudicitiæ.

XX. *Innocens Comes vt adulter à Maria accuſatur, ab Ottone damnatur.*

Indulſit maritus.
Non alius quàm Saxo
Dixiſſet adulteræ patronam caſtitatis.
Lictor itaq; immolat, libitinarius tumulat,

XXI. *Vidua Comitis ſeruato trunco mariti, accuſat Othonem vt iniuſtum.*

Exhumat vidua, & noua ſandapilaria
Dat ſinum in ſarcophagum.
Vſque dum ad Roncalenſium tribunal
Sine pſychagogia manes manuducit,

XXII. *Candente ferro maritũ cũ probaſſet innocentiam Comitis Vidua, igni vxorem ſuam damnauit Otho.*

Et trunco in Cæſarem reproducto
Non pythoniſſa laruas, ſed pyromantes elementa excantat.
Horrens Otho elementorum reſpuere ſuppetias,
Vt infamem corriperet, non famam
Quæ cornu eius exaltauerat in infamia,
Ardorem coniugis efflauit in flammas.

Latina

Sal. Anno 1002.

Latina ſupererat Lupa
Cuius lacte Paſtores ipſi enutriti,
Vlulabant ſuper gregem Domini.
Gallo cubante Petri
Aquilæ erat, diem clangere pœnitentiæ.
Sed Chriſti inebriata ſanguine Roma,
In Aquilam fulmina contorſit Germanam,
Quæ per ſubterraneos fugiens cuniculos
Iouem ſecum traxit
Ne moreretur captiuus:
Furentem populum Hugonis eloquentia decepit
Et Tullium ſuum Germania habens,
Barbaros Latinos in ſermone capit.
Sed nil fœminis Othoni grauius
Creſcentij vidua charior quàm decebat;
Spe coniugij deluſa, Medæam induit,
Et Othonis vitam
Quam pretio amoris nequijt exigere manibus
Chirotecis exègit.
Oh munus Regale,
Quod vitam poneret in manibus eius;
Hanc nimium palpando Otho placidè ſuffocauit.

XXIII. *Romanos [illegible] Otho reformare mores (nam & legem tulerat, nequis duos haberet Epiſcopatus) à Romanis furentibus obſidetur.*

XXIV. *Ope Hugon. Marchionis Thuſciæ, & Ducis Henrici per cumulos Otho fugit; dum longa oratione Hugo furentem decipit populum.*

XXV. *Creſcentij vidua, cum qua rē habebat Otho, ſpe nuptiarum deluſa, venenatis chirotecis Othonē perimit*

XXVI.

Moneta Aurea Othonis III. Imperator.



De Othone III. Antiqua Micylli Carmina.

His ſeptem inſtituit proceres, qui lege creato.
Teutonicoq; duci ſceptra gerenda darent.
Ipſe autem Latia dum ſedat in vrbe tumultus
Oppreſsère pium toxica pota virum.

De eodem.

Tertius infandos Creſcenti vindicat auſus
Hic Roma, vt perhibent, toxica miſta bibit.

CATENA HISTORICA

CAPVT SECVNDVM.

1 *Othonis III. parentes. 2. & 12. Cognomine Miraculum Mundi. 3. Quando natus. 4. Vbi natus. 5. Puer dictus. 6. Religioſus. 7. Linguæ græcæ peritus. 8. A quibus educatus. 13. Beneuolus. 14. Iuſtus. 15. Victu, & veſtitu magnificus. 17. Coronatur. 17. Rapitur ab Henrico Bauaro. 31. priuilegium commutandi mancipia dat Epiſcopo Adalgado. 38. & 46. & 62. Slauos vincit. 50. In Italiam vocatus à Io. Pontif. & Landulpho Archiepiſc. Mediol. 51. Filium Petri Vrſeoli in chriſmate leuat. 53. Mediolani coronatur. 55. S. Romualdum viſitat. 59. Romæ coronatur. 60. Ab vxore Mutinenſis Comitis de iniuſtitia poſtulatur. 61. Vxorem ſuam adulteram cremari mandat. 63. Placentinis ius ſcholæ dat. 65. Abbatem S. Galli in iudicium vocat. 66. Marchiones Montiſferrati plurimis donat ciuitatibus. 71. Brunonem Papam nomine Gregorium in ſedem remittit. 72. An periurus? 75. De fonte ſuſceptus fuit ab Antipapa. 77. Tiburtinos punit. 78. Pænitentiam agit. 79. S. Romualdo ſubditus. 83. Petri Vrſeoli Venetorum Ducis filium e ſacro fonte ſuſcipit. 85. Eccleſiæ factas donationes confirmat.*

9 *Villigiſus Archiepiſc. Mogunt. cur rotam feret pro inſignibus, quæ adhuc in Archiepiſcopatu perdurat. 29. Quando electus.*

16 *Maria Arragonenſis Vxor Othonis III. Effigies viua crematur 60.*

18 *Henricus Bauarus in Othonem III. molitur. 19. Alam populatur: rapit Othone III. 20. Reſtituere promittit. 21. Ad Boſlauum Bohemum confugit. 23. Othonem reſtituit. 57.*

22 *Bolislaus Dux Bohemorum Merſeburg occupat.*

24 *Lotharius Gallorum Rex in Othonem III. mouet arma; occupata reſtituit.*

25 *Merſeburgenſis Epiſcopat. remittitur.*

26 *Theophania S. Laurentius cur appareret. 27. Modeſtia, amor erga filiũ. 34. Mors.*

27 *Adheleida, & Sophia filiæ Othonis II. Moniales.*

28 *Dani Saxoniam populantur eorum ſtrages.*

30 *Adalgadu· Epiſcop. Bremenſis.*

35 *Henricus Dux Charionum filius Bertholdi moritur.*

37 *Adheleida Imperatrix ab Othone III. Nepote dimittitur.*

39 *Halberſtadenſis Eccleſia conſecratur.*

40 *Capuani Landenulphum trucidant. 43. Obſidentur.*

41 *Luidulphus Capuæ princeps. 58. ab Othone III. deponitur.*

44 *Venetorum fœdera cum Othone III. 45. Lauretum ſub Venetorum ditione.*

46 *Henrici Comitis filij Henricus, Vtto, Sigifrid. à piratis cæſi.*

47 *Duos Epiſcopatus vnus habere non poteſt.*

48 *Creſcentius ad Imperium aſpirat. 64. Antipapam intrudit. 70. De turri præceps datur, an contra fidem datam ab Othone III. 73. Vbi ſepultus. Epitaphium. 105. Eius vxor Othonem veneno perimit.*

49 *Io: Pontif. Creſcentio aduerſatur exulat. 53. Obit.*

52 *Landulphus Archiepiſ. Mediol. pacem init cum ciuibus. 56. Noua officia Capitaneorum, Valuaſorum inſtituit.*

54 *Bruno affinis Othonis III. in Papam eligitur. 71. Exul, Romæ reſtituitur ab Othone III. 76. Antipapæ parcere recuſat. 84. Veneno obit.*

57 *Gerberga ſoror Henrici Bauari Abbatiſſa*

58 *Aidemarius principatu Capuano donatur ab Othone III.*

60 *Comes Mutinenſis igni iniuſtè damnatus ab vxore ferro candenti vindicatur.*

63 *Io: Antipapa. 68. Excæcatur ab Othone III. 75. de fonte ſuſceperat Othonem 3. 86. Obitus.*

67 *Malateſta.*

74 *S. Nilus rogat pro Antipapa, nec impetrat. 76. ſuccenſet Othoni III. & Gregorio Papæ.*

80 *Regulares deſides an expellendi, vel reformandi.*

81 *Hugo Marchio Ateſtinus.*
82 *Petri Vrſeoli Venetorum Ducis laus. Effigies.*
83 *Venetorum Duces quando induerint auream clamydem.*
85 *Syluester II. Pontifex creatur.*
86 *Goldaſti doloſa hiſtoria.*
87 *Herebertus Archiepiſc. Colon.*
88 *Leo Epiſc. Rauennæ ab Othone III. priuilegium conſequitur.*
89 *In Poloniam peregrinatur Otho III. 90. Boleslaum Ducem Poloniæ, Regem facit. 94. & 15. ſolus capit in menſa ſedere. 95. Caroli M. oſſa effodit. 96. Sarracenos vincit. 97. Caſſinum Montem peregrinatur. 98. S. Nilum viſitat. 99. Ex Beneuento Romam Oſſa S. Paulini traducit. 100. A S. Romualdo inuitatur ad Monacatum. 102. Clerum reformare cogitat. 102. à Romanis obſeſſus. 104. Fugit. 105. Veneno obit. Vbi, quandò. 106. mortis cauſa ſupernaturalis. 107. Eius cadauer à militibus in patriam defertur. 109. Eius inteſtina Auguſtæ tumulantur. 110. Epitaphium. 111. Symbolus.*
90 *Polonia quando cæperit Regnum eſſe, & Hungaria.*
91 *Annus milleſimus ſine vlla ſolemnitate, contra antiquorum morem.*
92 *Iubilæi Annus non ſemper in vſu.*
101 *S. Romualdus mortem Othoni III. Imper. prædicit.*
103 *Hugo Thuſciæ Marchio, & Henricus Bauarus è manibus Romanorum Othonem III. liberant. Effigies.*
108 *Henricus Henrici filius inſignia occupat imperij.*

DE ORTV OTHONIS III.

Anno Sal. 983
I. OThone II. *Ruffo* Imperatore, & Theophania imperiali Græcorum germine Othonem Tertium cognomine *Miraculum Mundi* natum, nemo dubitat.
II. Annorum ſeries nutat in incerto. *Vrſpergenſis*, cui res ipſa apud *Ditmarum* ſuffragatur *admodum puerum* patri ſucceſſiſſe refert 984. Moritur quidem Otho III. Anno Sal. 983. filij tamē ſucceſſio, diſtractis in partes principibus, in ſequentem annum dilata creditur. Strictè itaque Ditmari ſi ſumas *pueri* verbum, non bene annotauit Henningeſius
III. Othonem natum Anno 973. neq; Sigonius, qui Annos natum XVIII. Patri ſucceſſiſſe ſcribit. Locum natiuitatis Ditmarus ſequentibus notat. *Huius* (ſcilicet Othonis II.)
IV. *inclyta proles, nata ſibi in ſylua, quæ Ketil vocatur &c.* Eius cognomina diuerſo explicata omine apud Italos non ſemper laudant. *Puer* V.
dicitur, quia cum Otho II. eius pater moreretur, vix II. Annos natus à Germaniæ proceribus Imperator declaratur. Itali verò malè ferentes externi regis imperium, *puerum* ignominioſè vocabant. Qui eum celebrant, barbara lingua dixere *Mundi Mirabilia*, quod poſtea reformatum cognomen in *Mundi Miraculum*. Illius æui an cognomina fuerint? incertum: cum Othonis II. & Othonis III. confuſa legantur cognomina, vt Otho II. *Miraculum Mundi* dicatur, Othonem verò III. *Ruffum*. Miraculum dixère Mundi, vt ad miraculum iure referatur, quod puero incolume inter tot turbas imperium ſteterit.

OTHONIS III. MORES. VIRTVTES. EDVCATIO.

PVeri imperio digna ſpeties, adeò Auorum eſt æmulata gloriam, vt *eo tempore* (Ditmarus ait) *non fuerit vllus largior, ac*
Lib. 7. de Regn. It. *per omnia clementior illo.* Sigonius ita laudat: *Fuit Otho bellica virtute auo inferior, religione*
VI. *verò, ac pietate, & Patre, & Auo multo ſuperior.* Vnde Paulus Langius tale concinnauit
In Cron. Citizēſi. elogium. *Otho Tertius, qui tunc rerum potiebatur, fuit vir in armis exercitatus, inſuper deuotiſſimus, ac pientiſſimus in Deum, & hominibus extitit: quandoquidem totam ſæpè hebdomadam præter quintam feriam ieiunabat, eleemoſynas largiſſimas dabat. Nullus deniq; largior, & clementior eo.* Exterius (vt ſcribit Ditmarus) quamuis *vultu ſemper hilari* *Lib. 4.*
ſe ſimularet, tamen conſcientiæ ſecreto plurima

Anno Sal. 983. *ingemiſcens facinora, noctis ſilentio, vigilijs,*
orationibuſque intentus, lacrymarum quoq; ri-
uis abluere non deſiſtit: Sæpe numero omnem
hebdomadam, excepta V. Februarij ieiunus
perducens.

VII. Tali itaque pietate, literas exornauit, vt
non minus literis, quàm armis dirigeret ha-
benas imperij. Linguam Græcam à matre
VIII. quaſi cum lacte materno hauſit, cuius tute-
la cum Germanica fortitudine Græcam co-
niunxit prudentiam. Inter eos qui educa-
tioni eius inuigilarunt, prima matri Theo-
phaniæ, & Auiæ Adheleidæ gloria debetur.
Proxima (ex Bæclero) *Hoiconi Comiti, cuius*
magiſterio, ab exceſſu patris commiſſus eſt.
Eius tutela à patre eius Othone II. Vvarino
Lib. 3. Archiepiſcopo Colonienſi commiſſa legitur,
cuius firmæ fidei ab Imperatore prædicto is com-
Ditm. lib. 4. *miſſus fuit*, ſunt verba Ditmari. Bernardus
etiam inter Othonis III. magiſtros legitur,
qui poſtea factus Epiſcopus Hildesheimen-
ſis. Villigiſo autem Epiſcopo Maguntino
Othonis III. ſumma cura, & eruditio à Ma-
IX. thia Chriſtiano tribuitur. Hic Villigiſus
Saxo fuit, humili genere patre rhedario, in
pago Saxoniæ *Schonningen* natus. Eius pru-
dentiam, & inſignem virtutem miratus Ot-
to II. ad Diaconatus officium euocauit in
aulam; in quo tanta dexteritate functioni
ſuæ præfuit, vt à ſecretis Conſul eligeretur,
& Imperatoris Cancellarius. Mortuo tan-
dem Roberto, Moguntinæ ſedis Archipræ-
ſule, in eius locum ſuffragatur, *multis hoc*
Lib. 2. (vt Ditmarus ſcribit) *ob vilitatem ſui gene-*
ris renuentibus, eidem præfecit Eccleſiæ. Scie-
bat enim, Petro atteſtante, quod non eſt perſo-
narum acceptor Dominus, ſed omnes ſe ex cor-
de diligentes præ cæteris amat, incomprehenſi-
bili honore remunerans. Qualiter autem hunc
Paſtorem futurum diuina pietas præſignauerit,
non eſt ſilendum. Huius mater quamuis pau-
percula, tamen, vt in ſequentibus apparet, dum
eumdem in vtero portaret, vidit per ſomnium,
quod Sol è ſinu ſuimet fulgens totam radijs flā-
mantibus repleret terram. Et in ea nocte, qua
hæc talem peperit infantem, ſimili procreatio-
ne hoc iumentum, quod ipſa in domo ſua ha-
buit, quaſi gratulabundum domina reſpondit
ille, qui tunc natus eſt, Sol erat, quia ſanctæ
prædicationis ſuæ radijs corda multorum à
Chriſti caritate torpentium illuxit. Et ideir-
co in eius natiuitate maſculini ſexus mirabilis
multitudo gignitur, quia vir Domini ad ſalu-
tem patriæ totius ſumma prædeſtinatione re-
gnaturus exoritur. Felix mater, quam Domi-
nus præ cæteris contemporalibus ſuis in tantum
viſitauit, vt prolem nobilioribus coæqualem,
vel etiam nonnullis meliorem, pareret, vt oſten-
ſæ ſibi viſionis ſpem oculis, & reſpſa veram eſſe
probaret. Verùm vt ſuæ conditionis, qua X.
natus erat rhedario patre, memor eſſet, ro-
tam multis in locis depictam, ſibi velut ima-
ginem modeſtiæ probandæ propoſuit, cum
hac inſcriptione *Vuilligiſe, Vuilligiſe recole*
vnde veneris. & prioris tuæ fortunæ memor,
quis nunc ſis conſidera. Inde etiamnum Ar- *Naucl. Tritem.*
chiepiſcopatus Moguntinenſis inſigne rotæ XI.
perdurauit.

Sub hiſce magiſtris tantum profecit Ot-
to III. vt *Mundi* diceretur *Miraculum*. Exē-
plo ſint *Clementia* tam erga adulteram co- XII.
niugem; quam perduellem Henricum Ba-
uarum; cui non tantum ignouit, ſed & Ba-
uariæ dono dedit ducatum, e quo ab Othone
II. pulſus erat. *Pietas, religio*, qua proauos
omnes antecelluit. *Beneuolentia* erga ſub- XIII.
ditos, quorum æquus parens ſæpe inuiſens,
fereq; curſitando per omnes imperij Prouin-
cias ad inſtar Solis recurrebat. *Iuſtitia* in XIV.
ipſam coniugem, cuius libidinem, & ty-
rannidem non tam adulteræ ſanguine eluit,
quàm nefariam ſuimet pietatem grandi ære
redemit à Comitis Mutinenſis vidua. *Ma-*
gnificentia in victu, & veſtitu. Hanc pro- XV.
bat veſtis illa precioſa, in qua tota Apocaly-
pſis Phrygio opere, perquàm eleganter, &
operosè intexta fuit, auroque inſignita. Il-
lum arguit conſuetudo menſæ ab eo intro-
ducta. *Solus* (Auctore Ditmaro) *Ad men-* *Lib. 4.*
ſam quaſi ſemicirculum factam, loco cæteris
eminentiori ſedebat: antiquam Romanorum
conſuetudinem iam ex parte magna deletam
ſuis cupiens renouare temporibus; qui diuerſi
diuersè accipiebant.

V X O R E S.

Vnam habuit Mariam Arragonum, & XVI.
Nauarræ Regis filiam, fœminam impudi-
cam, ſterilem, & virorum procacem,
Iuue-

Anno Sal. 983. Iuuenem muliebri habitu in gynæceo habebat, & ad libidinem exſaturandam ſecum circumducebat, cubiculariæ pretextu. Quod cum innotuiſſet Imperatori, multis adſtan-



tibus principibus iuuenis veſtibus expoliatus, & pro fœmina maſculus inuentus, viuus combuſtus eſt. Tandem ad Mutinam vrbem iterũ conuicta adulterij, viua crematur. *Ottau. Strada. Manth. Chriſt. Krant.*

IMPERII OCCVPATIO. *Sal. Anno* 983.

XVII. BEllorum diſcrimina Othone II. in Italia peragēte, eius iuſſu Otho III. Aquiſgrani in die proximi Natalis Domini ab Io: Archiepiſcopo Rauennate, & à Vvilligiſo Epiſcopo Moguntino vngitur, quo officio completo (ait Ditmarus) *mox legatus triſti nuntio tanta perturbans gaudia aduenit:* (mors ſcilicet ſignificatur Othonis II.) *Mouit multorum corda ineffabilis dolor, virtus ſublata queritur, quàm ſæpiſſimè incolumen homo fragilis, & dubius perſequitur.* Defuncto Othone, nouæ de ſucceſſione contentiones exoriuntur. Nam Itali regnandi cupidi Creſcentium Rom. Conſulem Imperatorem deposcebant. In Gallia Germanis bellum inferebat Lotharius de erepta ſibi ab Othone II. Lotharingia, & de axiomate imperij. In Germania Henricus Bauarus *ſoluitur à Traiectenſi cuſtodia, & ab eo Rex tenellus, ad nutriendum, ſiuè ad degradandum à Vvarino Colonienſi Archiepiſcopo, cuius firmæ fidei ab Imperatore Othone III. commiſſus fuit, aſſumitur.* Quomodò id acciderit Ditmarum Conſule in ſequenti. *Lib. 3.* *Lib. 4.*

RAPITVR OTHO III. AB HENRICO BAVARO.

XVIII. *ANno Dom. Incarn. DCCCCLXXXIV. Domina Imperatrix Theophania tertij Mater Othonis, & proh dolor in hoc ordine vltimi nouitate vulneris, & vnici abſentia filij percuſſa, ad Adheleidem Imperatricem Papiam ciuitatem veniens, magno ſuſcipitur luctu caritatiuoq; lenitur ſolatio. Præfatus vero Dux cum Poppone venerabili Epiſcopo, ſub cuius poteſtate diù tenebatur, & cum Ecberto Comite vinoculo, Agrippinam veniens, Regem*

Patro-

Sal. Anno 983, *Patronum legalis de Vvarino, vt prædixi, Archipræſule ſuſcepit, eiuſdemque auxilium cum omnibus, quos ad ſui gratiam conuertere poterat, firmiter eſt adeptus. Diſpoſitis autem, vt ſibi placuit, cunctis Dux ad Corbeiam cum eis venit, ibiq; Thiedricum, & Eſiconem Comites, ac Confratres nudis pedibus veniam poſtulantes dedignatur ſuſcipere. Quod hi ægrè ferentes abierunt, cognatoſq; ſuimet amicos à Ducis miniſterio toto mentis niſu amouère ſtudentes. Qui cum palmarum ſolemnia in Magdeburg celebrare voluiſſet, omnes regionis illius Principes huc conuenire rogauit, atque præcepit; tractans quomodò ſe ſuæ poteſtati ſubderent, Regni eum faſtigio ſubleuarent. Huic conſilio maxima pars procerum hoc dolo conſenſit, quod licentiam à Domino ſuimet Rege, cui iurauerat prius peteret, poſtq; ſe cura nouo Regi ſeruiret. Quidam autem ob eius indignationem digreſſi, occultis meditantur aſtutijs, qualiter hoc nunquam fieret. Iudè egreſſus Henricus proximum Paſcha Quidilingeburg feſtiuis peregit gaudijs. Quo magnus Regni primatus colligitur, à quibuſdam venire illò nolentibus, ad omnia diligenter inquirenda nuntius mittitur. Hac in feſtiuitate idem à ſuis publicè Rex appellatur, laudibus diuinis attollitur. Huc Miſeco, & Miſtui, & Boliſlaus Duces, cum cæteris ineffabilibus confluebant, auxilium ſibi deinceps vt Regi, & Domino cum iuramentis affirmantes. Multi ex his fidem violare ob timorem Domini non præſumentes paululum euaſerunt, & ad ciuitatem Heſſeburg, quo conſocij eorum aduerſus Ducem iam palam conſpirantes conueniebant, feſtinauere: Quorum hæc ſunt nomina. Ex Oriente hi Comites cum Bernardo Duce, & Thiedrico Marchione EKKihard Bio, Eſico; Bernuuardus Comes, & Clericus; Sifrith, eiuſq; filius Fridericus, & Ciazo confratres. Comprouincialium autem Thiedericus, & Sibert Confratres; Hoico, EKKihard, & Bezico, Germani, Brunig, & ſui, milieeſque S. Martins iuſſu Archipræſulis Vvillegiſi, quibus adhærebat occidentalium maxima multitudo. Quod Dux comperiens, ſuos magnis muneribus dicatos cum gratia dimiſit, ipſe autem cum valida manu ad perturbandam hanc coniurationem, ſeu pacificandam, ad Vverlù properans, Popponem miſit Epiſcopum, vt aduerſantes ſibi diſiungeret, vel reconciliare tentaret. Qui cum cepto itinere perſiſteret, hoſtes congregatos, iamque Ducem petere paratos, inueniens, vix pacem mutuam, in loco, qui Senſun dicitur ad condictum pepigit diem, ad quem Dux in Bauariam continuò proficiſcèns cum venire, aut noluiſſet, aut propter Henricum Ducem, qui tunc Bauarijs, atque Carentis præfuit, munere præfati Imperatoris non potuiſſet, hoſtilis im-*
manitas vrbem Comitis Ecberti, quæ Ala dici- XIX.
tur, poſſedit, deſtructiſq; penitus muris, intrantes ad Adheleidem Imperatoris filiam, quæ hic nutriebatur, cum pecunia ibi plurima collecta rapiunt, gaudenteſq; reddeunt. Dux autem conuerſus ad ſe omnibus Bauariorum Epiſcopis, Comitibuſq; nonnullis, Francorum terminos, his fretus ſocijs adijt, & in paſcuis ad Vueſenſtat pertinentibus, ad alloquendos regionis illius Principes conſedit. Magontinæ tunc prouiſor Eccleſiæ Vuilligiſus cum Duce Conrado, cæteriſque optimatibus huc venit. Hos Dux quibuſcumque valuit modis ſibi coniungere tentans, eoſque à promiſſa Regi ſuo cum ſacramentis fide numquam vita Comite receſſuros vnanimi eorum reſponſione percipiens, coactus eſt futuri timore duelli cum iuramentis affir-
mare II. Kalend. Iulij ad locum, qui Rara vo- XX.
catur veniret, puerumq; matri ſuæ, illiſq; redderet. Tunc vnuſquiſque remauit ad ſua, mente diuerſa præ gaudio, atque triſtitia. Poſt hæc Henricus Boslauum Ducem Boiemorum, in
cunctis ſuimet neceſſitatibus ſemper paratum, XXI.
cum ſuis adijt, honorificèq; ab eo ſuſceptus, cum exercitu eiuſdem à finibus ſuis per Miſeni, & Deleminci pagos, vſque ad Mogelini ducitur. Deindeque cum noſtris obuiam ſibi pergentibus ad Medeburum proficiſcitur. Vvagio vero miles Bolislai Ducis Boiemorum, qui Henricum cum exercitu comitabatur, cum ad Miſni redeundo perueniret, cum habitatoribus eiuſdem pauca loquutus. Fridericum, Rigdagi Mar-
chionis, tunc in Merſeburg commorantis ami- XXII.
cum, & ſatellitem, ad Eccleſiam extra vrbem poſitam venire, ac cum eo loqui, per internuntium poſtulat. Hic vt egreditur, portu poſt eum claudiẹur, & Rigdagus eiuſdem Ciuitatis cuſtos, & inclytus miles iuxta fluuium, qui Tibriſa dicitur, ab his doloſè occiditur. Vrbe autem prædicta Bolizlaui mox præſidio munita, eumdem citò dominum, & habitatorem ſuſcepit.

Anno Sal. 984 pit. A quo Volcoldus antiſtes vulgi inſtinctu varijs expellitur, & ad Vuilligiſum Archiantiſtitem veniens, benignè ab eodem ſuſcipitur. Hunc enim pro filio Epiſcopus nutriyt, & cum ad eas ordinaretur regiones, ſecundo Othoni, cui magiſterio præfuit, diligenter vice ſui habendum commendauit. Hoc ſemper iſte in animo tenuit, ac maximo honore cognouit, eo tunc adprimè, cum ſibi fuit neceſſe, & in Erfordia, quo ipſe deſiderauit, procurari eumdem ſummopere iubet. Ibi diù conuerſatus, poſt mortem Rigdagi Marchionis inclyto EKKihardo ſuccedente, & Bolizlauo ad propria remeante, ſedem propriam reuiſit, poſteaque Bolizlaui amicitiam firmiter acquirens, cum in Praga Cœnam Domini celebraret, poſteraq; die, quæ eſt Paraſceue, cum memoriam, diuinæ paſſionis ritè perageret, paralyſi perculſus, aſportatur, & in hac infirmitate, vſque ad finem huius vitæ, quamuis ad tempus conualeſceret, permanſit. Sedebat XXIII. Annos X. Kalend. Septemb. ex huius carnis ergaſtulo eductus. In huius vice Eid, noſtræ congregationis frater, vir iuſtus, & magnæ ſimplicitatis ordinatur, hortatu Giſileri Archipræſulis, de cuius inclyta conuerſatione multa ad ædificationem noſtram verba, cum tempus fuerit, narrabo, nunc inceptis perſiſtens. Interim fautores Regis Vuilhelmum Comitem, Duci nimis familiarem in Vuimari poſſidentes, comperto eiuſdem aduentu, illò feſtinant, ac iuxta villam, quæ Iteri dicitur, conuenientes caſtramentati ſunt, craſtino contra eum bellaturi. Quod cum Ducem protinus non lateret, Giſilerum huc miſit Archiepiſcopum, qui voluntatem eorum perquireret, pacemque ſi potuiſſet, vlla fieri ratione, firmaret. Hic cum ſenioribus congregatis ſuæ legationis aperiret ſecretum. Dictum eſt ab ijs, ſi Regem ſuum, & dominum reddere, nilq; de rebus ſuis præter Merſeburg Vualbizi, & Fraſu ad ſupra memoratum diem ſibi detinere voluiſſet. Idque Sacramentis credibilibus approbaret, quod tunc cum ſecuritate eorum ex parte conſolidata huic abire liceret: Sin autem, quod eundi, redeundique nullus viuo pateſceret locus. Quid plura? quicquid expoſcunt, craſtino impetrant, eumq; ad Merſeburg, vbi ductrix Giſſa longo triſtis ſedebat abceſſu, hi diſcedentes ire permittunt. Is vero cum fidelibus ſuis ſingula quaq; diſcutiens, ſeque ob Domini timorem, patriæq; ſalutem à propoſito receſſurum ſuo veraciter indicans, grates auxily ſuimet, & bonæ voluntatis condignas refert, & vt illum ad condictum pergerent diem, omnes caritatiuè poſtulat. Ventum ad Rara ab Imperatricibus, in Papia humiliter diuinam conſolationem huc, vſque præſtolantibus, & ab vniuerſis Imperij, ac Regni Principibus, fideliſque promiſſio Ducis completur, data cunctis, qui ad Regnum pertinebant, gratia ſui, abeundique licentia. Stella à Domino prædeſtinati Rectoris media die cernentibus clara refulſit. Fit vnus Laicorum, atque Clericorum in Chriſti laude concentus, ac prius repugnantium ſupplex affectus, conuenitque in vnum diſſona turba Dominum. Rex à ſuimet matre, Auiaque diligenter ſuſceptus, Hoiconis Magiſterio Comitis commiſſus eſt. Inter Regem, & Ducem pax firmatur, vſque ad ſupra memorata Vueſenſtat prata, vtriſque ſua petentibus. Conuenientibus autem his, malorum inſtinctu in malo diſceßerunt, ſicque multum temporis ſtetit internallum. Oritur autem inter hunc, & præfatum Henricum, qui minor dicebatur, magna ſeditio, quæ Herimanni Comitis conſilio poſtmodum finita, regis gratiam in Francofordi, & Ducatum deditius promeruit. Celebrata proxima Paſchalis ſolemnitas in Quidlingeburg à Rege, vbi quatuor miniſtrabant Duces, Henricus ad menſam, Conradus ad cameram, Hecil ad cellarium, Bernardus equis præfuit. XXIII.

BELLVM GALLICVM CVM LOTHARIO.

XXIV. INter imperij procos, Henricum ſcilicet Biuarum in Germania: Creſcentium in Italia: habuit etiam Lotharium in Gallia. Hic fluctuantes cum videret Germaniæ proceres, rurſus Germanias repetere in animum induxit; Annal. lib. 5. Virdunum (Auctore Auentino) vrbem expugnat, vrbis præſidem Godofridum capit. Vbi autem Ottonem Cæſarem declaratum eſſe audiuit, ei Virdunum, & Godefridum reddit. In paucis poſt diebus moritur, relicto filio Ludouico, qui vno dũtaxat anno occidentali Francia potitur, nẽpe abſq; liberis obijt.

RE-

Anno Sal. 984.

REMITTITVR EPISCOPATVS MERSENBVRGENSIS

XXV. Memorabile incrementum, quod Boſonis gratia Monaci S. Emmerammi Ratiſponæ ſcientia, & moribus clariſſimi viri, vt meritò nouus plauderetur Apoſtolus, à quo innumerus Populus ſacro regeneratus exultabat baptiſmate, Merſenburgenſis Eccleſia receperat, in lethale verſum eſt decrementum; cum Giſilarius inutilis vir ſui Epiſcopatus abalienauit bona, maximè *Bucel. par 1. in Catal. Epiſc. Lib. 3.* cum ad Archiepiſcopatum Magdeburgenſem eueheretur. Reſtitutum tamen ab Ottone III. ita apud Ditmarum legimus. *Imperator iam factus vir, vt ait Apoſtolus, euacuauit, quæ erant paruuli*, licet ſub Anno 984. hanc Epiſcopatus reſtitutionem notet Baronius, poſterioribus videtur eueniſſe temporibus, ex illis Ditmari verbis *Imperator iam factus vir*. Proſequitur Ditmarus, *ſemperque Merſeburgenſis deſtructionem Eccleſiæ deflens, quomodo hæc reuocaretur, ſedula mentis intentione voluebat, & quàm diu in corpore vixit, hoc votum perficere ſtuduit monitis piæ* XXVI. *matris. Quæ talia vt mihi meimet Suith poſt retulit, ſicut ab ipſa percepit, in ſomnis vidit. Apparuit ei intempeſtæ noctis ſilentio ſanctus Chriſti athleta Laurentius, dextero mutilatus brachio: cur, inquiens, quis ſim, non interrogas: & illa, non audeo, inquit, Domine mi. Ille autem perſequitur: Ego ſum dicens, & nomen intonuit. Quid in me modò ipſa conſideras: Tuus effecit ſenior, eius perſuaſu ſeductus, cuius culpa electorum Chriſti magna multitudo diſcordat. Poſt hæc nati ſui met commiſit fidei, ſeu viuente Giſilero, ſeu moriente fieri potuiſſet, redintegrato Epiſcopatu, patris ſui animam in nouiſſimo die ad æternam requiem renouaret.* Hæc in Germania, vſque ad annum 988. non aliud memoria dignum legimus, Rege adhuc in minoritate. *Mater eius Theophania* (Ditmaro Auctore) *quamuis* *Lib. 4.* *ſexu fragilis, modeſtæ tamen fiduciæ, & quod in Græcia rarum, egregiæ conuerſationis fuit,* XXVII. *regnumq; filij eius cuſtodia ſeruabat virili, demulcens in omnibus pios, terrenſq; ac ſuperans erectos. De fructu ventris ſui decimas Domino obtulit filias ſuas, ad Quidilengeburg Adheleidam nomine, alteram ad Gandersheim, quæ Sophia dicitur.*

BELLVM DANICVM. *Sal. Anno 988.*

XXVIII. Iam diù pacifica Minerua regnauerat, Mars ferox hoc Anno graſſatur; eius ductu Dani ingenti claſſe per Albim in Saxoniam irruentes, Stadenſem vrbem expugnarunt, eamque in deditionem acceperunt, vnà cum Marchione; vindices prædę Saxones vicerunt, non paucis nobilibus interfectis. Ope autem piſcatoris euaſit; vnde exacerbati Dani reliquos captiuos manibus, & pedibus, naſoque mutilarunt, vt pleni opprobrio reuerterentur in patriam. Porrò cum præda onuſtos regrediendi lateret aditus, Herbartum quendam Saxonem coegerunt, vt dux itineris eſſet. Sed ab eo in paluſtria loca doloſè abducti ad vnum omnes à Saxonibus cæſi ſunt num. 20000. & præda recuperata. Auctore *Abb. Stadens*

Circa temporum ſupputationem Lambertum Schafnaburgenſem liceat adnotare deceptum, dum Vvilligiſum in Maguntini Epiſcopi Ruperti locum ſucceſſiſſe ſcribit. XXIX. Nam Vvilligiſus, vt ex Ditmaro, & alijs tranſcripſit, Bucelinus ab Othone II. electus fuit circa Annum Salut. 977. quo obijt Rupertus.

XXX. Hoc Anno Sal. 988. die 20. Martij, Otho III. Imper. Adalgado Archiepiſcopo Bremenſi dedit poteſtatem emendi, & emendi, vel mutandi mancipia: permiſit etiam, vt ipſi liceret emere agros, prædia &c. quæ poſtea immunitate fruerentur Eccleſiaſtica, vt ex imperialibus Conſtitutionibus apud Goldaſtum legimus; quæ ſunt.

OTHO-

Anno Sal. 988.

OTHONIS III. MIRABILIS IMPERATORIS AVGVSTI.

CONSTITVTIONES.

XXXI. I. De mancipiorum proprietate.

*OTho diuina fauente clementia Rex
Adaldago Bremenſi Archiepiſcopo.
Mancipia, Litum videlicet cum filÿs eius,
& filiabus, omniq; progenie, quæ ex ÿs per ſuc-
ceſſura tempora fuerint procreata: omnem etiã
eorum poſſeſſionem, ſeu adquiſitionem tibi in
proprium tradita, eo tenore donata cenſentur,
vt ipſe dehinc poteſtatem habeas, ſiue retinen-
di, dandi, vendendi, commutandi, ſeu quod-
cumque tibi libitum fuerit inde faciendi. Dat.
Vuildeshuſen XIII. Kalend. April. Anno Dom.
Incarnat. 988. jndict. I. Anno autem Regni
noſtri V.*

II. De Libertate Eccleſiarum in Regno
Danorum.

XXXII. *Otho Dei Clementia Rex. Ob petitionem,
& interuentum dilecti noſtri Adaldagi, Bre-
menſis Eccleſiæ videlicet venerabilis Archiepi-
ſcopi, ac pro ſtatu, & incolumitate Regni no-
ſtri, quicquid proprietatis in Regno Danorum,
ad Eccleſias in honorem Dei conſtructas, videli-
cet Slieſuuicenſem, Ripenſem, Aruſenſem, Ot-
toneſuuigenſem, vel adhuc pertinere videtur,
vel in futurum adquiratur, ab omni cenſu, vel
ſeruitio noſtri iuris abſoluimus; & vt Epiſco-
pis præſcriptarum Eccleſiarum, abſque vlla Co-
mitis, vel alicuius fiſci noſtri exactoris infe-
ſtatione ſeruiant, & ſuccumbant, volumus,
& firmiter iubemus.*

*2. Inſuper concedimus prædictarum Eccle-
ſiarum Epiſcopis, vt poteſtatem habeant emen-
di agros, poſſeſſiones, & prædia, in omnibus Re-
gni noſtri partibus, vbicunque velint, aut poſ-
ſint.*

*3. Seruos vero, & colonos in eorum proprie-
tatibus habitantes, nulli niſi ÿſdem Epiſcopis
ſerituros, ab omni etiam noſtri iuris ſeruitio
abſoluimus, & ſub nullius banno, vel diſcipli-
na illos, niſi ſub illarum Eccleſiarum Aduoca-
tis eſſe volumus. Dat. Vuildeshuſen XV. Kal.
Apr. Anno Dom. jncarn. DCCCCLXXXVIII.
jndict. 1. Anno autem Regni noſtri V.*

III. De priuilegÿs Venetorum.

Otho Dei fauente Clementia Rex. Ob peti- XXXIII.
*tionem, & interuentum honorandæ noſtræ auiæ,
Adheleidæ Auguſtæ, & pro ſtatu, ac incolumi-
tate ſacri jmperÿ, conceſſimus; Ne in riparum
legibus, & tranſitibus aliquid noui ſtatueretur:
vt ſerui capti redderentur: vt bona Eccleſiæ
Gradenſis, & aliarum, itemque Monaſterio-
rum poſita in Regno, atque illis in vrbibus, ca-
ſtris, montibus, campis, nemoribus, aquis, aqua-
rumductibus, molendinis, piſcationibus, & ve-
nationibus, à Venetis ante triginta annos poſ-
ſeſſa, quiete tenerent, & amiſſa recuperarent.
Vt nullus Princeps aliquem Venetorum coerce-
re, aut fodrum exigere, aut banno mulctare
poſſet. Lauretum, quouſque aqua ſalſa perti-
neret, in eorum poteſtate maneret. Dat. XIV.
Kal. Aug. jndict. V. Anno Dom. DCCCCXCII.
Anno vero Regni noſtri Nono.*

THEOPHANIÆ MORS.

XXXIV. DOmitis hoſtibus, cum Domi foriſque
optata Regnum frueretur pace, re-
ligionis ergo Romam perrexit Imperatrix
Theophania; Porro vix perſolutis votis
Sal. Anno 989. obitus eius ſigna percurrunt.
Sol deficit XII. Kalend. Nouembr. V. diei hora
Lib. 4. (Auctore Ditmaro) magnatum, mortem,
vel regnorum euerſionem, aut morbo, fer-
ro, igne, aqua occurrentem prognoſticum
XXXV natura prædicens. Moritur itaque *Henri-
cus Charionum Dux, & apud Altaic inferius*
Lib. 5. *iuxta patrem Bertholdum* (Auctore Auenti-
no) *ſepelitur, vbi eius monumentum extat, &
oſtenditur. Ducatum eius poſtea adminiſtra-
uit Conradus frater Gregorÿ V. Pont. Max.* XXXVI.
Sequenti poſtea Anno, qui fuit Domin. In-
carnat. 990. *Conſumato in bonis vitæ ſuimet
curſu in Numagen Theophano infirmatur Im-
peratrix, atque ab hac vita XVII. Kalen. julÿ
diſcedit, ſepulta ab Euergero, ſanctæ Colo-
nienſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, in Monaſterio
S. Pantaleonis, quod datis impenſis Bruno Ar-
chipræſul ibi requieſcens conſtrui præcepit, præ-
ſente filio, ac multa prò remedio matris his con-
fratribus largiente. Quod cum inclyta Impe-* XXXVII
ratrix Adheleidis comperiret, triſtis protinus

Sal. Anno 990. *effecta, Regem tunc VII. Annos regnantem viſitando conſolatur, ac vice matris ſecum tandiù habuit, quoad ipſe proteruorum conſilio iuuenum deprauatus triſtem illam dimiſit.* Itala cum eſſet, propugnaculum Othonis fuit, ne in Regis minoritate Italia tota Creſcentio coronam deferet imperij. Regem ſuum nondum Italia viderat, & tamen Othonis lege viuebat, munera dabat, dignitates gerebat. *Gothifredo Mediolanenſi Archiepiſcopo mortuo, Bonicius dux ab Othone* (Sigonio teſte) *dignitatem eam Landulpho filio ſuo impetrauit.* lib. 7. de Regno Italiæ. Populo verò Landulphum repudiante, atque armis ab Epiſcopij aditu repellente, ciuium certamine diſtracta ciuitas, Bonicij cęde, & ſelectorum ciuium, conualere non valuit, priuſquàm Otho III. in Italiam deſcenderet.

SVPERATIS SLAVIS
Conſecratur Eccleſia Halberſtadenſis.

XXXVIII. TEmporum vel rara felicitas, vt Domi foriſq; hoſtem haud timeret Imperator; vel Croniſtarum iniuria, Ditmari pręcipuè circa œconomiam familiarum potius, quam politiam Reipublicæ ſatagentis memoriam. Ingruens tunc Slauorum bellum (quo Anno? minimè ſignat) paucis expedit.
Lib. 4. *Slaui* (inquit) *iterum appetiti ſubduntur regi, renouatis iuxta Albim caſtellis.*
XXXIX. Halberſtadenſis verò Eccleſiæ conſecrationem prolixiùs deſcribendo, ait. *Anno Dom. Incarnat. 991. Hillibardus ſanctæ Halberſtadenſis Eccleſiæ venerabilis Antiſtes, Templum Domini, quod ipſe à fundamentis ædificans, tandem ad vnguem vſque perduxit XII. Kal. Nouemb. dedicauit. Adfuit ibi tunc Rex cum Imperatrice Adheleida, Auia eius, & Abbatiſſa Mectildis, & Archiantiſtites hi: Vuilligiſus, Giſilerus, & Lieunizzo cum ſuis confratribus XVI. Feſtiuitas autem erat eadem Chriſti confeſſoris Galli.*

XL. Italicam pacem hoc Anno Capuani turbant, & Landenulphum principem (Auctore Sigonio) *cum poſt matrem Aloaram menſes IV. Capua rerum eſſet potitus, perfidi ciues in æde S. Marcelli crudeliter occidunt, ad quam quinta feria Paſchatis ex vetere Principum more proceſſerat. Laidulphus frater eius Principatum excepit. Cuius mortis vlciſcendæ cauſa Tranſmundus, Comes Teatinus, affinis eius cum Ratualdo, & Oderiſio Marſorum Comitibus exercitum contraxit, & Capua per* XLI.
XV. dies obſeſſa, latè omnia peruaſtauit. Sequenti verò Anno, Hugo Sigeberti Marchionis Ateſtini filius ab Othone miſſus eandem XLII.
obſidionem continuauit, quouſque cædis auctores in poteſtatem redegit, quorum alios de furca ſuſpendit, reliquos varijs cruciatibus necauerunt.

Legitur (hoc Anno apud eundem Sigonium) *diploma Adheleidæ Auguſtæ Auiæ rogatu conceſſum XIV. Kalend. Aug. indict. V. Anno 992. Othonis regnantis Anno IX. Petro Duci Venetorum datum.*

Ne in riparum legibus, & tranſitibus aliquid noui ſtatueretur, vt ſerui capti redderentur, at bona Eccleſiæ Gradenſis, & aliarum, XLIV.
itemque Monaſteriorum poſita in Regno, atque illis in vrbibus, caſtris, montibus, campis, nemoribus, aquis, aquarum ductibus, molendinis, piſcationibus, & venationibus à Venetis ante triginta annos poſſeſſa quietè tenerent, & amiſſa recuperarent. Vt nullus Princeps aliquem Venetorum corrcere, aut fodrum exigere, aut banno mulctare poſſet. Lauretum, XLV.
quouſque aqua ſalſa pertineret, in eorum poteſtate maneret.

IN SLAVOS EXPEDITIO, ET PIRATAS.

XLVI. SLauorum natio natura fera, ſolo manſueta timore in Regem mollitur. Vindex Otho Brandeburgam (Auctore *Schafnab.*) obſidet eo tempore, quo excurrente pirata, filij Henrici Comitis Henricus, Vdo, Sigifridus cum piratis infeliciter pugnant, nam vnus occiſus, duo ſunt capti.

Anno Sal. 992 993.

DECRETVM NE VNVS DVOS REGAT EPISCOPATVS.

XLVII. OThoni cum eſſet imperium ſuum le-
gum fulcire obſeruantia, *Zelo Dei
motus Giſilarium Archiepiſcopum, eo quod
duas ſupra memoratas teneret Parochias, in
Synodo Romana iudiciali ſententia ab officio
ſuſpendi, ac per internuntios ab Apoſtolico miſ-
ſos eundem illò vocari, & comparère præce-
pit. Verum interim Giſilarius paralyſi per-
culſus comparère nequiuit, ſed dictas Paro-
chias in finem retinuit. O ſi noſtro hoc mulie-
bri tempore Otho ille Chriſtianiſſimus viueret
jmperator, & in Eccleſia Chriſti monſtrum
hoc tricorporeum cerneret, dubio procul omni
molimine in eius inſurgeret exterminium. Qui
cum quondàm ſuſtinère æquanimiter non po-
terat, vnum duobus præeſſe Epiſcopatibus etiā
vicinis, & eiuſdem penè Diœceſis: quomodò
vnum tribus, & quidem maximis, & opu-
lentiſſimis præſidere pateretur Archiepiſcopus.*
Hæc in Germania.

Anno Sal. 994

OTHO CONTRA CRESCENTIVM IN ITAL. VOCATVR.

XLVIII. QVùm Romæ Creſcentius Nomenta-
nus ingenti fauore Populi conſula-
tum adeptus, nouam aliam, eamque perni-
cioſiorem ſeditionem excitauit. *Hic* (ſunt
verba Sigonij) *vt erat altiſſimo animo prædi-
tus, non modò veterem Ciuitati libertatem re-
cuperare, ſed etiam jmperij titulum ſibi aſci-
ſcere geſtiebat, ægrè admodum ferens, eum iure
quaſi hæreditario ad exteros eſſe translatum.
Nam quamdiù ſtirps Caroli Magni ſuperſtes
fuit, Francos in poſſeſſione fuiſſe, illa extin-
cta cum Italici auitam renouare dignitatem
vellent, tamen inteſtinis odijs, ciuilibuſque di-
ſcordijs propoſito excidiſſe. Ita rem ad Otho-
nem Germanum hominem deuolutam, ab Ot-
tone filium ad tantum faſtigium ipſo Pontifi-
ce colendo eſſe prouectum. Quo mortuo, nepo-
tem eo domeſtica vſurpatione potentiæ potius,
quam iure aliquo aſpirare. Agendum igitur,
atque obuiam eundum eſſe, omnique ope niten-
dum, vt vnde emanauit, eo tandem aliquan-
do jmperium redeat. His vocibus Populus Ro-
manus inſtinctus opem illi ſuam ad tantum
decus recuperandum polliceri, atque eum, vt
in bene cæpto perſeueraret, hortari. Petenti in-
de à Pontifice, & vt ipſe conſilia ſua adiuua-
ret, Ioannes ſiue Reipubl. ſiue Othonis carita-* XLIX.
*te impulſus ſe facturum negauit. Qua re ira-
tus Creſcens ipſum ſequenti Anno* (Salut. ſcil.
994.) *ex vrbe depulit, ac Romam, & propin-
qua aliquot Romæ oppida ſub ditionem ſuam
adduxit. Ioannes in proximam Etruriæ, quæ
Pontificiæ ditionis erat, regionem cum ſe rece-
piſſet, quod par ad vim, neque faciendam, ne-
que propulſandam eſſet, continuò Othonem de
nouis Creſcentis conſilijs, deque toto ſtatu Ec-
cleſiæ fecit certiorem, orans, vt ſibi ad Eccle-
ſiam, patriamque recuperandam eſſet. Sub
idem etiam tempus Landulphus Archiepiſco-* L.
*pus Mediolano eiectus, cum comparato exerci-
tu in aciem cum Mediolanenſibus deſcendiſſet,
ac magno prælio in campo Carbonariæ ſupera-
tus eſſet, & ipſe ad Othonem opportunè auxi-
lium imploratum accurrit. Ita Otho ſimul
Pontificis, atque Archiepiſcopi voluntate com-
motus, ſimul vt Regni, jmperijq; inſignia, quæ
illi pollicebantur, patrio, auitoque more ſuſci-
peret, ac Regnum ſæuis ſeditionum procellis
agitatum, aut iure dicundo, aut bello gerendo
componeret, expeditionem in Italiā adornauit.*

OTHO IN ITALIAM DESCENDIT:

BRVNONEM in Pontificem ſubrogat. *Sal. Anno 995.*

LI. NAtale Domini Coloniæ quum celebraſ-
ſet Otho, cum ingenti digreſſus exer-
Sigon. citu *Alpes emenſus Veronam acceſſit, vbi Pe-
trum Vrſeolum à patre Duce Venetiarum ob-
uiam ſibi miſſum in chriſmatis ſacramento ſu-
ſcepit, ac pro Petro nominari Othonem, iuſſit.
Inde aduerſus Mediolanenſes progreſſus vrbem
valida armatorum corona circundatam dili-
genter inſtituit obſidere. Non erat dubium,
quin, ſi pergeret, breui eam expugnaturus eſ-
ſet. Id quod, cum quanto patriæ ſuæ detri-* LII.
mento euenturum eſſet, Landulphus præſens

Sal. Anno 995. *videret, ſtatuit, inconſulto Othone, pacem cum*
Ciuitate componere: itaque primores aduerſæ
partis ad ſe aliquot accerſiuit, & ingentibus,
vt ſe in vrbem reciperent, promiſſis oneratos il-
lexit, atque ita obſidioni finem impoſuit. Inde
LIII. *in vrbem ingreſſus Othonem regio diademate*
decorauit. Interim, aduentu Othonis in Ita-
liam cognito, Creſcens rebus diffiſus ſuis Ioan-
nem per affines, & propinquos eius ſibi reconci-
liarat, & in vrbem ex Tuſcia reuocatum ipſe
eum Senatu omnibus honoribus ad pedes eius
prouolutus coluerat. Paulò tamen poſt Pon-
tifex vita ceſſit. Quo comperto, *Otho re*
Mediolanenſi compoſita, Rauennam verſus
LIV. *mouit, ac Ioannem Pontificem mortuum au-*
diens, ibi vſurpato iure Brunonem Saxonem
propinquum ſuum (Nepotem Othonis fuiſſe,
Othonis filium Ducis, ſcribit Ditmarus)
Conradi Sapientis fuiſſe nepotem nonnulli
ſcribunt, inter quos Auentinus, cuius ver- Annal.
ba, *Brunonem igitur domeſticum ſuum Sacer-* lib. 3.
dotem, virum apprimè ſtudioſum, atque per-
quamdoctum, filium Othonis, Nepotem Con-
radi, ab Vgris ad Auguſtam Rhætiæ ante An-
nos vnum, & quadraginta occiſi pronepotem
ex filia Luitgarda Imper. Othonis Magni Cæſ.
Aug. Pont. Max. capit, Gregorium V. vocat
(XVI. Kalend. Iul. ex Sigonio) *per Vuilligi-*
ſum collegam eius Romam præmittit, ipſe cum
copijs veſtigia horum ſubſequitur.

OTHO IMPER. S. ROMVALDVM VISITAT.

LV. ROmano per Othonem Imperatorem
conſtituto Pontifice, etiam *Claſſen-*
In Rom. c. 22. *ſem Abbatiam* (vt Petrus Damiani ſcriptis
prodidit) *ordinare deſiderans, optionem fra-*
tribus dedit, vt quem ipſi vellent, indubitanter
eligerent. At illi continuò vnanimiter expe-
tunt Romualdum, qui tunc habitabat inſulam
Paretum dictam, duodecim milliaribus Ra-
uenna diſtantem. Imperator autem diffidens,
beatum virum ad Regiam euocari poſſe per
Nuntium: ire ad eum per ſemetipſum voluit,
& ad cellam eius, Sole iam occidente, perue-
nit. Cui Romualdus, quia magnum hoſpitem
in parua domo ſuſceperat, lectulum ſuum ad
requieſcendum dare dignatus eſt. Coopertorium
autem Rex noluit, quia aſperrimum iudica-
uit. Mane autem facto Rex eum ſecum ad
palatium duxit, tandemq; & inſtare, ut Ab-
batiam ſuſciperet, multis precibus cepit. Qui
cum reluctaretur, & regia petitioni aſſenſum
penitus denegaret. Rex autem è contrario ex-
communicationem, & anathema ab omnibus
Epiſcopis, & Archiepiſcopis, & tota Synodo
minaretur: tandem imminente neceſſitate ſuc-
cubuit, & animarum regimen coactus accepit.
Referebat tamen hoc ſibi non uideri nouum, ſed
ante quinquennium ei fuiſſe reuelatum.

Interim Landulphus ſoluendæ fidei (Au- LVI.
ctore Sigonio) *gratia prædia, ac dignitates*
Eccleſiaſticas poſſeſſoribus omnes ademit, atq;
ijs, per quos reſtitutus erat, diſtribuit: ac noua
Eccleſiaſtici feudi ratione inita, in plebibus,
caſtris, & tribubus vrbis locauit; eoſque, &
ipſe Capitaneos appellauit; quam rem ægre fe-
rentibus cæteris, ac mortem ei propterea com-
minantibus, eò confugit, vt Capitaneos par-
tem dignitatum cum ijs communicare præcepe-
rit: ex quibus qui acceperunt, ij Capitaneorum
Valuaſores dicti ſunt; reliqui inde, qui artes,
opificia ue tractarunt, noua ſe Credentiæ nomi-
ne appellarunt. Ex Tribus autem fratribus
maximum natu Capitaneum Carcani fecit,
minorem Pirouani, minimum Meregnani; vn-
de nobiles horum nominũ familiæ dimanarunt.

MORITVR HENRICVS DVX BAVARIÆ.

LVII. POſt Magdeburgenſia Comitia 994. vel
995. celebrata (latet) quò Henricus
Bauarorum Dux venerat vnà cum Ratisbo-
nenſi Gebehardo, inter quos longa conten-
tio, bono tamen fuit finita conſilio, *pius ille*
(Ditmaro Auctore) *qui omne ſuimet delictum*
Lib. 4. *continuis mundauit eleemoſynis, inde pergens*
ad Gandersheim, vbi Domina Gerberg, ſui-
met Soror, erat Abbatiſſa, ægritudine premitur
ſubitanea, & tunc vocatus ad ſe æquiuocum
eius talibus inſtruit. Vade celeriter ad pa-
triam, ac diſpone Regnum, ac nunquam Re-
gi, ac domino reſiſtas tuo: multum enim me
pœnitet hoc vnquam feciſſe. Patris memor ſis
tui,

Anno Sal. 996 *tui, quia nunquam in hoc ſæculo videbis: filioque mox obeunte, Dux præclarus in infirmitate ſua ſemper Kyrieleiſon ex corde clamans migrauit ad Chriſtum V. Kalend. Septemb. ſepultus ibidem in medio Eccleſiæ coram Sanctæ Crucis Altari. Quod cum filius eiuſdem comperiret, electione, & auxilio Bauarorum patris bona apud Regem obtinuit.*

LAIDVLPHVM CAPVÆ PRINCIPEM OTHO DEPONIT. ROMÆ CORONATVR. *Sal. Anno 996.*

LVIII. PEr portas iuſtitiæ annum ſextum ſupra nonocenteſimum, & nonageſimum ingrediente Othone, cum in Campania Landenulphum Principem Capuani trucidaſſent, ac fratrem eius Laidulphum, qui in eum conſpiraſſe dicebatur, ſuffeciſſent. *Hanc rem animaduerſione dignam Otho exiſtimans Laidulphum de principatu deiecit, & trans Alpes relegauit: atq; Aidemario cuidam Capuano, quem ſecum à puero educatum unicè diligebat, quemq; paulò ante Marchionem fecerat, Capuanum principatum attribuit. Rauenna inde decedens Romam venit, & coronam imperatoriam magna pompa V. Idus* LIX. *May, qui dies erat Pentecoſtes* (Nono Kalen. Iulij vult Auentinus) *à Gregorio vnà cum Maria coniuge ſumpſit; ac rebus Romanis ordinatis in Lombardiam receſſit. Ibi Ioanni Archiepiſcopo Rauennati mortuo Gerebertus Archiepiſc. Rhemenſis eſt ſubſtitutus.*

Sigon. Lib. 7. de Regn. It. — Annal. lib. 5.

MARIA OTHONIS CONIVX, VT ADVLTERA CREMATVR.

LX. IN agro Mutinenſi agente Othone, memorabile incidit exemplum, ad erudiendos iudices, nè præcipites iudicia ferant. Maria Auguſta (ſi fides Krantzio, Sifrido, & Sigonio) Comitem Mutinenſem in amorem pellicere ſui conata, poſtquàm libidini ſuæ reluctari vidit, ira furens ſe ab illo de ſtupro tentatam, apud Othonem inſimulauit; vt eum Imperator inauditum decollari præciperet. Hic antequam duceretur ad rogum ſuam rogauit vxorem, vt iudicio candentis ferri poſt mortem eum comprobaret innocuum. Se enim citius millies moriturum teſtabatur, quàm inhoneſta cogitatione imperialem temeraret thorum. Conuentu inde populis ad Roncalias inſtituto, vt viduis, & pupillis ius diceret, adfuit & fœmina, caput Comitis ſecum habens, quæritq; qua morte ſit dignus, qui iniuſtè aliquem occidiſſet? Othone reſpondente, capitis priuatione: ait illa: Tu es ille vir, qui maritum meum ad ſuggeſtionem vxoris tuæ iniuſtè occidi mandaſti. Simulque in medium mariti ſui caput proiecit. Qua voce audita mirabundus Otho, at tu (inquit) quonam pacto, viri tui, quam iactas innocentiam comprobabis? *Cui illa* ferro candenti, inquit, atque mox inſpectantibus cunctis ferrum ignitum iuſſu Othonis allatum ſine vlla offenſione prehendit. Ea re Otho confuſus, ſe quidem pœna dignum eſſe dicere, verum ad eam ſubeundam ſpatium poſtulare. Tum mulier tribus vadimonijs dilatis, atqui (inquit) ego ſupplicio Reginæ contenta ſum, cuius nefaria calumnia maritus meus eſt oppreſſus. Otho, muliere collaudata, Reginam igne cremari iuſſit, mulierem verò propter dilata ſibi vadimonia quatuor in Etruria caſtris donauit. Caſtra hæc ſunt in Epiſcopatu Lunæ, & vocantur ab inducijs dierum, decimum, octauum, ſeptimum, ſextum. *Huius iudicij* (ait Sigonius) *Gotfridus eſt Auctor.* Cuius hæc, quæ ſequuntur carmina *(dicta* Viterbiē. in Cron.

Saxon. l. 4. c. 26.

Eſt iuxta Mutinam, Comitis domus, Amola
Imperij tunc obſequij, iuſſiſq; relicta,
Qua vacat hoſpitijs crebius Otho ſuis.
Corpore glorificum Comitem, vultuq; decorum,
Dum Regina videt, ſtimulis vrgetur amorum,
Et cupit hunc Regis clam violare thorum,
In vitium Regina virum dum flectere credit,
Veſte trahit Comitem, tractus ſine veſte recedit,
Spreta dolens mulier, vota nefanda dedit.
Protinùs aſcito queritur Regina marito,
Suggerit, ut Comitis caput amputet enſe petito;
Crimine mentito credidit Otho citò
Dum Comes in culpa domina teſtante putatur,
Iam dolus aſtruitur, citò mors indigna paratur,

Nec

Anno Sal. 996.

Nec locns inſonti pandere vera datur.
Indicat vxori propria Comes acta pudoris,
Dicens, opto mori, quam Regis abeſſe decori,
Se mihi proſtituit fœmina digna mori,
Et quia delitui, fugiens luxnm Mulieris,
Iudicor ad mortem, mihi non licet acta fateri,
Tn mihi poſt mortem conſcia teſtis eris.
Si dubium videatur eis, quod teſte probabis,
Iudicio candentis eos ferri ſuperabis,
Sic mihi poſt mortem gaudia fama dabit.
Vxor ait; fuge quum poteris, nè ſic moriaris;
Ille refert; magis opto necem, quā ſons reputari:
Qui fugit, ille magis ſuſpicioſa trahit.
Dixit, & in fatum pręcone trahente vocatnr,
InſequiturComitiſſa virū, quia fraude necatur,
Morte data Comitis detulit ipſa caput.
Iudicij cauſas dum præcipit Otho parari,
Imperat, & viduas celebri præcone vocari,
Hiſq; pijs ſtudijs iura cupita dari.
Aſtitit occiſum plorans Comitiſſa maritum,
Et qneritur, quia iudicium dat Cæſar iniquū,
Cni pro more loci nititur arte loqui.
Dicis ei; Dic, pęna reis quo iure paratur
Si rupta quandoqne fide vir fraude necatur?
Retnlit Otho; caput perdere iure datnr.
Intulit hæc; tua te Cæſar ſententia damnat,
Fraude meū iugulaſſe uirum te crimine pandō,
Si vis iura coli, te decet inde mori.
Hæc tacuit; Rex obſtupuit, dicens mulieri;
Neſcio quid quæris, neque vera tuliſſe videris,
Huius enim ſceleris quis tibi teſtis erit?
Ecce caput Comitis (dixit Comitiſſa) paratum,
Fraude tua perijt, proprium cognoſce reatum,
Suſcipe iuditium, te perhibente datum.
Rex ait; Iſte Comes, meruit pro crimine mortē;
Illa negat, cupiens ignitam ſumere ſortem;
Rex parat ignita, fœmina vincit ita.
Dum laqueo iuris ſe conſpicit Otho ligari,
Mira viri bonitas ratione poteſt ſuperari,
Fœmineis manibus ſe ſinit: ipſe dari.
Dū Regem Comitiſſa tenet, dat Regis honeſtas
Vt capitis ſit plena ſibi collata poteſtas,
Sic, vt & arbitrio ſtet, cadat ipſe ſuo,
Cogitat illa modum, quo Regem perdere poſſit,
Inducias tunc Rex modicas pro tempore poſcit,
Addunt, & proceres cum pietate preces.
Innumeris precibus procerum ſimul, et mulierū,
Regia vita decem ſpatio datur eſſe dierum
Sic ratione virum fœmina vicit herum.
Iam decima veniente die, caſumq; minante,
Otho redit, Comitiſſa venit, quæ venerat ante,
Rex vbi dixit, Aue: retulit illa caue.
Tollit eum Comitiſſa reum, miranda Leæna;
Dum trahitur, dum præcipitur ſuccūbere pęna,
Fœmina victa prece diſtulit ipſa necem.
Diſtulit, & dixit: Ita nunc triſtiſſima parco,
Vt poſt octo dies gladio ſit pęna Monarcho,
Sic data tunc vita pendula pendet ita.
Pace dies octo rediens dum perficit Otho,
Tūc precibus cum Principibus rurſùs petit octo,
Septima dat requiem poſt numeranda dies.
Septima præterijt, rurſùs cupit octo mereri,
Vt ſex ipſe dies habeat cum pace tueri,
Conſilio Cleri fœmina dixit, Erit.
Nec tamen illa dedit, niſi Rex promitteret illi,
Quod prius ignitis pereat Regina fauillis.
Hoc vbi conuenit vita redempta redit.
Pro tribus iudicijs tribuit tria caſtra Monarchus,
Nec fuit in reliquis concedere plurima parcus.
Nomina caſtrorum nouimns, atque ſolum.
Si cupis illorum confinia noſſe locorum
Climate Tuſcorum, populns monſtratur eorum,
Me qnoque non latuit ſæpè uidere ſolum.

SLAVORVM TVMVLTVS.

LXII. TVmultuanti Italiæ viſa eſt hoc Anno conuenire Germania. Priuſquam enim in Italiam Otho deſcenderet, Bernaburg Germanorum in Slauos propugnaculum *opere muniens* (inquit Ditmarus) *neceſſario, eam IV. hebdomadas ad tuendum Giſlero commiſit. Qui fraude ignota ad Placitum à Slauis uocatus, cum parua multitudine exijt: Alij namque præceſſerunt, & quoſdam in urbe reliquit. Ecce autem unus è conſocijs einſdem à ſylua erumpere hoſtes prodidit. Congredientibns vero tunc ex utraque parte militibns. Archiantiſtes, qui curru uenit, equo fugit alato, ex ſuis mortem euadentibus paucis. Slaui nictores præda interfectorum VI. Nonas Iulij ſine periculo potiuntur, & Archiepiſcopum ſic elapſum eſſe conqueruntur. Cuſtodiuit tamen, quamuis ſic lugubriter mutilatus, urbem ad dictum diem Giſilerus, triſtiſque reuerſus obuiam habuit patruum meimet Marchionem* (Lib. 4.)

Lutha-

Sal. Anno 996. *Lutharium, cuius curam Ciuitas prædicta tunc reſpiciebat, firmiterque ei eam committens, abiijt. Acceſſit autem Comes, & vt vrbem vidit incendio fumigantem, Archiepiſcopum remeare per internuncium fruſtra petijt. Ipſe autem ignem in duobus locis iam altè aſcendentem extinguere tentans, cum nihil omninò proficeret, portam hoſtibus patentem derelinquens, domum mæſtus reuiſit, & accuſatus poſteà apud Imperatorem, imputatam Sacramento purgauit culpam.*

LXIII. Hiſce euocatus Otho poſt Italicas res cõpoſitas, & Placentinis ius publicè ſcholæ datum, vt Sigonius ſcribit, in patriam ſeceſſit. *(Sigon. de Regn. Italiæ.)* *Sed nondum peruenerat in Germaniam, cum Creſcens vetere dominandi libidine ſtimulatus Gregorium Pontificem acerbè incæpit exagitare. Cuius vim cum Gregorius ſuſtinere nequiret, vrbe egreſſus Ioannis exemplo in Etruriam ſe recepit. Gerebat eo tempore Placentia Epiſcopatum Ioannes quidam Conſtantinopolitanus, qui litterarumne ſcientia, qua excel-*
lebat, an pecuniæ magnitudine, qua cæteros ſuperabat, inflatus vſque eo arrogantiæ fuerat prolapſus, vt ſemetipſum vlterò Archiepiſcopum appellaret. LXIV. *Hunc igitur mirum Romani nacti, auctore Creſcente, Pontificem aduersùs Gregorium declararunt, credo Gregorium criminati, quod ab vno Othone ſine populi ſuffragijs eſſet intruſus, nec liberis ſanè comitijs deſignatus. Quare cognita, Gregorius in Germaniam miſeriam deploratam, opemque affectis rebus ſuis petitum conceſſit. Id vbi Creſcens accepit, nihil de contumacia ſua remiſit, verùm quaſi certum Othonis bellum haberet vrbis mœnia firmare, arcemq; ad Tiberim varijs munire operibus cæpit. Hæc olim Montes Hadriani dicta poſt per multos annos propterea arx Creſcentis eſt appellata. Otho Gregorij precibus obſequutus, poſtero anno cum firmiſſimo omnis copiarum generis robore redijt in Italiam.*

Anno Sal. 997 OTHO IN ITALIAM DESCENDIT:

Dignitates diſtribuit. Romam obſidet. Antipapam excæcat. Creſcentium damnat.

LXV. ANnum DCCCCXCVII. ab Othoniano exordimur reſcripto, quod inſtantibus Monachis apud Goldaſtum legimus.

OTHONIS III. MIRABILIS IMPERATORIS AVG. RESCRIPTVM

Ad Abbatem, & Conuentum Monaſterij S. Galli, quo citantur in ius ad Imperatorem.

OTho III. Romanorum Imper. Aug. Abbati S. Galli, ſuiſq; Confratribus gratiam ſuam, & omne bonum.

Auditis litteris, quibus te fratres tui pro loci deſtructione, & vitæ tuæ tranſgreſſione accuſant, placuit nobis, & Regni principibus vtroſq; vos ad præſentiam noſtram vocare, & cauſam veſtram, prout iudicia dictauerit, certo fine terminare. Sub ergo obtentu gratiæ noſtræ mandando tibi præcipimus, vt fratres tuos in nullo in perſonis, aut in rebus lædas, ſed eos cum omni honore, vſque ad præſentiam noſtram perducas, ibiq; legitimè accuſatus certis rationibus vincaris, vel vincas.

Ad Gregorium reuertamur Pontificem,
LXVI. cuius precibus obſequutus Imperator, cum firmiſſimo omnis copiarum generis robore redijt in Italiam. *Aprili menſe* (Auctore Sigonio) *(Lib. 7. de Regn. It.)* *Rauennæ fuit, atque ibi Marchionis Montisferrati filios Caue, Salutiarum, Boſchi, Ponzoni, Carecti, & Buſchæ Marchiones effecit, & Malamteſtam, Germanum nonnulli* LXVII.
fuiſſe perhibent, feudis aliquot in Romaniola honeſtauit: à quo nobilis Malateſtarum familia in hunc vſque diem eſt in ea prouincia propagata. Menſe Maio Conuentui interfuit, quem Gerebertus Archiepiſcopus, ſuis Aduocatis Epiſcopis ad res Rauennatis Eccleſiæ conſtituendas habebat. Inde exercitu Romam adducto, ciuibus parere recuſantibus, vrbem obſidione circumdedit. Obſidionis euentum Chroniſtæ variant, nam Glaber Rodulphus Monachus Cluniacẽſis his temporibus proximus vi captum tirannum ſcribit. Petrus vero Damiani, & ipſe contemporaneus nõ niſi dolo deceptum vinci potuiſſe Creſcentium. Cui ſit adhibenda fides, copia ipſa nocet. Verumq; referam. *Contigit* (inquit

Glá-

Lib. 3. c. 4. Glaber) initio jmperij Othonis, vt ſedes Apoſtolica vrbis Romæ proprio viduaretur Pontifice. Ipſe vero illicò imperiali vſus præcepto, quemdam ſuum conſanguineum, cuiuſdam Ducis filium delegit, atque ex more in Sede Apoſtolica ſublimari mandauit. Quod vtique dum ſine mora peractum eſſet prægrandis calamitatis occaſio extitit. Erat enim quidam Creſcentius Romanorum ciuis præpotens, qui (vt illorum mos eſt) quantum oneroſior pecunia, tantum proniùs ſeruit auaritiæ. Hic autem non planè parti fauebat Othonis: nam ipſum Pontificem, quem, vt diximus, ordinari Otho iuſſerat, idem Creſcentius deſtitutum honore à Sede expulit, alterumque procaciter in eius locum ſubrogauit. Sed mox vt Otho hoc factum comperit, ira accenſus cum permaximo exercitu Romam properauit. Quod cum cognouiſſet Creſcentius, illum ſcilicet appropinquare Vrbi, conſcendens cum ſuis turrim, quæ eſt extra Ciuitatem, Tranſtyberim, ob altitudinem ſui, inter Cælos, vocatam, vallauit, eam defenſurus pro vita; tandem cum perueniſſet Imperat.
LXVIII ad vrbem, primitùs iuſſit comprehendere illum, malè ſecurum Pontificem, videlicet Creſcentij arrogantia conſtitutum, comprehenſumq; præcepit eius manum, quaſi ſacrilegam amputari, deinde aures aſcindi, atque oculos euelli.

Poſt hæc comperiens Creſcentium turri vallatum, quæ ſcilicet poſt illum crudeli erat redditura neci: præcepit eamdem circumduci denſa obſidione ſui exercitus, ne videlicet Creſcentio quoque modo locus daretur confugij. Interea iubente Imperatore conſtruuntur in gyro machinæ ex lignis celſarum abietum, nimirum artificiosè compoſitæ. Cernèns quoq; Creſcentius nullam ſe poſſe euadendi viam aperire, licet tardius pęnitudinis aduenerit conſilium, non tamen ei præſtitit miſerandi aditum. Quadam igitur die, quibuſdam de Imperatoris exercitu conſentientibus, egrediens latenter Creſcentius
LXIX. de turre, ſcilicet birro indutus, & operto capite, veniens que improuiſus, corruit ad Imperatoris pedes, orans, ſi ab Imperatoris pietate vita ſeruari. Quem cum reſpexiſſet Imperator, conuerſus ad ſuos, vt erat amaro animo, dixit. Cur, inquiens, Romanorum Principem, Imperatorum decretorem, datoremq; legum, ordinatorem Pontificum intrare ſiniſtis mapalia Saxonum? Nunc quoque reducite eum ad thronum ſuæ ſublimitatis, donec eius honori condignam videlicet præparemus ſuſceptionem. Qui ſuſcipientes illum ſcilicet, vt iuſtum fuerat, illæſum reduxerunt ad turrim. Ingreſſuſq; nunciauit ſecum pariter recluſis quantum ſolummodò tantum contingeret illis viuere, quamdiù ipſa turris tueri valeret ab hoſtium captione, nec vllā prorſus ſalutem vltrà ſperare debere.

At Imperatoris exercitus à foris vrgendo LXX.
impulit machinas, paulatimq; euntes applicitæ ſunt turri, ſicq; pugnæ inito certamine, dumq; alij deſuper contendentes intrare, alij prorumpere ad oſtium, turris, illudque concidentes euellunt, ſurſumque certatim gradientes ad turris ſuperiora peruenerunt. Reſpiciens quoque Creſcentius, cernit ſe teneri ab his, quos putabat pugnando longiùs arcere ſe poſſe. Capto namq; ipſo, ac grauiter vulnerato, cæteris qui cum eo inuenti ſunt, trucidatis, miſerunt ad Imperatorem, quid de eo præciperet; qui ait: per ſuperiora propugnacula illum deicite, ne dicant Romani, ſuum principem vos furatos fuiſſe. Quem vt iuſſum fuerat proijcientes, deinde poſt terga boum religatum, per paludes, marum plurimū deuoluentes ad vltimum in conſpectu ciuitatis in trabe excelſa pendere dimiſerunt.

Hæc de fine Creſcentij Glaber ex aduerſo LXXI
pugnans cum Petro Damiani, & Leone Lib. 1. Cron. Caſſin. cap. 16. Saxon. 4. cap. 24 Sigon. de Regn. Italiæ.
Oſtienſi, penès quos legitur, quod Romani pace ab Othone impetrata, vltrò portas ei patefecerunt. Otho Romam ingreſſus Gregorium X. poſtquàm exactus fuerat, menſe ſedi reſtituit, atque inde Hadriani molem, quo tyrannus confugerat, obſedit. Quæ cum in longum traheretur obſidio, Creſcenti, ſi ſe dederet, ſpem haud dubiam veniæ fecit, ac Creſcente conditionem accipiente, ſecuritatis Sacramentum per Tamnum, hominem ſibi familiariſſimum, præſtitit. Egreſ- LXXII.
ſus inde Creſcens contra fidem datam captus, ac maieſtatis damnatus cum duodecim alijs fœdiſſimo ſuſpendij ſupplicio eſt affectus: quod maximam glorioſo Othonis nomini perfidiæ notam inuſſit,

Porro ſublatum Creſcentij corpus clandeſtino funere eſſe ſepultum extra vrbem iuxta Aureliam in cęmeterio Calepodij, vbi antiquitùs erecta permanet Eccleſ. S. Pácratij, in cuius pauimento hodie legitur ſequens inſcriptio, vt teſtatur Baron. ſub Anno 996.

Ver-

Anno Sal. 997 *Vermis homo, putredo, cinis, laquearia quæris,*
LXXIII *His aptandus eris, ſed breuibus gyaris.*
Qui tenuit totam feliciter ordine Romam,
His latebris tegitur pauper, & exiguus.
Pulcher in aſpectu domnus Creſcẽtius, et Dux,
Inclyta progenies, quem peperit ſobolem,
Tempore ſub cuius valuit, tyberinaq; tellus,
Ius ad Apoſtolici valde quieta ſtetit.
Nam fortuna ſuos conuertit luſibus annos,
Et dedit extremum finis habere tetrum.
Sorte ſub hac quiſquis vitæ ſpiramina carpis.
Da vel huic gemitum te recolens ſocium.

LXXIV. Non hic ſilentio donandum quod ex geſtis S. Nili Abbatis, ab Auctore horum temporum exactè conſcriptis, Baronius adnotauit ſub Anno Sal. 996. nempe impigrè accurriſſe B. Nilum, quùm intellexiſſet Antipapam mẽbris ſuis maximè neceſſarijs, oculis, ſcilicet lingua, & naſo mutilatis in carceres coniectum, vt gratioſè pro eo indulgentiam impetraret; licet nonnagenarius ſenio, & morbo confectus, non ſine vitæ diſcrimine.

Imperator igitur, & Summus Pontifex cum eius aduentum intellexiſſent, fuerunt illi obuiam, magna ſiquidem erat eius, vbiq; ſpectata tam Orientalibus, quàm Occidentalibus fama, & cum illum tenuiſſent hinc inde e manibus, duxerunt illum ad Patriarchium, & cum illum medium collocaſſent, & ſalutaſſent, alter à dextris, alter à ſiniſtris eius manus deoſculabantur. Sed B. Nilus, licet hæc omnia obſequia ægre ferrebat moleſtè, tolerabat tamen omnia, ſi quo pacto obtinere poſſet, quod petebat. Et inquit illis. Ignoſcite mihi peccatori (per Dominum) ſuper omnes homines, & ſemimortuo ſeni: indignus enim ſum tanto honore, quin potius meum eſt adorare venerandos pedes veſtros, & venerari dignitates veſtras. Veni tamen ad gloriam veſtram non honorem cupiens, vel munera, vel prouentus LXXV. *magnos, ſed gratiam pro eo, qui vobis multum inſeruiuit, & malè à vobis tractatus fuit: qui vtrumque ueſtrum ex fonte baptiſmatis ſuſcepit, & à vobis oculi illi ſunt eruti, precor pietatem veſtram, vt illum mihi dono detis, vt mecum in poſterum ſedens, ambo peccata noſtra deploremus.*

Tunc Imperator modicum lacrymatus, neq; enim re vera tota res eius conſilio peracta eſt, reſpondit B. Nilo: Præſto ſumus, vt omnia quæ videntur ſanctitati tuæ, perficiamus, ſi etiam tu exaudiens petitionem noſtram, & dignaberis accipere Monaſterium in hac Ciuitate quodcumq; volueris, & eſſe nobiſcum ſempiterno tempore. Cum vero B. Nilus renueret in vrbe morari, propoſuerunt illi S. Anaſtaſium extra turbas exiſtentem, & ſemper noſtro generi, Græcis ſcilicet attinentem. Et cum iam accepiſſet B. Nilus conditionem, ſtudens, vt quam petebat gratiam, obtineret. Sed durus ille Papa non contentus malis, quæ aduerſus prædictum Philagathum patrauerat: cum illum adduxiſſet, & ſacerdotales veſtes ei dilaniaſſet, per totam vrbem circumduxit &c. LXXVI. *Quod cum ſanctus ſenex audiſſet, & magnoperè triſtatus eſſet, non ampliùs petijt ab Imperatore Archiepiſc. Philagathum. Quod cum animaduertiſſet Imperator, miſit vnum e ſuis Archiepiſc. valde loquacem, vt ſenem Nilum valdè placaret. Cui dixit B. Nilus: Vade, & dic Imperatori, & Papæ: Hæc dicit ſenex ille &c. donaſtis mihi cæcum iſtum non mei timore, nec magna mei potentia, ſed tantùm Dei amore. Nunc igitur quæcumq; inſuper feciſtis non illi, ſed mihi feciſtis, vel potius Deum ipſum contumelia affeciſtis. Scitote igitur quod quemadmodum vos non peperciſtis iſti, neq; miſericordiam oſtendiſtis erga illum, qui à Deo manibus veſtris traditus eſt; ita neq; Pater veſter cæleſtis parcet peccatis veſtris. Sed Archiepiſcopus ille loquax non deſinebat excuſare Imperatorem, & Papam. Tum B. Nilus inclinato capite dormitari ſimulabat. Vbi verò ille uidit B. Nilum ſuis verbis mentem non adhibere, ſurgens abijt B. autem Nilus quamprimùm cum fratribus quos ſecum habebat, conſcenſis equis, tota illa nocte ad ſuum peruenit Monaſteriũ, iuxta Caietam in loco arduo conſtructũ.*

Sublato Creſcentio, diſceſſurus Imperator ex vrbe, animum in Creſcentij conſocios conuertit. *Sigon. de Regn. Italiæ.* Tyburtinus populus primò ſe offert; nam inclytum Ducem Matholi- LXXVII num nomine interfecerant, ipſum quoque Regem correptis armis, à ſuis menibus exturbauerant. Obſidebatur ciuitas, & iuſto furore Otho maledicebat clementiam, quũ opportunè Romualdus (inter Sanctos poſtea relatus) imminens (vt ſcribit Petrus Damiani) *In Romualdo.* *tot animarum periculum ſequeſtra pace deleuit. Hoc etenim inter eos pactus eſt, vt*

Sal. Anno 997. *Tiburtes in honorem regis partem murorum diruerent, ac obſidem darent. Ducis verò interfectorem ad eius matrem catenatum dirigerent. Quæ ſancti viri fuſis ad eam precibus mitigata crudeli homicidæ crimen indulſit, & incolumem ad propria redire permiſit.*

OTHO III. POENITENTIAM AGIT.

LXXVIII. ARrepta occaſione ſupplicis, & penitentiꝭ Tyburtinæ ciuitatis cum idẽ Romualdus Thammum quendam Teutonicum, tam Regi familiarem, & charum, vt vtriuſque veſtes vtrumq; protegerent, & amborum manus vna paropſis communi ſæpè conuiuio ſatiaret; cuius dolo Otho imperialem fidem Creſcentio datam periurio fœdauerat, ſuaſit ei relinquere ſæculum, & vitam ſalubri pœnitentia redimere, vt obediens ſanctè peregit. *Ipſe quoque Imperator* (vt habet Petrus Damiani) *ex eodem crimine* [In Romualdo.] *beato viro confeſſus, pœnitentiæ cauſa nudis pedibus de Romana vrbe egrediens, ſic vſque in Garganum montem ad S. Michaelis perrexit Eccleſiam*, vt dicam Anno 1001. *Per totam verò* (pergit Damiani) *Quadrageſimam in Claſſenſi Monaſterio Beati Apollinaris, paucis ſibi adhærentibus manſit, vbi ieiunio, & pſalmodiæ prout valebat intentus, cilicio ad carnem indutus, aurata deſuper purpura tegebatur. Lecto inſuper fulgentibus ſtrato ipſe in ſtorea de papyris confecta tenera delicati corporis membra tenebat. Promiſit denique Beato Romualdo, quod imperium relinquens; monachicum ſuſciperet habitum.* LXXIX. *Et cui innumeri mortales erant obnoxij, iam ipſe pauperculo fratri capit eſſe ſubiectus.*

OTHONIS III. SOMNIVM

De non Expellendis, ſed de reformandis Monachis.

LXXX. INſtitutorũ, & conuentuũ ſubuerſio, quæ ſæpè contigit, cũ moribus deprauati Regulares, quantũ Eccleſiaſt. cõueniat regimini ex eo colliges, quod Othoni III. Monachos prauè degentes expellere accidit cogitanti, [Cap. 31. lib. 1.] vt ex Glabro Baronius tranſcripſit. *Contigit igitur ipſo tempore, vt idem Imperat. ſuggerente tam ipſo Pontifice, quàm alijs quibuſcumq; zelum perfectum religionis Domus Dei gerentibus, quouſque in B. Pauli Eccleſia nomine tenus Monachos, ceterum praue degentes, inde expellere deberet, ac alterius inſtituti (quos videlicet canonicos dicimus) in eodem loco ſeruituros, vt ei ſuggeſtum fuerat, ſubſtituturus eſſet. Cumque hoc appeteret implere decretum; apparuit ei noctu per uiſum Beatiſſimus Apoſtolus Paulus, atque eumdem Imperatorem huiuſmodi monere curauit; Si uerè (inquiens) zelus diuinæ ſeruitutis, optimi operis te adurit; uide ne huius propoſiti inſtitutum præſumas in Monachis immutare expellendis. Non enim omnino expedit, cuiuſque Eccleſiaſtici ordinis, quamuis ex parte deprauati, propoſitum umquam abijci, ſeu immutari. In eo namque unuſquiſq; iudicandus eſt ordine, in quo ſe primitus uouit Deo ſeruire: roemendari tantum licet corrupto, cuique in eadem propria uocationis ſorte. Taliter quippe monitus Imperator retulit ſuis, quæ audierat ab Apoſtolo, curamq; agens, qualiter eorum inſtitutum, ſcilicet monachorum quiuiſſet in melius reformare, non expellere à loco, licet immutare.*] hucuſque Glaber.

Inclyta per hęc tempora (ſcribit *Sigonius*) LXXXI. virtus Hugonis Marchionis Aeſtis, qui patri Sigoberto ſucceſſerat, fuit: perq; eum, vt ſuperioribus annis in Campania, ſic præſenti apud Romam multa egregiè geſta, vnde per Thuſciam, & Hetruriam perſonam gereret Imperatoris, vt ex Conſtitutione edita in deſides apud Goldaſtum legimus.

OTHONIS III. IMPERATORIS AVGVSTI.

Conſtitutio de otioſis Ciuibus.

SAncimus, ne otioſi in Ciuitate locum habere permittantur. Dat. Florentię ad mandatũ Imperat. Hugo Marchio Brandeburg. & Vicarius Imperij in Thuſcia, & Hetruria.

Contro-

Anno Sal. 997. Controuertitur inter Hiſtoricos, an hoc Anno, vel ſaltem ſub Gregorij Pontificatu, & Othonis Imperio Electores Romani Imperij fuerint inſtituti? vel ſub Gregorio huius nominis X.? De quo in *III. Cap.* particularem inſtruam tractatum.

OTHO III. VENETIAS PETIT.

LXXXII Inter Veneta ſydera lucidius cum fulgeret Sol Dux Petrus Vrſeolus, qui Orientem, Occidentemq; amicitiæ ponte, ſuæ patriæ coniunxerat; & quos non poterat amicos officijs, hoſtes deuicerat prælijs; Venetæ ditionis terminis latè prolatis: Coruatis tandem



Sigon. de Regn. Italia. & Narentanis deuictis, quibus ſemper fuerat maritimum Venetorum turbare dominium, totam Iſtriam, & Dalmatiam ſacramentum ſibi dicere iuſſam, Venetorum ſubmiſit imperio, vt Dux non ſolum Venetiarum, ſed etiam Dalmatiæ exinde ſit appellatus. Tantum virum, quaſi virtutis, & fortunæ ſimulachrum Sal. Anno 998. veneraretur Otho occultè cum paucis Venetias adijt, & victoriam amico Duci gratulatus, comiter apud eum, populo ignorante diuer-
LXXXIII. tit, filiam eius e ſacro fonte ſuſcepit, (Auctore Sigonio); illique dedit vt in aureo paludamento Venetus Princeps radiaret, non enim ante Veneti Duces auream clamidem induerant, (vt *Marcellus* in huius principis geſtis ſcribit;) Imperator inde profectus XIII. Kalend. Februarias Cræmonæ fuit, vnde priuilegia dedit.

Moritur hoc Anno Kalend. Martij Gregorius V. quem Rupertus Abbas in vita Sancti Hereberti, & Krantzius veneno à Romanis extinctum inſimulat. *Saxon. l.4.c.25.* Erat rum Rauennæ (Auctore Sigonio) Archiepiſcopus Herebertus: vel *Gerpertum* (dicit Auentinus) *Belgam genere, præceptorem ſuum, philoſophum inſignem, & Mathemathicum (uulgus ſuo more Magum vocat)* vir philoſophiæ, aſtronomiæ, ac reliquarum liberalium artium ſtudijs inſigniter eruditus ea præſertim ætate, qua nullæ, aut raræ admodum eiuſmodi fuere litteræ. In hunc igitur poſt Gregorij pro-

Sal. Anno 998. pinqui ſui mortem oculos Otho conuertit cum doctrinæ laude præſtantem, tum de ſe optimè meritum, quippe ſuum in his ipſis, quibus ille excelluit, diſciplinis magiſtrum. *Itaque cum eſſet Papiæ, vnde* (ſunt verba Sigonij) *Kal. Octobris Bobienſi Monaſterio priuilegia dedit, Comitijs habitis, eum Kal. Nouemb. Pontificem, Romanis ipſis approbantibus, dedit & Syluestrum ſecundum vocauit. Eo potente, vetera ab Othone Pipini, Caroli, & Ludouici priuilegia Romanæ Eccleſiæ renouata.* LXX-XV.

Vndè priuilegium à Goldaſto exaratum ſub nomine Othonis III. truncum, vel ſuſpectum arguendi ſit locus; cum in eo nulla Caroli Magni, Pipini, Ludouici, cognomento Pij, mentio habeatur. Carolum verò Caluum Eccleſiæ haud potuiſſe donare, quia Imperio deturbatum à Carolomanno, veritas obſtat hiſtoriæ. Nam victus quondàm à Carolomanno, exercitu reparato victor triumphauit. Nec tandem fugiat ſequentem donationem eflagitante Pontifice fuiſſe exaratam ab amico Imperatore, qui Pontificem omni laude præſtantem, & de ſe optimè meritum, quippe ſuum in his ipſis quibus ille excelluit, diſciplinis magiſtrum, minimè debebat in perſona anteceſſorum ita laceſſere, vt donationis prætextu Pontifices decoctores Eccleſiaſtici diceret patrimonij, & Imperiali conſtitutione immania reſonaret piacula, quæ acerrimus hoſtis nonniſi tremebundus obijceret. Apocrifam Conſtitutionem legas.

OTHONIS III. IMPER. AVGVSTI CONSTITVTIO

De Iure, ac Poteſtate Imperij, de aſſignatione bonorum, quibus Pontifices Romani ad ſui ſuæq; Eccleſiæ ſuſtentationem vti frui debeant.

IN Nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis. Otho Seruus Apoſtolorum, & ſecundum voluntatem Dei Saluatoris Romanorum Imperator Auguſtus. Romam caput Mundi profitemur: Romanam Eccleſiam Matrem omnium Eccleſiarum eſſe teſtamur; ſed incuria, & inſcitia Pontificum, longè ſuæ claritatis titulos obfuſcaſſe. (*Ad Ioã. XII. forſan alludit.*) *Nam non ſolum, quæ extra Vrbem eſſe videbantur, vendiderunt, & quibuſdam colludijs à lare Sancti Petri alienauerunt, ſed (quod abſque dolore non dicimus) ſi quid in hac noſtra vrbe Regia habuerunt, vt maiori licentia euagarentur, omnibus indicantes pecunia in commune dederunt, & Sanctum Petrum, & Sanctum Paulum ipſa quoque Altaria ſpoliauerunt, & pro reparatione ſemper confuſionem duxerunt. Confuſis verò Papaticis legibus, & iam abiecta Eccleſia Romana, in tantum quidam Pontificum irruerunt, vt maximam partem Imperij noſtri Apoſtolatui ſuo coniungerent; iam non quærentes quæ, & quanta ſuis culpis perdiderunt, non curantes quanta ex voluntaria vanitate effuderunt; ſed ſua propria, vtpotè ab illis ipſis dilapidata, dimittentes, quaſi culpam ſuam in Imperium noſtrum retorquentes ad aliena, ideſt ad noſtra, & noſtri imperij maximè migrauerunt.*

Hæc ſunt enim commenta ab illis ipſis inuenta, quibus Ioannes Diaconus cognomento Digitorum mutuis præceptum auris literis ſcripſit, ſub titulo Magni Conſtantini, longi mendacij tempora finxit. Hæc ſunt etiam commenta, quibus dicunt quemdam Carolum S. Petro noſtra publica tribuiſſe. Sed ad hæc reſpondemus ipſum Carolum nihil dare iure potuiſſe, vt potè iam à Carolo meliore fugatum, iam imperio priuatum, iam deſtitutum, & annullatum. Ergo quod non habuit, dedit; ſic dedit, ſicut nimirum dare potuit, utpote qui malè acquiſiuit, & dici ſe poſſeſſurum non ſperauit. (*E nomine II. cognomento Caluum*)

Spretis ergo commentitijs præceptis, & imaginarijs ſcriptis, ex noſtra liberalitate S. Petro donamus, quæ noſtra ſunt; non ſibi, quæ ſua ſunt, ueluti noſtra conferimus. Sicut enim pro amore Sancti Petri Dominum Syluestrum, magiſtrum noſtrum, Papam elegimus, & Deo uolente ipſum ſereniſſimum ordinauimus, et creauimus, ita pro amore ipſius Domini Silueſtri Papæ S. Petro de publico noſtro dona conferimus, ut habeat magiſter, quod Principi noſtro Petro à parte ſui diſcipuli offerat. Octo igitur comitatus pro amore magiſtri Domini Silueſtri Papa, Sancto Petro offerimus, & donamus, ut ad honorem Dei, & Sancti Petri cum ſua, & noſtra ſalute habeat, & teneat, & ad incrementa ſui Apoſtolatus, noſtriq; imperij ordinet. Hos autem ſibi ad ordinandum concedimus, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam,

Sal. Anno 998.

conam, Foſſabrum, Callium, Heſium, & Auſimum, ut nullus umquam ei, & Sancto Petro audeat aliquam inquietationem facere, aut eum aliquo ingenio fatigare. Quicumque uero præſumpſerit; omnia quæ habet, amittat, & S. Petrus, quæ ſua ſunt recipiat.

Vt hoc autem in æternum ab omnibus conſeruetur, hoc præceptum manu noſtra diù (Deo adiutore) uictura confirmauimus; & noſtro ſigillo præcepimus inſigniri, ut ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus ualeat. Datum Romæ &c.

Signum D. Othonis Inuictiſſimi Romanorum Imperatoris Augusti.

In autographo Bulla eſt appenſa plumbea, in cuius una parte ſcriptum, Otho Imperator Romanorum.

In altera caput eſt hominis cum pilis criſpis cumque ſpatulis, & inſcriptione Aurea Roma.

ADHELEIDÆ AVGVSTÆ MORS. *Sal. Anno 999.*

LXXXVI. ADheleidæ Imperatricis ſi contexerem laudes, de vltimis finibus dicerem pretium eius. Eam cum laudent in portis opera eius, geſta conſcribam, vt faſtos lector abſoluat. *Adheleida Auguſta* (ſcribit Sigonius) *Monaſterium S. Saluatoris à ſe extra Papiæ mœnia conditum prædijs ſex, ac triginta donauit: inter quæ Monaſterium S. Dei Genitricis in Pomposia numeratur. Leguntur adhuc tabulæ apud Monachos, Anno 999. pridie Idus Apriles indict. XII. data. In quibus ipſa ſe profeßam eſſe uiuere Salica lege teſtatur, ac pro ſalute animæ ſuæ, Othonis uiri ſui, Othonis filij, & Othonis nepotis, qui omnes Imperatores fuère hæc Deo offerre. Fuit mulier tanta ſanctitate, ut prope ad Theodelindæ Reginæ laudem acceßerit.* Vſque adhuc Sigonius. Obitum verò Adheleidis, ita Schafnaburgenſis claudit. *Anno Salut. 999. Sancta Adheleides imperatrix obijt.*

Otho interim cum in Beneuentano *agro eſſet* (Auctore Sigonio) *Herebertum Colonienſem Archiepiſcopum deſignatum confirmauit,* LXXXVII. *atque ad eum Rauennæ negotia ſua gerentem ſcripſit. Is deinde VII. Idus Iunij Beneuenti pontificali honore donatus eſt, ut Rupertus ſcribit. Romamque profectus pallium à Pontifice ſumpſit. Inde Auguſto menſe Otho in agro Lucenſi fuit; per Decembrem autem Rauennæ, ubi Leoni Antiſtiti Rauennati ueteres Eccle-* LXXXVIII. *ſiæ poſſeſſiones confirmauit, ac nouas alias addidit.*

RELIGIOSVM OTHONIS ITER IN POLONIAM.

ANno Sal. 1000. (contendit Sigonius) ex Italia in Germaniam profectum Othonem, & V. Idus Maij Aquis tranſegiſſe, ibiquè ab eo etiam diplomata data. Reli-
LXXXIX. gioſum autem Othonis in Poloniam iter nõ memorat; & tamen *Ditmarus* expreſsè affirmat, vt forſan ab eo Auentinus deſcripſit; tempora adnotando: vnde deceptum Krantzium poſterioris æui Scriptorem longe inferiorem, hæc omnia Othoni non III. ſed II. cognomine Ruffo tribuentem videas: vt diximus in vita Othonis II. Poſtquàm ſcilicet Romanum declarauit Pontificem, Syluestrum Secundum; *in Germaniam redit, Venedorum regiones, intima Germaniæ luſtrat. Guyſon urbem primariam Polonorum, ad ſepulchrum D. Adelberti (qui pro Chriſto apud Boruſcos, malorum geniorum cultores, à Sicone Deorum Sacerdote iaculo confoſſus, hiſce diebus mortem oppetierat, Cæſariq; intima familiaritate coniunctus fuerat) uotis ſuſceptis, uoti ſupplicandi gratia proficiſcitur, ſeptem Prouincias pontificales facit. Gandentium fratrem D. Alberti Boiemis archimiſtam deſignat.* (*Annal. Boior. lib. 5.*) In Polonia porrò agentem Cæſarem Dux Polonorum Boleslaus liberaliſſimè, ac magnificentiſſimè ſuſcepit, vt apud Ditmarum (*Lib. 4.*) ex ſequentibus legimus. *Poſtea Cæſar auditis mirabilibus, quæ per dilectum ſibi martyrem Dominus fecit Adalbertum, orationis gratia eò pergere feſtinauit. Sed cum Ratisbonam ueniret, à Gebehardo, eiuſdem Eccleſiæ Antiſtite, magnifico honore ſuſceptus eſt, comitantibus ſecum Ziazone tunc Patricio, & Roberto oblationario cum Cardinalibus, nullus Imperator maiori unquam gloria à Roma egreditur, neque reuertitur. Huic Giſilerus obuiam pergens, gratiam eius quamuis non firmam promeruit, & co-*

& comitatur, Cæſar autem ad Cicenſem perueniens vrbem à ſecundo Hugone eiuſdem ſedis promiſore tertio, vt decuit Imperatorem, ſuſcipitur. Deindeque recto itinere Miſnenſem tendens ad Ciuitatem à venerabili Egedo, eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopo, & à Marchione EKKihardo, qui apud eum inter præcipuos habebatur, honorabiliter accipitur. Decurſis tunc Milcieni terminis, huic ad Diedeſiſi pagum primo venienti Bolizlauus, qui maior laus non merito, ſed more antiquo, interpretatur, parato in loco, qui Slua dicitur, ſuimet hoſpitio multum hilaris occurrit. Qualiter autem Cæſar ab eodem tunc ſuſciperetur, & per ſua vſq; ad Gneſim deduceretur, dictu incredibile, ac ineffabile eſt. Videns à longe vrbem deſideratam nudis pedibus ſuppliciter aduenit, & ab Epiſcopo eiuſdem Vngero honorabiliter ſuſceptus, Eccleſiam introducitur, & ad Chriſti gratiam ſibi impetrandam martyris Chriſti interceſſio profuſis lacrymis inuitatur. Nec mora, fecit ibi Archiepiſcopatum, vt ſpero legitimè, ſine conſenſu tamen præſati præſulis, cuius Diœceſi omnis hæc Regio ſubiecta eſt, committens eundem prædicti martyris fratri Kadimo, eidemq; ſubijciens Reinbernum, Sanctæ Cholbergenſis Eccleſiæ Epiſcopum, Popponem Cracuenſem, Ioannem Vuiotiſſaenſem, Vngero Poſnianenſe excepto, factoq; ibi Altari, ſanctas in eo honorificè condidit reliquias. Perfectis tunc omnibus, Imperator à præfato Duce magnis muneribus decoratur, & quod maximè ſibi placuit, trecentis militibus loricatis. Hunc obeuntem Bolizlauus comitatu, vſque ad Magdeburg deducit egregio, vbi Palmarum ſolemnia celebri apparatu peracta ſunt.

BOLESLAVM DVCEM POLONIÆ OTHO REGEM FACIT.

Hiſtor. Polon; Cronic. Carion.
XC. ITaque vt Boleslao gratiam referret, & amicitiæ, fæderiſq; vinculis magis deuinctum haberet ex Duce Regem fecit, Gneſnæ ei coronam impoſuit, & in imperij fidem recepit. Cæpit ergo Othonis beneficio Polonia Regnum eſſe; vt eodem tempore Hungaria Regni titulum vſurpauit, licet à Romano Pontifice tàm Polonis, quàm Hungaris fuerit confirmatum diadema; Pontificis teſtimonium non electionem Othonis abrogat, qua nationibus illis coronam donauit. Confirmat enim Romanus Præſul coronam, quam Cæſari Germania primò, Italia ſecundò tribuunt; at quemadmodum ſecunda non conſumit primam; ita nec primam, & ſecundam tertia.

OTHO III. CAROLI M. OSSA EFFODIT. *Sal. Anno* 1000.

Saxon. 4. cap. 26
XCI. MIrum hic ſilentium (vt adnotauit Krantzius) de milleſimo Chriſti Anno, nulla ſolemnitate (quam nobis ſaltem legere non contigit) peracto: vt ad exemplum ſaltem veterum Romanorum ſeculares ludi, qui in centeſimo quoque vrbis Anno exhibebantur, tum ſolemniter leguntur peracti. Nam milleſimus vrbis annus ſub Philippis Imperatoribus multiplici pompa eſt celebratus. Milleſimus autem Chriſtianæ ſalutis Annus toto ſilentio dilabitur ſub
XCII. Pontificatu Syluestri II. & III. Othonis imperio. Nondum enim Iubilæi Annus erat in vſu.

XCIII. Hoc Anno V. Idus Maij (Auctore Sigonio) Aquiſgrani Imperatore agentè, vbi etiam data leguntur diplomata, oſſa Caroli Magni incognita populis ſunt detecta, vt
ſcribunt Schafnaburgenſis, Sifridus, & Auentinus. *Lib. 4.*
Quomodo id acciderit? Ditmarus ſoluit. *Imperator antiquam Romanorum conſuetudinem iam ex parte magna deletam ſuis cupiens renouare temporibus, multa faciebat, quæ diuerſi diuersè accipiebant. Solus ad menſam quaſi ſemicirculum factam, loco cæteris eminentiori ſedebat.*
Caroli Cæſaris oſſa vbi XCIV.
requieſcerent cum dubitaret, rupto clam pauimento, vbi ea eſſe putauit, fodere, quouſque hæc in ſolio inuenta ſunt regio, iuſſit. Crucem
auream, quæ in collo eius pependit, cum veſti- XCV.
mentorum parte adhuc imputribilium ſumens, cætera cum veneratione magna repoſuit.

OTHO

Sal. Anno 1001.

OTHONIS EXPEDITIO IN SARRACENOS. *Sal. Anno* 1000.

XCVI. ANno Salut. milleſimo cum Sarraceni magna manu (vt Sigonius ſcribit) in Campaniam irrupiſſent, & Capuam eius Prouinciæ caput cæpiſſent. Otho tanta celeritate ſeſe in Italiam retulit, vt VIII. Kalend. Aprilis Anno Sal. M. Rauennæ conſtiterit. Inde ad Sarracenos contento curſu profectus, non minore felicitate Capuam recepit, quàm virtute hoſtes e finibus pepulit.

RELIGIOSA OTHONIS PEREGRINATIO.

CReſcentio Romano Conſule doloſè (ab Othone Imperatore) ſublato; tanti
XCVII famà periurij cum inter æmulos, tum inter domeſticos clamaret vindex, S. Romualdus virga religionis ſupplicem traxit in obſequium, grauibus impoſitis pœnitentijs, quas lubens ſoluendas ſuſcepit. *Itaque bellica cura perfunctus promiſſorum memor Caſſinum adijt, & duas coronas argenteas S. Benedicto donauit, ac nudis pedibus Garganum Montem viſitauit, præſenti iam multos ante annos Archangeli Michaelis numine celebrem.* (Sigon. de Regn. Italia.) Hac in peregrinatione cum à Gargano monte Otho regrederetur in vrbem cum Sancto Nilo Cæſarem colloquutum eiuſdem Nili teſtatur diſcipulus, vt ex M. S. Codice exaraſſe profitetur Baronius eius attende verba. (ſub An. 1000.)
Imperator verò pænitentiam pollicitus pedes ab
XCVIII. *vrbe ad Garganum montem iuit ad S. Michaelem Archangelum. Et inde reuerſus, per B. Nili hoſpitium tranſiuit. Cum igitur veniſſet ad Monaſterium, & vidiſſet fratrum tuguria circa Oratorium constructa dixit: Ecce Tabernacula Iſrael in Deſerto: ecce habitatores Regni Cælorum. Iſti non vt habitatores, ſed vt Peregrini manent hic. B. verò Nilus, cum percepiſſet thuribulum ſuum (quod moris erat) obuiam illi iuit cum vniuerſis fratribus, & cum omni humilitate, & veneratione ipſum excepit honorificè. Imperator autem ſuppoſita manu, Nilum ſubleuans, & ſubſtentans, ingreſſus eſt cum eo in Oratorium. Deinde facta oratione, dixit Imperator S. Nilo: Dominus noſter IESVS Chriſtus, dum erat cum Apoſtolis, præcepit illis, ne peram, aut baculum, aut duas veſtes poſſiderent. Cum verò accederet paſſioni, iterum dixit illis. Sed nunc qui habet ſacculum, tollat ſimul, & peram. Tu igitur quoq; cum iam ſenueris, & debeas proficiſci ad Regnum Cælorum, ſit tibi cura de tuis alumnis, ne poſt te anguſtiati loci difficultate, recedentes diſſipentur. Nos dabimus tibi Monaſterium, & prouentus, vbicumque volueris in prouincia noſtra. Cui Beatus ita reſpondit: Dauidem audiui dicentem. Salua me Domine, quoniam defecit Sanctus, quoniam defecit veritas à filijs hominum: & iterum. Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Si omninò ſunt Monachi fratres mei, & cuſtodient prò virili Chriſti mandata: ipſe qui vſq; adhuc mecum curam geſſit de ipſis, multo maiorem geret, abſque me de ijs qui ſperant in eius miſericordia. Hæc, & alia multa cum dicta eſſent, ſurrexit Imperator, vt diſcederet, & iterum conuerſus ad Senem, dixit illi: pete à me tanquàm à filio tuo quodcumque volueris, & cum omni alacritate perficiam tibi. Beatus verò Nilus cum extendiſſet manus ad pectus Imperatoris, dixit illi: Nihil aliud peto ab jmperio tuo præter ſalutem animæ tuæ: licet enim Imperator exiſtas, tanquam vnus de hominibus debes mori, & ad iudicium venire, & rationem reddere eorum, quæ feciſti bonorum, ſiue malorum operum. Hæc cum audiſſet Imperator, guttas lacrymarum profundebat ex oculis ſuis. Deinde Coronam ſuam in manibus S. Nili deponens, ab ipſo benedictionem adeptus, cum omnibus qui cum illo erant, iter ſuum eſt proſequutus.*

OTHONIS III. MORS PRÆDICITVR.

XCIX. EX religioſa peregrinatione reuerſus, patrio adhuc in Beneuentanos odio inſtammatus Oſſa S. Paulini Beneuento ſublata Romam detulit. Inde in citeriorem reuerſus Italiam

Sal. Anno 1002.
liam VIII. Kalend. Decembr. Rauennæ pere-
git, vbi priuilegia nouo Antiſtiti Friderico
redintegrauit. Romani interim nouis miſcen-
dis tumultibus Syluestrum infeſtum habere cœ-
perant; ad quos motus compeſcendos cum iter
C. *pararet, à Romualdo conuenitur, atque vt pia-*
culi cauſa, ſicuti ſæpè hortatus fuerat, Mona-
chum induat, admonetur. Tum Otho, obſe-
quar tibi, inquit, ſancte pater, poſtquam Ro-
manos nouas ſeditiones cientes domuero, Rauen-
namq; reuertero. Cui Romualdus, ſi Romam
iueris, inquit, Rauennam amplius non videbis. CI.

CONIVRATIO ROMANORVM IN OTHONEM III.

Sal. Anno 1002.

Romualdi vaticinio minimè Impera-
tor exterritus Romam pergit, vbi
CII. Domini Natalicia celebrauit; ac Ciuitatem,
Eccleſiamque legibus reformare, atque in
priſtinum redigere ſtatum inſtituit. Pere-
grini enim Romam venientes, Clericorum
offendebantur ſceleribus. Quos vt coerce-
ret, leges tulit politicas, ad morum diſcipli-
nam reſtituendam. Sed vnà cum Clericis
offenſi ciues, quia Romam liberam eſſe di-
cerent vrbem, cuius eſſet regere non regi,
Imperatorem obſident, & concludunt, non
ſine eiuſdem vitæ diſcrimine cum militem
nó haberet. Seditione audita Hugo Marchio CIII.



Thuſciæ vt Cæſarem liberaret, Romam ad-
uolat, adducto ſecum Henrico Bauarorum
Duce, qui poſtea eidem Othoni in Imperio
ſucceſſit. Hi porrò pro certo habentes fu-
rentem impetum multitudinis nulla vi, ſu-
bitò compeſci, neque Imperatorem diù ob-
ſidionem tolerare poſſe, militibus magna ex
parte cæſis, vel exarmatis; ipſe vrbem in-
greditur non armata manu; ſed erga Rem-
publicam fretus officijs accedit Senatum,
orat, placidè vrget ne parricidio vrbem do-
minam gentium polluant, quia ad priſtinos
Romanorum reuocatam mores. Pacem ſpi-
ritum eſſe Reipublicæ, quam Imperator ex-
hibet, ipſe ſe ſponſorem promittit. Pacis
conditiones Romanus ipſe Populus exaret,
& ſi quid aduerſus Othonem habeant, inſi-
mulent, audiant, inauditum minimè dam-
nent;

Anno Sal. 1002.

nent; quia vt innocuos reos ipſos perire facit non iudicis inclementia, ſed inaudientia.

Senatus etſi ſtatuerat nullam admittere conditionem pacis, ſed Reipublicæ vindicare libertatem Imperatore vel occiſo, vel capto: ne furore tamen, ſed iuſto videretur exarſiſſe dolore, pacis conditiones ſimulauit. Hugo verò Romanorum ſimulatione percognita, mutuo dolo rependit, Othonem admonens, vt mutata veſte per occultos Capitolij cuniculos ſe ſubduceret; cum interim quo ſecurior fugienti pateret aditus, ipſe prolixa concione populum detinèret. Populi itaque conuocatis comitijs, in noctem ſermonem Hugo perducit, & interlocutoriè incautam populorum turbam deuincit, vt fugam Othoni ſuaderet, dum ipſe Populum conſulit, an Othoni teneretur conſulere id quod & Romanæ Reipublicæ, & eidem Othoni crederet expedire? reſpondit Populus. *Imò niſi hoc feceris te virum bonum non exiſtimabimus*. Interim Otho diſcrimen effugerat: Hugo verò reſponſo Populi fretus, in Capitolium reuertitur; ibiq; mutatis veſtibus cum Henrico per eoſdem euadit cuniculos, vnde effugerat Otho. Quærentibus Romanis, & indignantibus ſignificauit per nuntium; Reipublicæ non exceſſiſſe mandata. Cum decus, & Romanorum vtilitas poſceret, ne Imperatoris parricidio fœdarent Rempublicam; quod à Germanis nonniſi vrbis excidio vindicari potuiſſet. *Sigebertus. Chronic. Spangenb. Mutius. Sigon.* fugiētem Othonem habuiſſe Comitem Syluestrum Pontificem cum Hereberto Antiſtite Colonnienſi *Sigebertus, Sigonius*, & alij ſcribunt: quod enim ipſum ſibi ſenſiſſet infeſtum, voto ſecuritatis ſecum deduxit. CIV.

HVGONIS MARCHIONIS THVSCIÆ ORIGO, OBITVS.

ROmano in tumultu Hugonem non interueniſſe ex Petro Damiani contendit probare Baronius. Si quidem (inquit ipſe) antè Othonis obitum, Hugo deceſſit; Anno nempè 1001. vt patet ex Epitaphio, quod ſarchophago porphyretico olim inditum, poſteà perditum, tandèm repertum vt in M. S. cod. Caſſiani, qui erat Maurolici Abbatis, dixit legiſſe Baronius. Sarcophagum iam traductum in aquæ miniſterium, nimis ingratè iacet in atrio Monaſterij, quod in honorem Dei genitricis fuit Florentiæ ab ipſo conſtructum. Temporis nota talis erat. *Obijt Anno ſalutis milleſimo Primo. XII. Kalendas Ianuarij*. In eo etiam literæ iſtæ habebantur inciſæ. *H. M. H. N. S.* hoc eſt, vt idem Baronius interpretatur: Hugonis Marchionis Hugonis nepotis ſepulchrū. Fuit enim nepos Hugonis Regis Italiæ. Cuius nomen potiùs quàm patris in ſepulchro ponitur, quia regium, & magni viri: Patris verò quia illegitimi, & obſcuri nomen fuit prætermiſſum: nam Hugonis noſtri Marchionis pater nothus fuit Regis Hugonis. Epitaphium quod veteri ſepulturæ inſculptum erat, lege:

F	LVCTVAT IN TERRI	S	QVI SEMPER VIVERE QVÆRI	T
L	VMINIS ET STABIL	I	NON MANET ILLE GRAD	V
E	N EGO DIVES VGO D	V	X FVLSI NOMINE CLARV	S
R	EXI IVRA PI	E	TEGMINE CARNIS IN HO	C
E	T DOCVI MITE	M	PRAVVM SVB FASCE COEG	I
M	E RAPTOR FVRT	A	PAVIT AMARE MAL	A
A	FRVM ME COLVIT RE	G	NVM, ET QVI REX ERAT ILLV	D
R	OMA MIHI PARV	I	T V T PATER HANC DOMV	I
I	STE TAMEN TVMVLV	S	ME CLAVDIT MARMORE PARVV	S
T	VSCA MANVS PLORE	T	MORTIS HONORE SVB HO	C
V	T ME POENÆ ARDO	R	NON VRAT LECTOR ADOR	A
M	VNDO CORDE DE	V	M QVI BONA CVNCTA REGI	T
		M	ORE BENIGNO.	

Anno Sal. 1002.

Epitaphio Petrus Damiani concordat in Epiſtola, quam ſcripſit ad Godefredum Tuſciæ Marchionem, eiuſdem Hugonis ſucceſſorem, ad Anteceſſoris prouocando, & ſuadendo ſequi veſtigia. *Vt autem domeſticum tibi (vt ita loquar) vernaculum præbeamus exemplum: nemo melius occurrit, quam glorioſæ memoriæ Hugo Dux, & Marchio, qui eum, quo tu fungeris, obtinuit Principatum; obtinuit, inquam, vtramque Marchiam, & quæ Thyrrenum videlicet, & quam mare Adriaticum alluit. Sed cum perpenderet, quia propter improbitatem iniuſtè viuentium ſtrenuè regere vtramque non poſſet, ceſſit Imperatori Marchiã Camerini cum Spoletano Ducatu; iuri verò proprio Tuſciam reſeruauit. Huius tempore Capuanus Princeps, ſi ritè rem teneo, dum manibus chirothecas vellet abducere, hi qui aduerſum eum conſpirauerant, ei protinus quaſi ſubuenientes occurrunt, manus eius vtraſque complodunt, & mox euaginatis gladijs eum confodientes interimunt. Quod mox vt incomparabilium virtutũ viro, Hugoni videlicet Marchioni, delictum iſtud patenter innotuit: nihil moratus Capuanam vrbem numeroſis exercituum legionibus circumſedit, eamque tamdiu bellicis armatorum copijs oppugnare non deſtitit, donec ex ea victoriam caperet, & interfectores Domini ſui digno necis ſupplicio trucidaret.*

De quo nimirum, & alia tot virtutum inſignia referuntur, vt prolixitate temporum ſplendida nominis eius fama aboleri nullatenus valeat, ſed quaſi virens ſemper, & florens in ore hominum ſolemniter viuat. E quibus, & nos ſcribere nonnulla poſſemus, quæ forent ædificationi procerum profutura; ſed quia dum nobis dicerentur, ſingula geſtorum verba notare neglexnimus: ne, quod abſit, aliquo fallamur in verbo, deſcribenda hæc alijs delegamus. Breue tamen quod audiui de pueri eius ætate non taceo. [a] Obertus Marchio pater eius Hugonis Regis naturalis filius extitit, qui nimirum [b] Vuillam Bonifacij Marchionis filiam coniugali ſibi fœdere copulauit.

a al. Adalbert. aut Albertus, vel Vbertus dictus inuenitur.
b Alij Guillã.

Hic habes Genealogiam Hugonis. Filius fuit Alberti, qui fuit nothus Hugonis Regis Italiæ.

Hic pater ſcilicet Hugonis (pergit Damian.) *non multo poſt indignationem Primi Othonis incurrit, ac ſubinde relicta neſciens coniuge grauida, in Pannoniam profugus exulauit. Qui longo poſt tempore reſumptus in gratiam, redyt: matrem autem grandiuſculam cum prole reperiens, admiratus expauit. Negat homo ſe genuiſſe quem conſpicit, & zelotypiæ permotus inuidia, fetæ mulieri obſcœnum crimen intendit; nequaquam ſe tam inſperatæ rei perhibet conſcium; diffitetur ſe conceptionis huius noſſe myſterium; nec poſſe fieri, vt ſe aſſerat patrem, qui prægnantem non reliquit vxorem. Ad hoc tandem, re diutius ventilata pertrahitur, vt non aliter quam peractæ purificationis iudicio, tam grauis obiectio ſopiatur. Hoc igitur ex vtraq; parte conuenit, vt in vaſta quadam ampliſſimæ domus area conuentus religioſarum fieret perſonarum, quibus nimirum in ſubſellijs ſuis vndique conſidentibus puer ſolus in medio poneretur, vt ſi patrem, quem nunquam antea viderat, adiens peteret, ab omni, proculdubio matrem ſuſpicione purgaret.*

Quid plura? Conueniunt Pontifices, adſunt cum Monachis, & Abbatibus inferioris etiam ordinis Sacerdotes. Fletur, gemitur, ſuſpiratur. Ad Cælos oculos erigunt, pugnis pectora tunſa contundunt, præfluentibus lacrymis triſtia ora perfundunt. Dimiſſus itaque puer in medio ſine pappate, vel gerula, repit ire, & cum pater ſederet inter vulgus, nec ab alijs videretur illa ſubſellij varietate diſtinctus, contemptis omnibus, puer ad eum ſignanter acceſſit; eiq; tanquã notiſſima familiaritate blanditus, adhæſit. Sic itaque liberauit matrem, dum diuino promotus inſtinctu petijt genitorem. Hac igitur modo matris confuſio tollitur, & patri filius redditur; & vtriuſque parentis affectus erga ſe inuicem in communi ſobole reformatur. Omnes ergo qui aderant, tanto ſtupefacti miraculo, notiua mentis iubilatione ...... & dignas auctori Deo gratias referentes exultant.

Hic perſæpe dum equitaret, comitum turmas poſt ſe dimittere conſueuerat, & vel ſolus, vel uno contentus aſſecla, longius præcedebat. Et tunc agricolas, vel opiliones ſibi compellabat affatibus: Quid vobis (inquit) videtur de Marchione iſto? quem dicunt? Nunquid non crudelis, & impius, & pauperes opprimit, terram diſſipat, & cuncta ditionis ſuæ bona profligat? Ad quæ ipſi, Abſit, aiunt Abſit. falſum eſt penitus, o homo, quod loqueris. Non eſt enim poteſtas

Anno Sal. 1002.

ſtas talis ſuper terram, quæ ſcilicet uiolentijs, & rapinis abſtineat, quæ in tanta pace, & ſecuritate Populum ſibi ſubditum regat. Viuat, optamus, viuat iſta poteſtas ad refugium pauperum, & proſperè floreat ad omnem cuſtodiam ſubditorum. Quod ille audiens, exultabat in Domino. Vnde ſæpe dicebat: In tanta volo ſemper erga ſubditos, & præcipuè erga ruſticos manſuetudine uiuere: vt . . . . . quæ caballi mei redentis ore dilabitur, à ruſticorum porcellis e ueſtigio colligatur. Porro autem, cum de ſe quid diceretur inquireret, quid aliud quam noſtri [a] *Redemptoris imitabatur exemplum? Qui nimirum cum omnia proculdubio noſſet: illud tamen ueluti neſcius à Diſcipulis inquirebat: Quem dicunt homines eſſe Filium hominis? Cui cum illi diuerſas hominum opiniones exprimerent, addidit: Vos autem quem me eſſe dicitis? Scilicet ut Rex Angelorum formam daret rectoribus hominum, non quid per os aſſentatorum ſuorum dicatur, attendant, ſed quod teſtimonium apud abſentes habeatur inquirant, ſicque quod reprehenſibile ex eorum fama deprehenderit, corrigant; ad exequenda uero bona, quæ de ſe dici cognouerint, auidius inualeſcant.*

a Matt. 16.

Vt autem præfati Marchionis etiam finem breuiter perſtringamus. Cum in extrema ualetudinis languore decumberet, & totius Regni lucem extingui, non parua diuerſorum hominum multitudo defleret: uenerabilis quidam Epiſcopus, cuius me ad præſens uocabulum fugit, hoc in ligno, quod in igne tunc ardebat, expreſſum per quædam litterarum ueſtigia deprehendit HVGO MARCHIO QVINQVAGINTA ANNIS VIXIT. Cumque hoc, quaſi fauſtum omen, hi qui aderant, crederent, ſignumq; hoc eſſe recuperandæ ualetudinis, erectis in ſpem cordibus, autumarent: paulo poſt ipſe defunctus eſt. Hic præterea ſeptem Monaſteria in ſui iuris poſſeſſione conſtruxit, quæ non modo prædijs, ac mancipijs, ſed aureis, & argenteis uaſis, diuerſis etiam Eccleſiaſticis ornamentis copioſa liberalitate ditauit. In quorum uno, uenerabili uidelicet, ac Religioſo, quod in honorem Dei Genitricis in Florentina ciuitate cōſtructum, iacet cadauer eius humatū.

Cuius obitum cum Auguſtus, qui tum habenas regebat imperij, Otho uidelicet Tertius agnouiſſet, quia quodam aduerſus eum ſtimulo mordebatur inuidiæ, protinus in hanc uocem gratulabundus erupit: Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Sed paulò poſt, eodem ſcilicet anno, & ipſe defunctus eſt. Sic itaque ſuam improuidus pertulit, qui de morte alterius nequiter exultauit, non attendens id, quod uir ſapiens ait: [b] *Noli de mortuo inimico gaudere, ſciens quoniam omnes morimur.*

b Eccl. 8.

Hinc deducit Baronius hunc Hugonem, quia Othoni III. præmortuum non adfuiſſe in Romano tumultu; quod tamen facillimè tolleres, ſi Hugonis obitum menſe Ianuario accidiſſe aduertas; Othonis verò menſe Februarij, quibus Annus dici poteſt fuiſſe tàm milleſimus primus, quá milleſimus ſecundus propter ſupputationem quam alij à Domini deducunt Natiuitate, alij ab Incarnatione: Deducit ſecundò Baronius non ſine iniuria nationis nominari Marchionem Brandeburgenſem, cum fuerit Italus. In hoc etiam Baronio ſatisfacere poſſet Sigebertus dicendo: quid prohibet alium Hugonem Marchionem Brandeburgenſem Romam accurriſſe in Imperatoris ſuppetias? quo dato Petrus Damiani Sigeberto minime aduerſaretur. Quod ſi vrgeat Baronius Hugonem Thuſciæ Marchionem Othoni III. fuiſſe ſuſpectum *Damiani* teſte, vnde in Romano tumultu haud poſſe locari in partibus Othonis? in hoc etiam reſponderi poſſet ex Ditmaro Othonis contemporaneo, Othoni acceleratam mortem conſpiratione ſuorum, qua comperta protinùs infirmatus obijt Imperator. In tanto rerum diſcrimine, quid certi?

OTHONIS III. OBITVS.

OTho elapſus è manibus Romanorum, cum reparato exercitu in Romanos, vrbi appropinquaret, in itinere, hauſto veneno moritur. *Sigeber. Sal Anno* 1002. vt clarè patet ex diplomate Henrici II. ſucceſſoris Othonis, dato in gratiam Monaſterij S. Vincentij ad fontes Vulturni poſitos Anno Sal. 1014. Regni Henrici XII. ergo Anno 1002. regnare cæpit Henricus. Diem obitus Scriptores variant. Marianus Scotus V.

 Kalend.

Sal. Anno 1002. Kalend. Febr. Othonem ex hac vita migraſ-
ſe ſcribit. Hermannus X. Kalend. extinctum
aſſerit. Ditmarus verò IX. Kalen. Venenum
CV. quis exhibuerit, certant Auctores ſcribit
Saxon. 4. cap. 26 Krantzius fœminæ cecidiſſe dolo. *Vxor* (in-
quit) *quondàm Creſcentij, mulier procax, Im-
peratoris in ſe animum pellexit: & perinde
miſſo poculo, neſcio in quos vſus (vt prætende-
rat) confecto Imperatorem veneno extinxit.*
Vel vt ait Sigonius nō poculo, ſed chirotecis.
*Cæterum Creſcentis vxor, quæ ipſum ſpe re-
gnandi ad amorem ſui pellexerat, diſceſſu eius
dolens, venenatum chirothecarum ſimulatæ
amicitiæ munus ad eum miſit: quo ille ſenſim
infectus XII. Kalend. Februar. apud Pater-
num* (non Romæ, vt incautè ſcripſerunt He-
pidannus, & Rolevvinchius) *ex vaticinio
ſancti viri extinguitur: ante verò, quàm expi-
raret, adhibito Antiſtite Hereberto, veneno ſe
infectum confeſſus eſt, petijtque vt corpus ſuum
Aquas deportandum curaret, & regalia inſi-
gnia apud ſe haberet.* Ditmarus tamen qui
his diebus vixit, & fermè diarios compo-
ſuit, nil prorſus de commixtione Othonis
cum vidua Creſcentij; nec veneno dicit de-
functum. Sed potius mœrore, cum in eum
ſubditos ſuos molliri prænouit. *Appropin-
quante eius obitu, multa præuenère importuna:
nam noſtri Duces, & Comites non ſine conſcien-
tia Epiſcoporum multa contra eum conſpirare
nituntur, Henrici Ducis Bauariæ poſtea ſuc-
ceſſoris ſui ad hoc auxilium poſtulantes. Hic
vltima patris ſuimet, & æquiuoci monita, qui
in Gandersheim obijt, memori ſeruans in pecto-
re, & ſibi hactenus in cunctis fidelis nullum his
præbuit aſſenſum. Imperator hoc ſtatim com-
periens, & patienti ferens animo in Paterna
vrbe puſtellis interiora prementibus infirmatur,
& IX. Kalend. Februarij, Romani corona im-
perij exiuit ab hoc ſæculo.* Porrò ne ipſæ anti- CVI.
quitatis fabulæ lectorem fugiant, ſequens
commentum, quod in Chronico Hildeshei-
menſi legitur, non pertranſeam. *Penteco-
ſtes celebritatem Otho digna deuotione Aquiſ-
grani ſeruauit. Quò tunc ammirationis cauſa
magni Imperatoris Karoli oſſa contra diuinæ
Religionis Eccleſiaſtica effodere præcepit. Quæ
tunc in abdito ſepulturæ mirificas rerum varie-
tates inuenit. Sed de hoc, vt poſtea claruit, vl-
tionem æterni vindicis incurrit. Nam prædi-
ctus ei Imperator poſt tantæ commiſſionis faci-
nus comparuit, & ei prædixit obitum ſuum ce-
lerius affuturum.* Effoſſa, cum dubitaretur,
vbi ſitus eſſet Karolus, ſepulchra, *Ditmarus*
memorat: huius verò commenti nec ver-
bum.

OTHONIS III. SEPVLCRVM.

CVII. SVblato Othone, cadauer eius aromati-
bus refertum, & veſtibus regijs *tandiù*
Lib. 4. (Auctore Ditmaro) *celabant, quoad exerci-
tus vndique tum diſperſus per internuntios col-
ligeretur. Tunc triſtis turba dilecti ſenioris
corpus comitata, magnas bellorum aſperitates
VII. dies continuè perpeſſa eſt, nullaq; ſecuri-
tatis certitudo ab hoſtibus conceſſa, niſi tum
dumtaxat, quando ad Bernam perueniunt ci-
uitatem. Exin cum ad Pollingum curtem Si-
gefridi, Præſulis Auguſtani venirent, ab Hen-
rico Duce ſuſcepti, lacrymis eiuſdem vehemen-
ter iterum commoti ſunt. Quos ſingulatim, ut
ſe in Dominum ſibi, & regem eligere voluiſſent,
multis promiſſionibus hortatur, & corpus Impe-
ratoris cum apparatu imperiali, lancea dunta-*
CVIII. *xat excepta, quam Haribertus Archipræſul
clam præmittens, ſuam ſumpſit in poteſtatem,
habet honorificè. Archiepiſcopus autem parum-
per cuſtodia detentus, relicto ibi prò vadimonio
ſuimet fratre, cum licentia abijt, ac ſacram
mox lanceam remiſit. Is cum omnibus, qui
huc Imperatoris funus ſequebantur, excepto
Antiſtite Sigefrido, Duci tunc non conſentie-
bant, neque omnino denegabant; ſed quò me-
lior, & maior populi totius pars ſe inclinaret,
libenter aſſenſurum pronuntiabat, Dux verò* CIX.
*cum his Auguſtanam attingens vrbem, dilecti
ſenioris inteſtina duabus laguncalis prius dili-* *Ottonis III. inteſtina Auguſtæ condita.*
*genter repoſita, in oratorio S. Præſulis Othelri-
ci, quod in honorem eius Luidulphus, eiuſdem
Eccleſiæ Epiſcopus, conſtruxit, in auſtrali par-
te Monaſterij Sanctæ Martyris Afræ, ſepul-
turæ honorabili tradidit, & ob animæ reme-
dium ſuæ centum manſos propriæ hereditatis
conceſſit. Deindeq; dimiſſa multitudine ad ci-
uitatem ſuam, quæ noua vocatur, corpus Cæſa-
ris proſequitur. Poſteaque ab æquiuoco ſuimet*
Hen-

Sal. Anno 1002.

Henrico, cuius ſororem viuente Imperatore iam duxit ſuppliciter exoratus, tandem corpus, valedicens ſingulis, ad loca deſtinata dimiſit. *Funus Othonis III.* Cum vero *ad Coloniam veniſſet, primò ſuſceptum eſt ab Archiepiſcopo eiuſdem ciuitatis Heriberto ad Monaſterium S. Seuerini poſt palmas, II. feria ad S. Pantaleonem. III. defertur feria ad S. Gereonem. IV. die in Cœna Domini ad S. Petrum portatur, vbi pœnitentibus more Eccleſiaſtico introductis, & indulgentia reſolutis, anima præſentis corporis ab Archipræſule remiſſio datur, à conſacerdotibus autem memoria expoſcitur, lacrymabiliter autem à Populo ſupplice impenditur; VI. feria illuceſcente, funus eleuatum ad Aquaſgrani ſancto perducitur in Sabbatho, die verò Dominica in Eccleſia Sancta Mariæ ſemper Virginis in medio ſepelitur choro.* Vſque adhuc Ditmarus. Inteſtina porrò Afræ Auguſtæ Vindelicorum condita inſigni marmoreo monumento ornauit Fridericus III. Elector Saxoniæ. *Chriſtian. Matth.* cuius Epitaphium CX.

Romani Imperij decus amplum Tertius Otho
Oſſa in Aquiſgrani, hic viſcera clauſa tenet.

Eius ſymbol. *Valet vnita virtus.*

Auguſtæ verò Vindelicorum: Sequens extat monumentum.

Imp. Cæſ. Othoni Auguſt. III. ex gente magni VuiteKindi Saxonum Regis, Cæſ. Othonis Auguſt. II. filio, Cæſaris Othonis Aug. Magni nepoti, Regis Henrici Auguſti aucupis pronep. Othonis Ducis Saxoniæ, & Roman. Imperat. gubernatoris abnep. Ludolphi Saxonum Ducis atnep. Brunoniſq; Saxonum Ducis, & VuiteKindi fratr. trinepoti. Obijt X. Kalend. Febr. Anno Salutis M. II. Regnorum XIX. Imp. V. Quòd viſcera eius hic condita iacent, Fridericus III. Dux Saxoniæ Princeps Elector, Comes Prouincialis Thuringiæ, Marchio Miſniæ, & Sacri Rom. Imp. locum tenens generalis, progenitoribus dulciſſ. faciundum curauit. Salut. Anno M.D.XIII. V. Id. Maij.

SEPTEMVIRORVM ORIGO.

CAPVT TERTIVM.

1 *Septemuirorum electio an à Gregorio V.* 3. *A Carolo M.* 5. *à Gregorio X.*
4 *Opuſculum de Regimine Principum, an D. Thomæ.*
6 *Imperatores Germani quo uſque omnium Principum Germanorum conſenſu eligerentur.*
8 *Collegium Electorale quando.*
9 *Electoralis poteſtatis initium, & quomodo coarctata.* 10. *Principum vota colligebat.*
12 *Bulla Aurea.* 13. *Cur inducta.*

SEptemvirorum electio incidit. Latet origo, nec tam historicorum penuria, quàm penu controuerſiam adhuc ſub iudice vrgent. Bellarminus eiuſq; aſſeclæ regnante volunt Othone
1. III. factam inſtitutionem in Romana Synodo à Pontifice Gregorio V. circa An. Salut. 996. Vndè non ampliùs à populo, vel à Principum Germanorum Senatu, ſed à Septemviris Imperator eligeretur. Qui modò ſint? ſequenti Epigramate Reuſner. cecinit

Septem clara viris fulget Germania magna *In deſcript. vrbiũ Imper.*
Quos penès arbitrium Cæſaris omne manet. *p. 13. II.*

Ex aduerſo Auentinus, quem quadrato agmine Onuphrius ſequitur, ſub Gregorio X. volunt in Lugdunenſi Concilio circa Sal. Anno 1274. *Ego* (ait Auentinus) *illos demum poſt fata Friderici II. inſtitutos, & à Gregorio X. confirmatos eſſe compertum habeo.* *Annal. lib. 5. p. 510.* Adiungit Onuphrius. *Itaque cum nullus, nec Germanus, nec Italus, nec cuiuſuis gentis auctor, qui tamen ante Friderici obitum vixerit, vel verbum quidem de hac re faciat; profecto* *De Comitijs Imper.*

ěto neceſſe eſt, vt longo tempore poſt Othonis tempus hoc inſtitutum fuerit.

Cæſaris vel Pontificis fuerit Septemviros eligere, in præſens non eſt, aulæ & Eccleſiæ componere queſtus. Hiſtoriam expectabis Pontificum. Interim Annales Cæſarum percurrendo, vnde Electorum exordium trahere poſſimus, videamus. Quod vt clariùs eluceat, hiſtoricos ſub Othone III. ſuſtinentes Septemvirorum originem, in prima claſſe reponam. In ſecunda eos, qui eam volunt ſub Gregorio X.

HISTORICI SEPTEMVIRORVM ELECTIONEM
SVB OTHONE III. & GREGORIO V. Recenſentes.

III. INter Germanos Hiſtoricos nemo legitur præter Iordanum, qui ſupra Othonis III. ætatem, originem Septemuirorum protrahat. Solus Iordanus ad Carolum Magnũ referens, ait: *Factum eſt, quod S. Carolus M. Imperator de conſenſu, & mandato Romani Pontificis ordinationem ſibi diuinitùs inſpiratam inſtituit, & precepit vt jmperium Romanorum apud electionem Canonicã Principum Germanorum in perpetuum remanèret.* Cœterum jordano quis adhæreat, penitùs latèt.

Lib. de trãslat. Imper.

Communior ſententia Septemvirorum originem in Othonem III. referens, cuidam adhærere videtur priuilegio Othonis III. ſcripto Anno 999. & præfixo iuri Saxonico Municipali, vt notat *Simon Maiolus*, in quo aperta fit mentio Electorum Eccleſiaſticorum, & ſecularium. Idem renouatur in alio priuilegio exarato Sal. Anno 973.

De maieſt. Imper. Roman. p. 207.

In Cron.

Nec diſcrepare creditur Sigebertus cum ſcribat Sal. Anno 1002. Othonem Romæ degentem tractaſſe qualiter *iura Regni*, & Eccleſiæ ad antiquum ſtatum reformaret. *Romani per hoc ad contemptum eius adducti ſubitò contra eum conſpirant*, ægrè forſan ferentes Cæſaris electionem in ſolo Germanos transferri.

Sed clarius Martinus Polonus, qui dicitur mortuus Sal. Anno 1278. poſt obitum Imper. Friderici II. Pœnitentiarius Innocentij IV. vt in additione ad Platinam teſtatur Onuphrius, propterea Pontif. Innocentij IV. & Imper. Friderici II. geſta audiuit, & vidit: & tamen in vita Othonis III. ita ſcribit. *Et licet iſti tres Othones per ſucceſſionem generis regnauerint: tamen poſtea fuit inſtitutum, ut per officiales jmperij Imperator eligeretur, qui ſunt ſeptem: videlicet primò tres Cancellarij iſti, Maguntinenſis Germaniæ, Treuirenſis Galliæ, Colonnienſis Italiæ; Marchio Brandenburgenſis Camerarius eſt. Palatinus dapifer; Dux Saxoniæ enſem portat; Rex Bohemus pincernam agit.* Ex hac tamen auctoritate (Baronius obijcit) nihil certi deducitur, cum Martinus non aſſerat ſub Othone III. Septemviros inſtitutos, ſed tantummodo dicat Othone III. mortuo ſine hærede, *poſtea inſtitutum fuit: ut per officiales jmperij Imperator eligeretur.* Vbi particula *poſtea* tempora longè ſubſequentia reſpicit.

Idem ſcripſit D. Thomas Friderici II. contemporaneus, obijt iſte antequam XIV. Lugdunenſe celebraretur Concilium, in quo volunt Septèmuiros electos, annum vitæ agens quinquageſimum, vnde annorum ſex & viginti eſſet, cum Fridericus obijt ex Bellarminiana ſupputatione *Otho* (inquit) *jmperium tenuit uſque ad tertiam generationem, quorum quilibet vocatus eſt Otho: & ex tunc (vt Hiſtoriæ tradunt) per Gregorium V. genere ſimiliter Teutonicum prouiſa eſt electio, ut uidelicet per ſeptem Principes Alemaniæ fiat, quæ uſque ad iſta tempora perſeuèrat, quod eſt ſpacium ducentorum ſeptuaginta annorum, uel circa &c.*

3. de Regim. Prĩ. cp. c. 19.

de Trãslatione Imperij. Lib. 3. c. 1.

Sed iure obijcitur opuſculum illud Diui Thomæ non eſſe, cum in eo mentio fiat Adolphi, & Alberti Imperatorum: fuerunt iſti poſt obitum D. Thomæ. IV.

Idem ſcripſit B. Auguſtinus Triumphus (obijt Sal. Anno 1328. cum ætatis annum ageret 85.) contemporaneus Friderici, Lugdunenſis Concilij, & Gregorij X. *Gregorius V.* (inquit) *tempore Othonis Imper. conuocatis & requiſitis Principibus Alemaniæ, ſeptem Electores inſtituit, Officiales ipſius curiæ Imperialis: quatuor Laicos, vt Regem Bohemiæ, Ducem Saxoniæ, Comitem Palatinum, & Marchionem Brandeburgenſem; & tres Clericos,*

Ex epitaphio in Eccleſ. Eremit. Auguſt. q. 35. ar. 2. de poteſt. Eccleſ.

cos, Archiepiſcopum Moguntinenſem, Treuirenſem, & Colonienſem.

Lib. de ſcriptor. Idem voluit Henricus Cardinalis Hoſtienſis (florebat Anno 1240. Tritbemio teſte) Anno decimo ante obitum Friderici II. & trigeſimoquarto ante Concilium Lugdunenſe à Gregorio X. celebratum. Hic explicans decretalem Innocentij, quæ incipit, *Venerabilem*, ſeptem numerat Principes, ad quos de iure Imperatoris ſpectat electio.

Idem legitur in Chron. M. S. vnde Krantzius ſuam exornauit hiſtoriam. Friderici II. contemporaneus eſt illius Chronici auctor, cum Sal. Ann. 1240. à ſe inceptum opus teſtetur, ideſt decennio ante mortem Friderici. *Papa* (inquit Auctor) *Gregorius* Apud Bellar. loco ſup. cit. *(IX.) inſolentias Imperatoris contra Eccleſiam metuens, Principes ſuper electione alterius ſollicitauit, ſed nihil profecit; quia quidam Principum ei reſcripſerunt, non eſſe ſui iuris Imperatorem ſubſtituere, ſed tantùm electum à Principibus coronare: electio enim ad illos dignoſcitur pertinère: ex prætaxatione principum, & conſenſu eligunt Imperatorem Treuirenſis, Moguntinus, & Colonienſis. Palatinus eligit, quia dapifer eſt; Dux Saxoniæ, quia Marſcalcus; & Margrauius de Brandeburga, quia Camerarius. Rex Bohemiæ, qui pincerna eſt non eligit, quia Teutonicus non eſt.* Si itaque tempore Gregorij IX. electio Imperat. ad Septemviros pertinebat, non ſunt audiendi Auentinus, & Onuphrius dicentes ante obitum Friderici, & à Gregorio X. electores fuiſse inſtitutos.

Eo reſpicere videntur Germani Principes in publico inſtrumento miſſo ad Nicolaum III. Pontificem Salut. Ann. 1270. quod Romæ dicitur aſſeruari in Arce S. Angeli; in quo priuilegia, & donationes à Cæſaribus Eccleſię factas confirmantes, habent.

Nos Principes imperij vniuerſis præſentem paginam inſpecturis. Complectens ab olim ſibi Romana Mater Eccleſia quadam quaſi caritate Germaniam, illam eo terreno dignitatis nomine decorauit, quod eſt ſuper omne nomen, temporaliter tantùm præſidentium ſuper terrã, plantans in ea principes tanquàm arbores prælectas, &c. (olim) cum dicant à Romana Eccleſia electores inſtitutos, non eſt credibile tempore Gregorij X. ſignari, vel Lugdunenſis Concilij, cum epiſtola ſcripta ſit quatuor tantummodò annis poſt obitum Gregorij X. quinque verò poſt Lugdunenſe Concilium XIV.

Idem voluere *Lupoldus Bambergenſis*: Lib. de Iuribus Imp. c. 3. *Aluarus Pelagius*: *Ioannes Villanus*: Lib. 1. de planctu Eccleſia art 41. Lib. 4. Hiſtor. Flor. c. 2. qui licet ante obitum Friderici II. haud vixerint, tamen vixère omnes ſedente Io: XXII. Pontifice, Ann. 42. poſt Lugdunenſe Concilium, vt nullo modo ignorare potuerint, quid egerit Gregorius X. cuius temporibus vixerunt & ipſi.

HISTORICI ASSERENTES SEPTEMVIRORVM
Electionem factam tempore Friderici II. & Gregorij X. Imperatorum.

V. IMperatorum electionem non Septemvirorum fuiſſe, ſed omnium Germaniæ Principum cum clariſſimè liqueat ex peruetuſtis Hiſtoriarum monumentis, Luitprandi, Othonis Friſingenſis, Abbatis Vrſpergenſis, Vvitikindi, vſq; ad obitum Imper. Othonis III. ea tantummodò, quæ ab obitu Othonis III. memorantur reponam, vt inde certam Septemvirorum originem habeamus.

Deſidiæ primùm tot forent acuratiſſimi arguendi ſcriptores, qui ob nimiam aliquandò diligentiam, lectoribus faſtidium faciant, De Comit. Imperator. ait Onuphrius, dum vbi Imperator ſingulis noctibus pernoctauerit, vbi Paſcha, Pentecoſte, Natale, Quadrageſimam ſingulis annis tranſegerit, ſcribant; rem verò tanti momenti tacuerint?

Sed age, videamus (inquit Onuphrius) ſingulas deinceps Imperatorum electiones, quæ poſt Othonis III. Imp. obitum fuere, à quibuſnam, & qua ratione ſequentes Imperatores renuntiati fuerint.

Otho Imperator (inquit Sigebertus Sal. An. 1002. contemporaneus Henrici II. Imper. ſucceſſoris Othonis III.) *degens Romæ, dum cum Romanis ſereniſſimus agit, tractans qualiter iura Regni, & Eccleſiæ ad antiquum ſtatum reformaret; Romani per hoc ad contemptum eius adducti, ſubitò contra eum conſpirant: & aliquot militum eius peremptis, eum*

in pa-

in palatio obſident: unde per induſtriam Henrici Ducis Baioariæ, & Hugonis Marchionis Italiæ ſimulato pacto vix extractus, Roma decedit cum Syluestro Papa: & quia uxor Creſcentij Imperatorem ſpe regnandi ad amorem ſui pellexerat, dolens pro eius diſceſſu venenū ei miſit: quo ille conſumptus inter remeandum in Italia moritur. Milites autem Tranſalpini corpus Imper. defuncti cum inſignibus jmperij ad Galliam referentes, crebris Italorum incurſibus laceſſiti, armis ſibi viam parant: ſed quūm iam res in tuto eſſe putaretur, Dux Baioariæ Henricus iniuriato Heriberto Colonienſium Archiepiſc. à cuius ore omnes pendebant, inſignia Regni ab eo violenter extorſit, quaſi iure hæreditario ſibi competentia. Erat quippe filius Henrici Ducis, qui fuit genitus de Henrico fratre Primi Othonis Imper. Henricus ergo Dux, conciliatis ſibi animis quorundam principum Regni, vngitur in Regem à Vuilligiſo Moguntino Archiepiſcopo.

Lambertus Scafnaburg. *An. Sal.* 1002. *Otho III. Imper. obijt, cui Henricus Bauarus ſucceſſit. Egginhartus Marchio, Regni vſurpator, Palodi occiſus eſt. Plerią; principes à Rege deficiunt: ſed poſt modicum correpti, in gratiam recipiuntur.*

De eodem ſcripſit Otho Epiſcopus Friſingenſis. *Anno* (inquit) *ab Incarnatione Domini M. I. mortuo ſine hærede Othone III. Henricus patre Hezilone, natione Noricus, eiuſdemque gentis Dux, ab omnibus Regni primoribus electus 86. ab Auguſto Rex creatur.* Non igitur Septemvirorum origo ab Imperatore Othone III. traducitur. Videamus Conradi II. electionem, & ſucceſ-

Lib. 6. c. 28. ſionem, de quo Otho Friſingenſis ſcribit: *Anno ab Incarnat. Dom.* 1025. *defuncto ſine, filijs Henrico, Conradus natione Francus, conſilio anteceſſoris ſui, cuius tamen dum adhuc viueret, gratia carebat, ab omnibus electus 88. ab Auguſto regnum ſortitur.*

Abbas verò Vrſpergenſis, ait: *Anno Dominica Incarnat.* 1025. *Cunradus ex Regni primoribus vnus, ſed Regno antea per rebellionem aduerſus principibus prò eius electione diſſidentibus: Aribone autem Moguntino Archiepiſcopo, & Eberhardo Bambergenſi Præſule ſibi fauentibus 88. ab Auguſto Regnum ſuſcepit* Sigebertus autem *Anno* (inquit) *Dom.* 1024. *Henricus Imperat. conſulentibus ſibi principibus ſuper ſubſtitutione Regni, Cunradum virum egregią; generis, & egregiæ libertatis, quippe qui numquām ſe ſubmiſerat alicuius ſeruituti, moritur. Cono verò Dux præpotens, quūm ad jmperium aſpirare vellet, repudiatur inſtinctu Abbonis Moguntini Archiepiſc. & aliquot Regni primatum, & Chunradus ad imperium ſublimatus &c.* hæc comitia, quis Septemvirorum dicet conuentum? Quid Epiſcopo Bambergenſi cum ſeptem Electoribus noſtrorum temporum? Quod de Conrado, idem de Henrico filio eius legitur, quem in Regem, & ſucceſſorem Conradus pater delegit Sal. Ann. 1026. vt notat *Herman. Cont.* Henricus III. Henricum filium ſuum huius nominis quartum exaltauit in Regem, vt Schafnaburgenſis ſcribit. *Anno Dom.* (inquit) 1052. *Imperat. Henricus II. Natalem Domini Poletha celebrauit, vbi filio ſuo Henrico adhuc cathecumeno principes Regni ſub iuramento fidem promittere fecit.*

Videamus etiam quid de electione Lotharij II. Imper. afferant Hiſtorici? Robertus Abbas Montis, qui Sigebertum ſuppleuit, huiuſque Lotharij tempore vixit, de eius electione verba faciens, ſcribit. *An. Sal.* 1125. *mortuo Imper. Henrico, & Spiræ ſepulto, proximo menſe Auguſto Legati Apoſtolicæ ſedis, & Archiepiſc. cum Epiſcopis, & optimatibus Imperij ex condicto conuenientes Moguntiæ, conſultant ſibi, & toti Romanorum jmperio de ſubſtituendo Rege. Lotharius dux Saxonum, vir ſapiens, & induſtrius, eccleſiaſtico iuri deuotus, præpotens diuitijs, & victorijs, omnium aſſenſu eligitur. Hic menſe Septembri cum eiſdem legatis, duobus Archiepiſc. octo Epiſcopis, multis Abbatibus, & cum eminentioribus aulæ regalis primatibus, Aquiſgranum veniens, Dominica die Idibus ſeptem à Friderico Archipræſule Colonienſi in Regem benedicitur, & vngitur, omni Clero, & Populo feſtiuum Epinicium acclamantibus.*

Idem accidit in electione Conradi III. vt apud Abbatem Vrſpergenſem legitur. *Ann. Dom.* 1138. *Lotharius* (inquit) *Rex obijt ſine filijs in autumno: Dux verò Henricus, in cuius finibus obierat, regalia reſeruauit, vt in generali Conuentu principum, qui in proxima Pentecoſte Moguntiæ indictus fuerat, præſentaret. Quidam verò ex principibus timentes, ne forte in ge-*

in generali curia, Henricus Dux, qui tunc præcipui, & nominis, & dignitatis in Regno fuit, per potentiam præualeret, circa mediam Quadrageſ. conſilio habito, in oppido Rheni Confluẽtia Conuentum celebrant: ibique Chunradum fratrem Friderici, præſente Theodeuuino Epiſcopo Cardinali, Regem creant. Cui primùm Saxones, & Dux Henricus, aliíque qui eius electioni non interfuerunt, reſiſtunt, calumniãtes eum non legitimè, ſed per ſubreptionem electum fuiſſe. Quibus omnibus in proxima Pentecoſte generalis curia Bamberg indicitur: quo Saxones omnes ſimul cum Vidua Imperatrice Rithinza venientes, vltro ſe Chunrado Regi ſubdidere. Henricus Dux regalia ſeruans aberat: ad quæ reddenda, in feſtum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Ratiſpona dies ei præfigitur. Quo veniens, regalia quidem multis illectus promiſſis reddidit: ſed ad ea, quæ ulterius inter eos tractanda erunt, dies ei breui poſt Auguſta præſcribitur &c.

Omnium etiam clariſſima ſunt ea comitia Germanorum, quibus Fridericus I. Ahenobarbus Rex creatus fuit ab Othone Friſingenſi Epiſcopo, qui ijs interfuit: vndè ait: [Lib. 2. de geſtis Frider. Imp. c. 1.] *Anno ab Incarnat. Dom. 1151. decedente ab hac luce vernali tempore Bambergæ Rege Cunrado, III. Nonas Mar. in oppido Francofurt, de tam immenſa Tranſalpini Regni latitudine vniuerſum (mirum dictu) principum robur, non ſine quibuſdam ex Italia Baronibus, tanquàm in vnum corpus coadunari potuit: vbi quùm de eligendo Principe primates conſultarent (nam id iuris Romani imperij apex, videlicet non per ſanguinis propagationem deſcendere, ſed per Principum electionem Reges creare, ſibi tanquàm ex ſingulari vindicat prærogatiua) tandem ab omnibus Fridericus Sueuorum Dux, Friderici Ducis filius, petitur, cunctorumque fauore in Regem ſublimatur.* Vnde nemo iure inficias ire poſſit (ait Baron.) [Sal. Anno 996. nu. 48.] poſt Othonis III. obitum, ducentis, & amplius annis, quotquot electi fuerunt Roma-
VI. norum Reges, Imperatores deſignati, eoſdẽ non ſeptem duntaxat electorum, ſed omniũ Germanorum Principum, qui ad Comitia conueniſſent ſuffragijs, fuiſſe ad regium culmen electos: quod præterquàm ſingulorum promotiones lucidiſſimè monſtrant, inter multas Principum, & Pontificum litteras, quæ hinc inde miſſæ, cum Cæſares eligendi forent, ſingulares epiſtolæ illæ ſunt, quæ Sal. Ann. 1200. poſt obitum Imper. Henrici VI. ſcriptæ leguntur à Germaniæ Principibus. Quorum aliqui Othonem IV. alij Philippum in Cæſarem delegiſſent. Extant illæ (ita ſcribunt Baronius, & Bellarminus) Romæ in Archiuo Apoſtolicæ Sedis in Caſtello S. Angeli. Nimirum Litteræ Balduini Comitis Flandriæ (vnus ex Electoribus) quarum exemplum. [Ead. codice ep. 8.]

Sanctiſſimo Patri, ac Domino Innocentio ſacroſ. Romanæ ſedis Summo Pontifici Principes, & Barones Alemanniæ, Clerici, & Laici debitam in Chriſto reuerentiam, & ſinceritatem obſequij.

Cum placuiſſet ei qui aufert ſpiritum principum, & magnus, & terribilis eſt ſuper Reges terræ, Dominum Henricum Imper. de medio auferre, neceſſarium nobis fuit viſum, de ſubſtituendo Rege tractatum, & colloquium habere. Conuenimus ergo ſæpius, & miſerias, & oppreſſiones, quas hactenus ſubtinueramus, recenſentes, per vniuerſos Regni ..... animos noſtros ereximus, & quid honori Eccleſiæ Dei, & paci, ac quieti ſubiectorum expediret, deliberantes, nunc vnum, nunc alium, quaſi finaliter eligere putabamus. Verum quia non eſt prudentia, non eſt conſilium niſi per Deum: placuit ei, qui Abrahæ filium immolare volenti victimam prouidit, & Dauid fratribus iuniorem de poſt fætantes accepit, atque Matthiam ex diſcipulorum numero ad ſortem Apoſtolatus elegit: ſereniſſimum Dominum noſtrum Othonem quondam Henrici Ducis Saxoniæ filium ad Regimen Romani Imperij de terra peregrinationis ſuæ ex inopinato offerre nobis. Inuocata itaq; Sancti Spiritus gratia, prædictũ D. Othonẽ chriſtianæ fidei cultorẽ deuotiſſimum, atq; S. R. Eccleſiæ Aduocatum, & defenſorem fideliſſimum, & iudiciariæ poteſtatis obſeruatorem iuſtiſſimum de longa, & antiqua Regum proſapia ex vtraq; linea ſpecialiter editum ad Romani Regni faſtigium iuſtè, & rationabiliter elegimus, & ſicut debuimus ipſius electioni conſenſimus, ipſumque in Auguſtorum ſede à Carolo M. apud Aquiſgranum huic dignitati deputata locauimus, & Corona, & Regni diademate per manum D. Adolphi Colon. Archiep. ea qua decuit ſolẽnitate fęliciter coronauimus.

Nos autem Principes, qui iam dictum Dominum in Regem elegimus, feuda noſtra, quæ ab jmperio tenemus, à manu ipſius recipientes, hominium ſibi fecimus, & fidelitatem iurauimus, tanta igitur dignitatis munus excellentiſſimus Princeps diuina potius gratia, quod ſuis meritis adſcribens primitias huius honoris afferens domino, propria voluntate iuramento firmauit, in primis Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, deinde omnia Eccleſiarum iura bona fide ſeruare, & manutenere, & ſubiectos jmperij, exheredatos maximè, & à ſuis poſſeſſionibus videnter eiectos, in ſua Iuſtitia, pro poſſe iuuare, & conſeruare. Prauam illam conſuetudinem inſuper, quam Imper. Anteceſſores ſui in occupandis rebus mobilibus, vel ſe mouentibus decedentium Epiſcoporum, vel Abbatum Principum hucuſque ſeruauerunt, penitus extirpans, nos Eccleſiaſticos Principes ex hac indebita vexatione regali beneuolentia liberos dimiſit, & decedentium bona ſuis ſucceſſoribus ſeruanda liberaliter ſtatuit.

✠ *Ego Adolphus Colonien. Archiep. elegi, & ſubſcripſi.*

✠ *Ego Berardus Padebornenſis Epiſcopus elegi, & ſubſcripſi.*

✠ *Ego Thietmarus Mindenſis Epiſcopus elegi, & ſubſcripſi.*

✠ *Ego Vuidichindus Condeienſis Abbas elegi, & ſubſcripſi.*

✠ *Ego Gerardus Tudenſis Abbas elegi, & ſubſcripſi.*

✠ *Ego Eribertus Vnerdenſis Abbas elegi, & ſubſcripſi.*

✠ *Ego Henricus Dux Lotharingiæ, qui, & Brabantiæ Marchio Romani jmperij elegi, & ſubſcripſi.*

Hos porrò omnes legitimos Electores fuiſſe non ſolum Pontifex Innoc. III. cui ſcripſerant, ſuis ſæpe teſtatus eſt litteris; ſed aduerſarij ipſi facultatem eligendi in diſcrimẽ non reuocarunt, licet obijcerent eos, & numero pauciores, & quia auro corruptos ab Anglorum Rege Othoni nepoti fauente prævalere non poſſe. Qui verò, & quot aduerſarentur Othoni, & Philippum Sueuiæ Ducem elegiſſent in Regem, legitimè quidem ſi non electi capacitate, & electionis modo, ſaltem eligentium facultate, ex litteris eorundem ad Innocent. III. accipe.

Eod. codice nu. 30.

Reuerendo in Chriſto patri Domino Innocentio S. Romanæ Eccleſ. Pontif. Germaniarum Principes, & Magnates in Chriſto filij, Magdeburgenſis Archiepiſcopus, Treuirenſis Archiepiſc. Biſuntinæ ſedis Archiepiſcopus, Ratisbonenſis Epiſcopus, Friſingenſis Epiſcopus, Auguſtanus Epiſcopus, Conſtantienſis Epiſcopus, Ciſtetenſis Epiſcopus, Vuormatienſis Epiſcopus, Spirenſis Epiſcopus, Brixienſis Electus, Hildesheymenſis Epiſcopus Imperialis aulæ Cancellarius, Abbas Fuldenſis, Abbas Heſuuoldenſis, Abbas de Tergente, Abbas Ebuuacenſis. Itẽ Rex Boemiæ, Dux Saxoniæ, Dux Bauariæ, Dux Auſtriæ, Dux Morauiæ, Marchio de Ruueſperg, alijq; Alemanniæ nobiles, & infra magnitudini veſtræ duximus declarandum, quod mortuo inclyto Domino noſtro Henrico Roman. Imper. Aug. collecta multitudine Principum, illuſtrem dominum noſtrum Philippum in Imperatorem Romani ſolij ritè, & ſolemniter elegimus &c. In fine autem epiſtolæ numerantur, & alij Principes huius participes electionis. Vnde conſtat nec Innocentij III. temporibus ad Septemuiros Imperatoriam ſpectaſſe electionem. Imò, & Ann. Sal. 1218. cum poſt Othonem crearetur Fridericus II. Comitia ferè omnium principum conuènere ad electionem noui Imperatoris, vt videre eſt apud Abbatem Vrſpergenſem. *Ann. Domini* (inquit) 1210. *Otho excommunicatus denuntiatur. Tunc Principes Alemaniæ, Rex videlicet Bohemiæ (qui paulò ante ex Duce aſſumptus fuerat ab Henrico V. Imperat. ad Regnum) Dux Auſtriæ, Dux Bauariæ, Lantgrauius Thuringiæ, & alij quamplures conuenientes, Fridericum Regem Siciliæ elegerunt in Imperatorem.*

Dices, ergo à Pontifice Gregorio X. opus VII.
eſt fateri Septemviros electos, quibus facultas deligendi Cæſarem ſit commiſſa? falſa illatio, cum in Lugdunenſi Concilio celebrato ſub Innocentio IV. Sal. Anno 1245. deſcripti legantur Septem Electores, quatuor Laici, & tres Prælati. Huius Concilij fidem facit probatiſſimus Auctor *Matthæus Paris* Monachus S. Albani in Anglia, qui Anglicanam aggreſſus hiſtoriam ſcribere ab Anno 1066. perduxit ad Annum 1250. vt ipſe in fine operis teſtatur. In actis itaque Lugdunenſis Concilij, quæ ibi leguntur poſt excom-

communicationem latam ab ipſo Pontiſice in Fridericum Imperatorem; & poſt acta, quæ neceſſaria videbantur pro expeditione in Terræ Sanctæ ſubſidium, titulus additur de electione, cuius ſequentia verba ad ſyllabam vnà cum marginalibus tranſcripſimus.

Math. Pariſ. hiſt. Anglic. pag. 456. edit. Pariſieſ.

Cum actus legitimi, dies, & conditiones abhorreant ſanctione legali, & inter legitimos actus electio Pontificum celeberrimus habeatur; cum per eam inter eligentes, & electum, ſpiritualis quadam matrimonij fœdera copulentur, atque concilientur, in electionibus, ſeu poſtulationibus, vel ſcrutinijs, ex quibus ius oritur eligendi, vota conditionalia, alternatiua, & incerta, reprobamus, & prohibemus, ſtatuentes, vt huiuſmodi votis prò non adiectis habitis, ex puris conſenſibus ſurgat electio.

Digreſſio de Princip. Germaniæ.

Magnates *Alemanniæ* non tamen Electores Imperatorum.

Rex *Boemiæ*	Dux *Lemburgiæ*.
Dux *Lotharingiæ*	Dux *Carenteriæ*.
Dux *BreuneſuuiKiæ*.	Dux *Saxoniæ*.
Dux *Scianiæ*	Comes *de Gelria*.
Landegrauius *Duringiæ*	

Electores Imperatorum.

Laici (Dux *Auſtriæ*
(Dux *Bauariæ*
(Dux *Saxonum*
(Dux *Brabantiæ* qui & *Louaniæ*.

Prælati (Archiepiſcopatus *Colonienſis*
(Archiepiſcopus *Maguntinus* (Principales
(*Salburgenſis*

Iſti ducentur in inſulam quandam Rheni, & dimittentur ſoli in ea, & amouebuntur omnes nauiculæ, & ibi tractabunt de electione Imperatoris: nec adueniet aliquis ad eos donec ſint concordes. Huic negotio praerit Archiepiſcopus Colonienſis, ſecundus Maguntinus, tertius Salburgenſis. His à Domino Papa directa eſt diligentiſſima admonitio cum ſupplicatione, vt ſibi alium Imper. eligerent; promiſitq; eis ſui, & totius Eccleſiæ conſilium, & auxilium: & in principio, ſub ſpe potioris ſucceſſus, quindecim millia librarum argenti. Prauenit autem, & inualuit Friderici diſſuaſio: qui eis, & maxime Duci Auſtriæ, vinculo affinitatis eſt confederatus: vnde monitis aut precibus Papalibus Electores minimè paruerunt.

Non ſatis tamen probatum duco, vt prætendit Baronius ab Innocentio IV. Septemviros inſtitutos, quia licet in actis Lugdunenſis Concilij deſcripti legantur, nec tamen ijdem ſunt, quorum eſt temporibus noſtris Imperatorem eligere; nec ibi ab eodem Concilio Lugdunenſi, vel Innocentio Pontifice dicuntur inſtituti. Quid igitur, inter graues, ſed ſibi aduerſos Auctores opinari licebit? Collegium hoc electorale non ſpeciali & expreſſa alicuius conſtitutione, ſed conſuetudine ſenſim Ordinum approbata conſenſu, introductum occaſione diſcordiæ, qua laborabant Germani. Vt tandem incaleſcentem vſum Carolus IV. cum reliquis imperij proceribus *Aurea Bulla* firmauerit.

Sententia auctoris de origine electorum.

Non vno creditur elaborata actu tanta facultas ſingularis, porrò, ſumma, & principalis occaſio, cui natalia debet Electorale collegium, electio fuit Conradi Salicis, de quo VVippo ſcribens, ait. VIII.

Vuippo in vita Conradi Salici, c. de elect. Regis fol. 424.

Inter Moguntiæ confinia, & VVormatiæ, locus eſt, amplitudine planitiei cauſa, multitudinis maxima receptibilis. Ibi dum cuncti Optimates, & vt ita dicam, vires & viſcera Regni, cis & citra Rhenum caſtra locabant quaritur de re ſumma, dubitatur de electione incerta; inter ſpem, & metum ſuſpenſi, alterni deſideria cum inuicem cognati, tum inter ſe familiares diutiſſimè explorabant. Cum diù certaretur, quis regnare deberet, inter multos electi pauci, & de paucis admodum duo ſunt ſequeſtrati, in quibus examen extremum ſummorum virorum ſumma diligentia diù deliberatum, in vnitatis puncto tandem quieuit. Erant duo Chunones &c. In maiore Chunone, & iuniore diù reliqua nobilitas pendebat, ad extremum uerò diuina Prouidentia contigit, vt ipſi inter ſe conuenirent, vt ſi quem illorum, maior pars populi laudaret, alter eidem cederet ſine mora. Et paulo poſt, maiorem Chunonem, patruelem ſuum, ita ad loquentem introducit hiſtoricus. *Hoc modo animi mei vigorem magnis gaudijs augeri ſentio, quod ex tanta concione conſenſus parilis omnium, nos duos ſolummodò prouidebat. In omni electione nemini licet de ſeipſo iudicare. Quod ſi alicui de ſe liceret, quot Regulos, ne Reges dicam videremus? Non erat noſtræ poteſtatis hanc dignitatem ex multis inter binos coarctare. Vota, ſtudia, conſenſus Francorum, Lotharingorum, Saxonum, Noricorum,*

Almannorum, qui optimam voluntatem habebant, ad nos conferebant. Et tandem (addit Hiſtoricus) *Principes conſedere: Populus frequentiſſimus adſtabat*

Tunc quod quiſque diu celatum corde tegebat
Ferre palam licitum gaudebat tempus adeſſe.

Archiepiſcopus Moguntinus, cuius ſententia ante alios accipienda fuit, rogatus a Populo, quid ſibi videretur? laudauit, & elegit maioris ætatis Chunonem. *Hanc ſententiam cæteri Archiepiſc. & reliqui ſacrorum ordinum viri indubitanter ſequebantur. Iunior Chuno paululum cum Lotharingis placitans, ſtatim reuerſus, maximo fauore illum ad Dominum, & Regem elegit.*

Propterea ſuſpicor aliquando ius hoc eligendi à principibus reliquis, certis ſuo ex ordine fuiſse datum, vt hi quaſi reliquorum voluntatem propalarent, & fortaſſis vota trutinarent. Noſtræ opinioni fauet Alber-
fol. 215. tus Stadenſis ſub Anno 1240. Electoribus
IX. poteſtatem eligendi, ita datam fuiſſe, vt cogerentur tamen eum eligere, quem Principes communibus ſuffragijs prænominaſſent. *Ex prætaxatione Principum* (inquit) *& conſenſu eligunt Imperatorem Treuirenſis, Moguntinus, & Colonienſis, & de ſæcularibus Palatinus eligit, quia dapifer eſt Dux Saxoniæ &c.* vt ex *prætaxatione, & conſenſu vel explicari poteſt*, quod principum pacto, atque interpretatiuo conſenſu in Septemuiros fuerit Cæſaris electio deuoluta, vt ait etiam Innocentius III. *illis principibus ius, & poteſtatem*
In cap. venerabilem de elect. *eligendi Regem Romanorum in Imperatorem poſtmodum promouendum, recognoſcimus vt debemus, ad quos de iure, & antiqua conſuetudine cognoſcitur pertinere*, ſed Innocentij III. temporibus conſuetudo non erat, quemadmodùm ſuprà vidimus, quod ſeptemuirorum eſſet Imperatorem eligere, ergo antiqua conſuetudo (quam nominat Innocen-
X. tius III.) intelligi debet vt ſupra expoſuimus de ſupputandis Principum votis, & publicando comitiorum conſenſu. Licet proceſſu temporis comitiorum vſurpato iure, Electores hoc ſui muneris ſint arbitrati, ex-
XI. cluſis reliquis principibus. Verum cum hęc excluſio odioſa ſatis, & minus fauorabilis appareret, quæ potius vſurpatio quàm vſucapio dicenda foret, vnde non omnium electionum vna facies, & forma, quæ adhuc legibus nutabat incertis, atque ſuſpectis; altiori radice viſum eſt tantam inſerere arborem, & publica lege, hoc eſt *Aurea Bulla* Ca-
roli IV. ſtatuere, & confirmare. Exinde eſt, XII.
quod in dicta *Aurea Bulla* iura Electoralia dicuntur Electoribus competere de iure, & antiqua conſuetudine. *cap. 1. in princ. c. 4. § 2. & 3. c. 5. §. 3. c. 9. § 2.* Hanc Auream Bullam exarauit Carolus IV. in vrbe Metenſi coram frequentiſſimo Principum conuentu Anno Sal. 1356. die X. Ianuarij; & Norimbergæ eam publicari fecit, vt diximus in *tom. 1. Monarch. Occid. c. 5.* Quo voto duceretur Carolus IV. *Auream Bullam* conſtitutu-
rus, vel Patriæ amor fuit; vel Reipublicæ ſa- XIII.
lus, quemadmodum de Othone III. dicunt, qui ad ea tēpora Septemvirorum originem referunt. Vt tandem tumultuanti Reipublicę propter Italorum, Gallorumque ſimultates imperium pro viribus flagitantium, daretur pax: Nec libidini locus eſſet, vt cuilibet ſine titulo imperium ambire fas eſſet; quemadmodum ſub Ludouico Pio, medio parricidio Lotharius imperium agredi non erubuit. Cruentas ſileo diſſenſiones Arnoldi Bauari in Henricum Bauarũ: Eberardi Schirenſis, & Giſelberti Lotharingi in Othonem magnum, necnon Henrici Germani fratris, & Ludolphi filij in eundem. Henrici cognomento Rixoſi in Othonem II. Creſcentij, & tot Italorum tumultus in Othonem III. ac cæteros Imperatores, pyratarum more excurſantium; vt ſemper vtilitas publica in priuatorum latrocinia, & ciuilia bella deficeret. Prouiſum credebatur, quùm Principibus ſolis fuit demandata electio, nutante, & inconſtante populo, qui ſemper in inconſtantia conſtans. Singulari tandem Dei prouidentia, cuius eſt regna transferre, Carolus IV. cum ad imperij clauum ſedèret, Electorum nutantem, nec iure ſtabilitum circumſepſit Senatum, & ſuprema armauit auctoritate, vt humanæ ambitioni obicem poneret. Dignitatum, & vt ità dicam proſtitutæ Maieſtatis pretio comparauit Comitiorum vota, multa indulgendo, & largiendo tam ante, quàm poſt adeptum imperium, vt obſequentiores, & faciliores in ſuam ſententiam Principes traheret.

PVRGATIO EX FERRO CANDENTI.

CAPVT QVARTVM.

1 *Iuſtitia diuina quomodò mortalibus exhibeatur.*
2 *Præſumptionibus quandò iudicandum?*
3 *Cain inditijs trahitur ad iudicium.* 4. *Salomon mulieres iudicat.* 7. *Daniel ſenes Babilonios.* 8. *Moyſes Iudæos.*
5 *Iudicis officium.*
6 *Deus ſine teſtibus non iudicat.*
8 *Moyſes quomodò Idolatras probaret.*
9 *Innocens deficiente teſte, quomodò apparebit?* 11. *Innocentiæ vis.*
10 *Probatio ferri candentis.* 12. 20. *Origo* 21. *à Gentilibus.*
11 *Homo quomodò cognoſceretur à brutis vt Princeps.*
13 *Aquæ purgatio, vel probatio.* 20. *Origo.* 21. *à Gentilibus.*
14 *Sacramenti purgatio.* 49. *An licitum?*
16 *Sacerdotes quomodò expurgandi ſi criminentur.*
17 *Romani quanti facerent iuramentum.*
18 *M. Attilius cur volontariò rediret in captiuitatem?*
19 *Purgatio ex Euchariſtia.*
22 *Aqua Zelotypiæ cur antiquata?*
23 *Aquæ vel ferri purgatio cur permiſſa?* 26. 28. *quando cæperit ſub præcepto? & quali lege.* 28. *à Pontifice prohibitam licet pij viri vſurpant.* 29. *Quouſque durauerit.* 40.
24 *Theſſalorum mulierum incantio, qua Luna trahebatur in terram.*
25 *Veſtalis quomodo portaret aquam in cribro? & nauem traheret?*
27 *Exempla eorum, qui innocentiam ferro candenti, vel aqua probarunt.* 29. 34.
28 *Slaui cur purgationem aquæ, & ferri ſeruarent.*
30 *Conſecratio aquæ calidæ.* 32.
33 *Aquæ frigidæ iudicium.* 34.
35 *Quanta fides adhibenda cæremonijs aquæ, vel ferri &c.*
36 *Purgatio ex cruce.*
37 *Purgatio ex aqua interdicta an fuerit à Ludouico Pio?*
38 *Purgatio ex aqua frigida cur primò prohibita?*
39 *Ex ferro candenti prohibita.* 40. *& cur.*
41 *Purgatio ex ferro candenti, vel acqua fallax, &* 43. 44. *Deum tentat.*
42 *Turcarum incantatio.*
45 *Suſpenſus ſi rupto laqueo viuus euaſerit, an repetendus ad Crucem.* 46. *Aqua Zelotypiæ cur Iudæis data.* 47. *Cur ſublata?*
48 *Iudæum exclamantem* deſcende de Cruce, *cur non exaudierit Chriſtus?*

I. SVprema Iuſtitia, quæ (teſte Tullio) nobis ſaltem imitanda proponitur, non tàm intumidos, & manifeſtos ſontes mandat diſtringere gladium; quàm naturam, & elementa ſollicitat nè ſcelera patiantur impunita nó pati; vnde,
II. & per medios præſumptionũ anfractus, piacula inſequamur occulta, iuxta illud *ſcrutati ſunt iniquitates.* Psal. 63. Fratricidã Cainum, licet oculis diuinæ iuſtitiæ omnia nuda ſint, & aperta, cum ſine teſtibus Deo ipſi non daretur ad ſupplicium perducere, ad inditia confugit, & innocentis ſuſcitans de terra ſanguinem, ſacro naturæ aſtu, *vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra*, Genes. III. negantem manuducit, vt ſe fraterno pollutum ſanguine reſonet, & iudici iratus, cuius pio dolo in confeſſionem irrepſerat, blaſphæmus improperet, *maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear.* Hunc imitatus ordinem Salomon, altercantibus de filicidio mulieribus, cum in teſtium 3. Reg. c. 3. IV. ſubſidium auxiliaria conduxit indicia, vt filicidam cognoſceret, *diuidite infantem viuum*, naturæ argumento detegit, quod hominum depoſitione latebat. Verùm quia

ſcru-

Pſal.63. *ſcrutantes iniquitatem, defecerunt ſcrutantes*
ſcrutinio. Altiora te ne quæſieris (habet Ec-
Cap.3. cleſiaſtes) *& fortiora te ne ſcrutatus fueris:*
ſed quæ præcepit tibi Deus illa cogita ſemper, &
in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Non
eſt enim tibi neceſſarium ea, quæ abſcondita
ſunt, videre oculis tuis. In ſuperuacuis rebus
noli ſcrutari multipliciter, & in plurimis ope-
ribus eius non eris curioſus. Plurima enim ſu-
per ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. Multos
quoque ſupplantauit ſuſpicio illorum, & in va-
nitate detinuit ſenſus illorum. Cum populo-
rum itaque regis habenas, ſcias te velato in-
V. cedere lumine, quia nonniſi per audita te-
ſtimonia fas ſit ſubditorum diſcernere facta.
Iudices porrò non in ſermonum fallacijs, vel
in vanitate ſcientiarum, ſed ſecundum alle-
gata, nam ſi omnia in hoc ſæculo iudicata
eſſent, locum non haberent diuina iudicia.
VI. Deus Omnipotens, cui omnia nuda ſunt, &
aperta, volens teſtibus noſtra alligare iudi-
cia, mala Sodomorum noluit audita iudica-
re, priuſquàm manifeſtè cognoſceret, quæ
dicebantur. Vndè ait ipſe, *Deſcendam, &*
videbo vtrum clamorem, qui venit ad me,
opere compleuerint, an non? ita vt ſciam.
VII. Iudicauit oppidò ex indicijs Daniel, quùm
cribrato cinere ſuper pauimentum Templi,
detegit veſtigia virorum, mulierum, & in-
fantium, qui per ſubterraneos cuniculos no-
ctu ingredientes in Templum, & deuoran-
tes oues, & Boues, quæ offerebantur Idolo,
Gentilem Populum decipiebant. Diuina-
tio fuit; quando duodennis puer Babylonios
redarguit, & vtrumque ſeorſim teſtem, de
criminis loco ſcitatus; vtrumque diſcrepan-
tem inueniens, mendacium ex mendacio de-
tegit. Sed vnde coniectura venerit, iudex
prius perpendat humanus, inde inter iudi-
ciorum anfractus, non diſſimilis ſubſequa-
Daniel tur prouiſio. Suſanna (inquit Scriptura)
c.13.nu. *cum duceretur ad mortem; ſuſcitauit Dominus*
45. *ſpiritum Sanctum pueri iunioris, cuius nomen*
VIII. *Daniel.* Præſumptio fuit, quùm Moyſes
inſpiciens de monte coram vitulo ludentes
Hebræos, confregit tabulas, combuſſit vi-
tulum, & contriuit vſque ad puluerem,
Geneſ.c. quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo po-
32. tum filijs Iſrael, qui cum biberent, ſi idolo-
latria polluti, in barbis (vt ait Lyranus ex
Rabinorum traditione) auri puluerem præ-
ferebant; vel ſceleris apparebant immunes,
ſi aurum non radiaret in barbis. Sed illius
Domini coniectura erat, qui ad Moyſem *lo-* Exod.
quebatur facie ad faciem, ſicut ſolet loqui ho- 33.n.11.
mo ad amicum ſuum. Sed vnde (dices) po- IX.
terit mater obliuiſci infantem ſuum, vt non
miſereatur filio vteri ſui? Malignantium ca-
det obruta innocentia mendacijs, vt fugiat,
ad quem confugiam? *Nunquid adhæret tibi* Pſal.93.
ſedes iniquitatis? captabunt in animam iuſti, n.20.
& ſanguinem innocentem condemnabunt?
Surge Domine iudica cauſam meam. Tu
qui ad malefactorum vindictam gladium
dediſti regibus, cur & non in bonorum lau-
dem? ſi cadit innocens, & exaltatur impius, Pſal.9.
iure dicant gentes *Vbi eſt Deus eorum?* Si tibi n.14.
derelictus eſt pauper, ideſt tibi *relictus*, non vt
pauperem derelinquas, ſed vt *relicto* ſuccur-
ras, vnde adiungitur, *& orphano tu eris adiu-*
tor. Quomodo orphana pudicitia, & matri-
monialis viduata fides, quam adhuc viuente
coniuge orbauit marito perfidia, ſuas perſe-
quetur iniurias? Ardet animus non in vin-
dictam malignantium, ſed in tutelam iuſti-
tiæ; nam conſcia mens recti, haud ridet, ſed
flet famæ mendacia. Legibus obſtricta co-
niugij, adulterio inſimulor temeraſſe tho-
rum; & cum in cupidinis flammas aduoco
non concipio, obſtat ordo iudicij. Qualis or-
do, vbi horror confuſionis caſtitatem ipſam
proclamat impudicam? Si in ore duorum,
vel trium omne delator requirit verbum,
non vnam prouoco linguam, ſed igneum il-
lud corpus, quod centenis meam reſonet
innocentiam linguis. Hominem ſi produ-
cam, captatum obijcietis oſculis, & carnali-
bus illectum illecebris. Amplexibus itaque
decertemus, & oſculis, ſed innocuis. Corpo- X.
re in vno priuſquam frigida pugnarent cali-
dis, & humentia ſiccis, cur iudicis ora ſui
haud ſupplex turba timebat, ſed bruta, &
homines, elementaq; erant ſine iudice tuti?
nondùm irruperat venæ prioris in æuum
omne nefas. Stabat fides, pudor, & verum;
Aberat metus, quia longè erat iniuria. Impe-
ratorem ſuum agnoſcere brutis natura de-
derat, & innocentia erat teſſera militaris XI.
vnde in homine, Summi Opificis agnoſce-
rent ſimilitudinem. Aduenæ cur miles obe-
diat?

diat? dices, Reſpublica iubet. Vnde Ducem ſecernunt à milite, quùm cataphractus, caſſide opertus, & galea inter turmas andabata pugnat? chlamis, plumis, criſta Imperatorem demonſtrant. Sic innocentia viſibile, & ſenſibile ſignum piſcibus, reptilibus, volatilibus vt cani dominus, inanimatis etiam ex ſympathico quoddam nexu vt Aquiloni magnes, magneti ferrum congruit, & amicè conſpirant. Non tam lydio metalla vindicant ruborem lapide, quàm igne excrementa purgant. Homo verò haud poterit
XII. vindicare pudorem? cur itaque *igne me examinaſti*, inquit Dauid, *& non eſt inuenta in* *Pſal.16. n.3.* *me iniquitas*. Si tanquàm aurum in fornace, hominem probas, & quaſi holocauſta accipis, vndè inſimulor innocens, & inter am-
XIII. bages angor calumniantium? Si in puteo veritas, cur inter aquas indagare prohibeor? *Geneſ.1* Spiritus Domini nonne ferebatur ſuper *ant.8.* aquas? aquæ multæ non potuerunt extin- *n.7.* *Pſal.68.* guere charitatem, licet intrarent, vſque ad *num.2.* animam meam. Capita Draconum, hoc eſt *Pſal.73.* capitalia piacula, contribulaſti in aquis; In- *Pſal.65.* de tranſiuimus per ignem, & aquam, vbi probaſti nos apud aquam contradictionis. *Pſal.80.* Contradictionem ipſam cum in diſcrimen *Status difficultatis.* reuocent, cui vulgaris iuncta purgatio ex ferro candenti, iuramento iudiciali, Crucis vexillo, vel Euchariſtico Sacramento, aut Monomachia; Quid inter ipſas interſit, quid de illis antiquitas ſenſerit, quid vſus probauerit, quid tandem noſtro iudicandum ſæculo, percurramus, opere pretium eſt.

XIV. Aduerſus Sacramentum, legale purgationis genus, Chriſti illud nouatores obijciunt. *Nolite omnino iurare, ſit autem ſermo veſter, eſt, eſt; non, non*. Vt quod his abundantius eſt, à malo ſit. Minimè animaduertentes, non omnimoda prohiberi iuramen-
XV. ta, ſed tantum incauta. Inde in Triburienſi Concilio (vt teſtatur Cromerus) ſe So- *Lib.19. hiſtor. Polon.* phiani Reginam de ſtupro accuſatam, ſuo, & ſeptem honeſtarum, ac nobilium fœminarum iureiurando purgaſſe. Sic B. Grego-
XVI. rius (cum antiqui ſit hoſtis inuidia, vt quos in prauorum actuum perpetratione deijcere *c.6.habet.2.q.4.* non valet, opinione eorum falſa ad præſens ſimulando, dilaceret) propterea quædam contra ſacerdotale propoſitum de Leone Epiſcopo rumor aſperſiſſet ſiniſter, culpa inter diſtrictas inquiſitiones vacante, ad B. Petri ſacratiſſimum corpus fecit ex abundanti ſacramenta præbere, vt tanto experimento innocentia grauati fulgèret. Idem fecit Sixtus III. Papa, quùm iurgium aduersùm ſe *c.10.mandaſtu 2.q.4.* ſuſcitatum iuramento compeſcuit. Idem *c.11.ib.* ſanciuit Alexander Pontifex. Idem egit Innocentius in cauſa Epiſcopi Tridentini, Patriarchæ Aquileienſi, & Epiſcopo Mantua- *c.17.ib.* no formam purgationis præſcribens. *Porrò purgationis* (inquit) *tenor erit huiuſmodi. Idem Epiſcopus ſuper ſancta Euangelia primū iurabit, quod prò Eccleſia Sancti Petri de Pado, Præsbytero Paulo Danda, neque ipſe per ſe, neque per ſubmiſſam perſonam, neque alius prò eo, ſe ſciente, pretium receperit. Deinde verò purgatores ſuper ſancta Dei Euangelia iurabunt, quod ſicut ipſi credunt, verum iurauit.* Sic Leo Pontifex, cum in eum grauia crimina confixiſſet inuidia, ſequentibus innocentiam vindicauit. *Quamobrem ego Leo Ponti-* *c.18.ib.* *fex Sanctæ Romanæ Eccleſiæ purifico me in conſpectu veſtro coram Deo, & Angelis eius: quia iſtas criminoſas, & ſceleratas res, quas illi mihi obijciunt, nec perpetraui, nec perpetrari iuſſi*. Concordant Agathenſe, & Ilerdenſe XVII.
Concilia præter ea, quæ ex Imperialibus adduci poſſint Conſtitutionibus. Tanta enim Romanis erat Sacramenti religio, vt & periurium obligationem tolleret. Vnde ſi acto- *l.27.iuſiurandū ff. de iureiurando.* re deferente reus ſe non debitorem iurauerit, licet iniquitas conſtet periurij, à Sacramento minime recedimus, nec an debeatur, quæritur? ſed an iuratum? Priſci illi Romani gentili licet ritu decepti, datam violare ſacramento fidem, haud potuerunt adduci, ſacramento quamuis publica obſtaret vtilitas. Marcus Attilius Regulus Imperator XVIII.
Populi Romani captiuus apud Carthaginenſes erat: Ad Senatum miſſus prò commutandis captiuis, fide iuramento data, rediturum ſe, ſi non impetraſſet, cuius gratia mittebatur. Romam cum veniſſet, Senatuſq; illi datus eſſet, ſententiam à Conſule rogatus, cum primùm dicere recuſaret; iuſſus à Senatu tandem; diſſuaſit captiuorum permutationem: quia captiui Carthaginenſes, qui Romæ erant, iuuenes eſſent, & bello for-

ſortes; Romani vero, qui Carthagine erant, ſenes, inutiles bello, nec conſilijs magnoperè neceſſarij. Attilij ſententia vicit: nec à ſuis ad hoſtes redire compulſus. Imò à liberis, conſanguineis, neceſſarijs, clientibus cum retineretur, *quia iurauerat* (ſcribit Auguſtinus) *id ſpontè repleuit*, quamuis ſe diſſuadente inſenſiſſimos ſibi Afros habiturum, & horrendis moriturum cruciatibus non ignoraret.

Ad Marcel lin. lib. 1. c. 15.

XIX. Altera purgatio, quę canonica dicitur, eſt *per Venerabilis Euchariſtici Sacramenti ſumptionem*. Hanc dixere canonicam Vvormacienſe, Saleguſtadienſe concilia Germanica, ſtatuentia vt ſi furta in Monaſterijs perpetrentur, & qui hæc commiſerint ignorentur, *Miſſa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipſe Abbas præceperit, præſentibus fratribus: & ſic expleta Mißa, omnes communicent in hæc verba. Corpus Domini ſit mihi ad probationem hodie.* Quid ſi hanc purgationem ſuſpectus ſubire recuſet? Concilium Vvormacienſe reſpondit: *Si Epiſcopo, aut Præsbytero cauſa criminalis hoc eſt homicidiū, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit; pro ſingulis Miſſam celebrare debet, & communicare, & de ſingulis ſibi imputatis innocentem ſe oſtendere. Quod ſi non fecerit, quinquennio à liminibus Eccleſiæ extraneus habeatur.* De hac tamen purgatione ſermo redibit in vita Imperatoris Henrici III.

c. 23. 24. c. 25. 26. ſæpe 2. q. 3.

In c. 26. ſi Epiſc. 2. qu. 3.

Ex ferro candenti, & aqua ebullienti purgationem expendamus in præſens.

XX. Originem ſi inquiras, ex Religione, & pietate deſcendit. Religioſiſſimi enim maiores noſtri, Deo magis, quàm ſibi confidentes, & de ſuperna ſperantes iuſtitia, quam effugere nemo poteſt, ſæpiſſimè illud prouocabant Tribunal, vbi compendioſè iurgium componitur, & breuì vindicatur innocentia. *Officijs omnibus* (inquit Anentinus) *atque actis ſupremum numen intereſſe voluerunt: eaq; demum rata haberi, quum diuinum auſpicium addixiſſet. Cuncta quaſi in theatro ſuperum, deſpectantium in conſpectuq; Dei Opt. Max. geri ſtatuerunt. Proinde in cauſis ambiguis, maximè criminibus, quæ nullo humano teſtimonio comprobari poterant, ad cœleſtia beneficia, ad ſummam Maieſtatem, quæ falli non poteſt; tanquam ad arbitrium honorarium, & iudicem omnium confugiebant. Senatus, populus, atque Sacerdotes, qui ſingulare certamen ſpectatum frequentes venerant, interim ſicut in lege Salica lego, diuinam opem implorabant: beneficia memoriter commemorabant, quæ in ſimili negotio Deus immortalis Chriſtus ſeruator noſter, ipſis pro ſua benignitate, atque clementia contuliſſet. Admonebant promiſſorum, exemplare recitabant: comprecabantur vt ſumma poteſtas in re præſenti, pollicita re, ſicuti hactenus ſemper factitaſſet, comprobaret. Et quæ ſua eſſet iuſtitia innocenti adeſſet, victoriamq; cœlitus concederet. Reo eligendi, atque conducendi quemcumque vellet, copia fiebat.*

Annal. Boior. Lib. 4. p. 320.

Criminator ipſe pugnare cogebatur. Candens ferrum, aquam feruentem iſtis ſupplicamentis conſecrata eſſe à myſtis, in antiquis ſacrificiorum libris reperio.

A Gentilibus porrò vel Chriſtianis exordium ſimiles præcationes ſumpſerint? longe ante Chriſtum natum inolæuiſſe non dubito. Id apud Sophoclem videre licet. Cum enim Creon publico decreto corpus Polynicis ſub pœna capitis ſepeliri prohibuiſſet; & violato decreto reum perquireret; Cuſtodes nuncium Regi Creonti miſerunt; vt oblatione purgationis candenti ferro, apud Regem innocentiam militum vindicarent. XXI

Nemo deprehenſus eſt, noſq; latuit
Sumus verò parati, & candens ferrum manibus tollere
Et per ignem ſerpere, Deoſque iurare,
Nec feciße, nec fuiſſe conſcios
Eius qui de hac re conſilium habuerit, nec eius qui eam fecerit.

Vnde eorum occaſio non vetus fuiſſe contradictionis aqua, qua ſuſpecti adulterij coniux purgabatur Zelotypia vrgente mariti; liquidò conſtat, ſed Gentilium vſus, quorum nonnulli ritus irrepſerunt in Eccleſiam Chriſti, quùm à Iudæis in Gentes translata eſt. Aqua enim Purgationis, ne iudaizare diceretur Sponſa Chriſti, numquam poſt obitum legis admiſſa fuit; vt ex aduerſo ferrum candens, & feruens aqua non tàm gentibus, quàm chriſtianis permiſſa. XXII

Excantationibus Gentiles hoc agerēt? ſub iudice adhuc: vt enim apud Virgiliū legimus Teſſalas mulieres creditas incantamentis lunam in terram detrahere XXIII.

Car-

Carmina vel Cælo poſſunt deducere Lunam.

Ita in igne inuerſam elementi naturam. Lib. 5. *Sub monte Soracte* (inquit Strabo) *vrbs eſt Feronia: quo nomine, & Dea quædam nuncupatur, quam finitimi miro dignantur honore.* XXIV. *Eòdem in loco ipſius Templum eſt, mirificum ſacri genus habens. Nam qui eius numine afflantur, nudis pedibus prunas calcant. Eò ingens mortalium multitudo conuenit, & celebritatis ipſius, quæ quotannis celebratur, gratia pariter, & ſpectaculi.*

Dæmonum pariter illuſione, viribus ſpiritalis fallacię, Caſtrorum phantaſmata Ter- In Apolog. c. 23. tullianus credidit, aquam cribro geſtatam, quùm Tucia Veſtalis virgo ſuſpectæ pudicitiæ, in teſtimonium virginitatis aquam cribro aſportauit ex Tyberi. Sic Q. Claudia XXV. Veſtalis, quæ aduerſo pudicitiæ laborabat rumore, nauim, qua ſimulacrum matris Phrygiæ ex Peſſimunte Romam aduehebatur, tantis hominum boumq; conatibus immobilem redditam, debilis virgo Zona alligatam ad ſuæ pudicitiæ teſtimonium mo- Lib. 10. de Ciuitate Dei cap. 16. uit, & traxit; & ſimilia, quæ teſte Auguſtino, mortalium ſenſus imaginaria ludificatione decipiunt; vt numina (ait Tertullianus) lapides crederentur, & Deus verus non quæreretur. Sic paulatim irrepſit in Chriſti XXVI. ouile Gentilium experimentum. Ab Anno In §. 55. Sal. 424. in lege Salica (vt apud Goldaſtum legitur) ſub præcepto Vulgarem hanc legimus purgationem. *Si quis* (ſunt verba legis) *ad æneum mallatus fuerit, & forſitan conuenerit, vt ille qui admallatus eſt, manum ſuam redimat, & iuratores donet &c.* Indicium vehemens, quod ante Sal. Annum 424. inoleuerat vſus. Eandem legem renouarunt poſtea Sal. Ann. 538. Childebertus, & Clotharius Francorum Reges, cuius verba. *Si homo ingenuus in furto inculpatus, ad æneum prouocatus manum incenderit, quantum inculpatur, furtum componat.*

Si ſeruus in furto fuerit inculpatus, requiratur à Domino, vt ad viginti noctes ipſum in malum præſentet. Idem legimus in capitulari Caroli M. circa Annum 796. cuius ver- In §. 33. ba. *Si aliquis Saxo hominem comprehenderit abſque furto, aut abſque ſua propria aliqua re, dicens, quod illi ſit damnum factum, & hoc contendere voluerit abſque iudicio, aut in campo, aut ad crucem, licentiam habeat. Si vero hoc noluerit, cum ſuis iuratoribus ipſe liber homo ſe idoniare faciat. Et ſi ſeruum cuiuslibet abſque aliqua comprobatione comprehenderit, ipſe ſeruus, aut ad aquam feruentem, aut ad aliud iudicium ſe idoniare faciat.* Idem voluit Ludouicus Pius Sal. Ann. 819. quum Dominus à proprio occiditur ſeruo, vt *iudicio aquæ feruentis* examinaretur, vtrum hoc ſponte, an ſe defendendo fecerit. In Cap. quæ legibus Salicis addenda, &c. §. 1. de honore Eccleſiarum. Harum legum poteſtate, Riccarda vxor Caroli III. XXVII cognomento Craſſi Anno 887. quum adulterij cum Luituuardo Vvercellenſi Epiſcopo incuſaretur, *aquino iudicio ſe ab omni virorum* (ait Contract.) *commixtione integram, & virginem comprobauit, quamuis iam duodecim annis in coniugio Imperatoris apparuerit.* Herm. Contr. Sic Annum Sal. circa nonnageſimum, quùm *Robertus Dux Normannorum, quum regendæ Prouinciæ, quam regia confirmatione tenuerat, intenderet, ſeuerè ſuis interdixit latrocinia, furta & omne genus rapinæ.* Krant. lib. 2. c. 27. Norueg. *Sciebat difficile genti vaſtatrici, quæ bellis, prædis, rapinis, & ſæuitijs tamdiù intenderat, pacatis animis ſedere, longã exuere conſuetudinem. Decreuit vt ruſtici colendi agri inſtrumenta in agris linquerent, & conſueſierent ſui, præterire non ſua. Ea res longo cœpit vſu firmari. Quum reuerſus autem quidam ex agricolis domum, ab importuna vxore ſua rogatur, cur inſtrumenta ſua non aduεheret, ille ducis præcepta prætendit. At illa dum maritus interim domi per æſtum quippiam ageret, furtim delabitur in agrum, inſtrumenta ſubducit, & abſcondit: vt in reliquum redderet maritum rei ſuæ attentiorem. Reuerſus vir in agros, vbi non repperit quæ dimiſit, rem ad loci præfectum referebat: ille autem duci prætendit. Vocatus à Duce ruſticus, precium recepit amiſſorum. Iubetur præfectus, ignis purgatione adhibita, furem explorare. Primus conatus irritus fuit. Nam ignis furem non prodidit, quum omnes villani ſubirent ſcrutinium. Id quum renunciaßet præfectus Duci, ille conuertitur in Epiſcopum, Deus, inquiens, Chriſtianorum, ſi eſt conſcius ſecretorum, cur furem non prodit? At ille necdum bene firmatum in Religione non corripuit: ſed cauſam prætendit, quia ignis nec dum furem tetigit. Iubetur diligentius inqui-*

rere præfectus, etiam apud vicinas villas ſcrutaturus. Nec ſic quiſquam repertus eſt. Vocatur à Duce ruſticus: ſi cui prodiderit rem in agro eſſe, rogatur. Ille nemini præter vxorem, dixiſſe reſpondit. Adeſſe iubetur illa: ſeparatimque rogatur quid egerit cum mariti inſtrumentis. Primùm diſſimulanter reſpondit, nihil ſe noſſe: ſed quæſtionibus adpoſita furtum fatetur. Tum maritum dux clàm vocabat. Sciebas, inquit, vxorem furacem, an non? Ille, Sciebam, inquit. Cui dux, Cur criminoſam aut non punieras, aut non deferebas? Illico iuſſit ambos ſuſpendio necari. Hac ſeueri-
Saxon. l.2.c.27. *tate iudicij legem ſanxit obſeruandam fore.* Sic Anno 996. Maria Auguſta Othonis III. Imperatoris coniux impudico deba-
Gotfrid. Viterb. chata amore Mutinenſis Comitis, cum in ſui pellicere cupidinem minimè poſſet, apud maritum delatrix innocentem accuſauit Comitem, & inauditum decollari impetrauit. Sublati Comitis cara coniux cuſtodit caput, vſque dum ad Roncalias inſtituto conuentu Imperatorem potit vidua ſuperſtes: ſciſcitans qua pœna puniendum, qui gladio linguæ occidiſſet innocentem? capite reſpondet Cæſar. ait illa: Tu es ille vir, qui virum meum adultera ſuggerente tua, occidi mandaſti, en innocentis caput, ita dicens, truncum ante pedes Imperatoris proiecit. At tu replicauit Imperator, quonam pacto, viri tui, quam iactas, innocentiam comprobabis? *ferro* (illa inquit) *candenti*: atque mox inſpectantibus cunctis ferrum ignitum, iuſſu Othonis allatum ſine vlla offenſione prehendit. Victus Otho, ſe dignum pęna proclamat. Tum mulier tribus vadimonijs dilatis, inquit; ego ſupplicio Reginæ contenta ſum, cuius nefaria calumnia maritus meus mortuus eſt. Otho muliere collaudata, Reginam igne cremari iuſſit, mulierem verò propter dilata ſibi vadimonia quatuor in Etruria caſtris donauit.

Chunegundem hic ne prætereas Virginem Sanctam, & pro virginitatis triumpho, martyrem dicerem, ni ſuperuixiſſet marty-
Vide hiſtor. hic in lib.15 monar. Occid. rio. Adoleſcens cum eſſet, & formoſa, neq; agreſtis aut inhumana, à maleuolis fictum impudicitiæ crimen vitare non potuit, rumoreſque diſſipabantur, cum nobili quodã iuuene in aula eam conſueſcere. Quo loco additur, diabolicam illius iuuenis ſpeciem è cubiculo Auguſtæ egredientem ſæpe eſſe cõſpectam. Neque ego omnia, quæ mirabilia ſunt, commenta eſſe dicere audeo, & multis tamen ſignificationes quaſdas aliarum rerum implicari non dubito. Quis autem neſcit diabolicas eſſe architecturas, calumniarum, & obtrectationum ignominias, quibus non modo ſingulis interdùm exitiũ infertur, ſed bellis commotis multa millia hominum intereunt? Imperator famà ipſa ſparſa, ab vxore fieri primùm alienior, mox apertè crimen iſtud exprobare. Magis autem ſolent, qui non cubant cum vxoribus, ea æmulatione, quam Græci zelotypiam vocant, affici, & perturbari vehementiùs. Chunegunda ad id confugit, vt calcando ignitos vomeres, ſe eſſe declaraturam innocentiam ſuam diceret; Per hos XI. cum illæſa ambularet, fertur inſtitiſſe in duodecimo, & clara voce teſtatam eſſe, pudicitiam ſuam virum neminem virorum omnium delibaſſe vnquam. Hoc Imperator, quod ignominiam quandam ſibi afferre poſſet, quaſi incommodo marito, dictum oppreſſurus manum admonuit ori coniugis, atque in feſtinatione XX.
impetus maior ſanguinem extudit. Poſtea confeſſus iniuriam, reconciliataq; gratia cum coniuge amantiſſimè, & iucundiſſimè reliquum vitæ ſuæ tempus perègit. Monſtratur Pabebergæ nunc etiam paruum fanum, cum columnis in orbem collocatis, vbi res geſta memoratur.

Et licet haſce purgationes Pontifices in- XXVIII.
terdixiſſent, ſanctiſſimæ tamẽ fęminæ, & iuſtiſſimi viri nõ ſine corona gloriæ ſubierũt, & nouis legibus firmarunt: vt de Imperatore Henrico III. cognomento *Nigro* in Conuentu Alſatico legitur apud Goldaſtum Anno 1051. cuius verba: *Si quis aliquã inuentione quaſi reus acclamatus fuerit, & ipſe innocentiæ ſuæ expurgationem appellauerit, liber vel perſonatus ſeruiens, ſi infra patriam eſt, poſt ſeptem dierum inducias cum totidem ſuæ comparitatis teſtibus: plebeius autem, & minoris teſtimonij ruſticus, aquæ frigidæ ſe expurget iudicio.* In viridi perdurauit experimentum hoc vſque in Annum 1180. Nam XXIX.
Slaui ad fidem conuerſi, cum inhiberentur

de

Helm. in Cron. Slauor. cap. 1. *de cætero iurare in arboribus, fontibus, & lapidibus, offerebant criminibus pulſatos ſacerdoti, ferro vel vomeribus examinandos*. Sic ex legibus à Comite Philippo Flandrenſi Neoportuenſibus datis intelligere licet, adhuc Sal. Anno 1164. candentis laminæ vſos fuiſſe iudicio: Verba etenim legis (vt refert Annal. Flandr. lib. 5. Theodoricus Elſatius) ſunt hæc. *Si quis vulnus in nocte acceptum, alij imputauerit, ſi Scabinis dignum videtur, ferro candenti ſe excuſabit, ſi culpabilis permanſerit, ſuſpendetur*. Creſcebat itaque in dies vſus. Vnde Anno 1215. circiter, Conrad. Marpurgius Inquiſitor Apoſtolicus, accuſatos de hæreſi, ſi negabant (vt ſcribit Trithem. In Cron. cap. 22.) iudicio ferri candentis experiebatur, igne vincente, vincebat pœna. Quid plura congero? vſque in hodiernum diem apud Lapponenſes purgationem hanc obſeruatam credimus, nam ex Epiſtola P. Luiſij Froes ſub Anno Sal. 1595. Omuræ ſequentia accidiſſe feruntur.

Fuerat Chriſtianus quidam degens inter ethnicos accuſatus furti, quod crimen licet in re minima, capite vindicant, ſi conuincatur. Cum Chriſtianum illum conuincere haud poſſent, importunè compellunt, vt ritu ipſis conſueto iuramentum edat: vt ſcilicet in folio chartæ ſubſcripto ſcriberet, quod erat iurandum, deinde folio in palmã manus depoſito, imponeret ferrum candens, manu conſtringeret, vindictam, & iram Chamis (*Perſarum Idolum*) imprecando, ſi obiecti criminis reus foret. Ad hæc Chriſtianus reſpondit fas ſibi non eſſe, per falſum Deum iurare. Conſentiunt Gentiles vt per Deum Chriſtianorum iuret. Ille ſigno crucis in folio expreſſo, ferroque candenti impoſito, magna animi conſtantia ferrum conſtrinxit. Mirabile dictu, nec manus, nec folium amburitur. Inde pęnà, & culpà, quam minabantur Gentiles, ſolutus.

Vna omnibus cæremonia in vſu eſſet? variant Hiſtorici. Aquæ calidæ, necnon frigidæ, item ferri candentis, quæ conſecratio fuerit, ex Auentino accipe.

CONSECRATIO AQVAE CALIDAE.

XXX. CAndens ferrum: aquam feruentem iſtis ſupplicationibus (verba ſunt Annal. Boior. lib. 4. Auentini) conſecratam eſſe à myſtis, in antiquis ſacrificiorum libris reperio: ea ad faciendam fidem ſubnecto.

Deus iudex iuſtus, fortis, & patiens, qui es author, & amator Iuſtitiæ, qui iudicas æquitatem, iudica Domine, quod iuſtum eſt, quia recta tua iudicia ſunt. Qui reſpicis ſuper terram, & facis eam tremere. Tu Domine omnipotens, qui per aduentum filij tui Domini noſtri IESV Chriſti Mundum ſaluaſti, & per eius paſſionem genus humanum redemiſti. Tu hanc aquam per ignem feruentem ſantifica, qui tres pueros, ideſt Sidrach, Miſach, Abdenago, iuſſione Regis Babylonis miſſos in caminum ignis ſeruaſti. Tu clementiſſimè præſta, vt ſi quis innocens in hanc aquam feruentem, manum mittat, ſicut tres pueros ſupradictos de camino ignis eripuiſti, & Suſannã de falſo crimine liberaſti, ita Domine manum illius ſaluam, & illæſam perducas. At ſi quis culpabilis, vel incraſſante diabolo cor induratum, præſumpſerit manum mittere, tua iuſtiſſima pietas, hoc declarare dignetur: vt in eius corpore, tua virtute manifeſtetur, & anima illius per pænitentiam ſaluetur.

CONSECRATIO FERRI.

DEus Iudex Iuſtus, qui auctor pacis es, & iudicas æquitatem, te ſuppliciter rogamus, vt hoc ferrum ordinatum ad iuſtam examinationem cuiuslibet dubietatis faciendam, benedicere, & ſanctificare digneris. Ita ſi innocens (de prænominata cauſa, vnde purgatio quærenda eſt) hoc ignitum in manus acceperit, illæſus appareat. Et ſi culpabilis, atque reus, iuſtiſſima ſit ad hoc virtus tua, in eo cum virtute declarandum: quatenus Iuſtitiæ non dominetur iniquitas, ſubdatur falſitas æquitati per Dominum noſtrum &c.

Atque hæc tantùm abfuit, vt impia (verba ſunt Auentini) iudicarentur, vt ſanctiſ-

ſimos Pontifices, Principes Chriſtianiſſimos, viros atque fœminas ſacratas, vſurpaſſe iſtas purgandi cæremonias inueniam.
XXXI. Illud tum erat ſapere, fidem Deo habere, omnem ſpem in ipſo collocare. Noſtro ſæculo nihil minus. Quippe nihil aliud eſt quàm delirare, Deumque immortalem irritando ad iracundiam prouocare. Solet idem factum, vt video, diuerſis ætatibus, hic pietatis, alibi erroris, nomen accipere. Vſque adhuc *Auentinus*. Auctor alioquin Clauſtralium inimicus.

Porrò diuerſam formulam regiſtrat Goldaſtus ex Conſtitutione Ludouici Pij, cuius fidem examinabimus infra. Formulæ, quam Goldaſtus adducit, concordant eæ, quas *Martinus del Rio* accepit à *Petro Pantino* Decano Bruxellenſi vnam, quam idem Pantinus ex codice quodam Bibliothecæ Regis, litteris Gothicis ante ſexcentos vt minimum Annos exarato tranſcripſerat. Alterá, (quę reſtrictior) vulgauerat *Iuretus* ex C.M.S. cum notis in Epiſt. Iuonis. Iuretinæ formulę, quæ & Goldaſti, cum nonnullæ orationes deſint, eas præmittá; inde quomodo Iuretina, & Pantina diſcrepent, marginalia dabunt.

EXORCISMVS AQVÆ CALIDÆ.

XXXII. *CVm homines vis mittere ad comprobationem iudicij aquæ calidæ, Primũ fac eos intrare cum omni humilitate in Eccleſia, et proſtratis in oratione dicat Sacerdos has orationes.*

PRIMA ORATIO.

Auxiliare Domine quærentibus miſericordiam tuam, & da veniam confitentibus: Parce ſupplicibus, vt qui noſtris meritis flagellamur, tua miſeratione ſaluemur. Per &c.

SECVNDA ORATIO.

Quæſumus Omnipotens Deus afflicti Populi lacrymas reſpice, & iram tuæ indignationis auerte, vt qui reatum noſtræ infirmitatis agnoſcimus, tua conſolatione liberemur. Per &c.

TERTIA ORATIO.

Deus qui conſpicis omni nos virtute deſtitui, interius, exteriuſq; cuſtodi, vt & ab omnibus aduerſitatibus muniamur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per &c.

His orationibus completis ſurgatur pariter, & coram hominibus illis cantet Presbyter Miſſam, & faciat eos ad ipſam Miſſam offerre. Cùm autem ad Communionem venerint; antequàm communicet, interroget eos Sacerdos cum adiuratione, & dicat.

Adiuro vos homines per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & per veſtram Chriſtianitatem, quam ſuſcepiſtis, & per Vnigenitum Dei filium, quem Redemptorem creditis, & per S. Trinitatem, & per S. Euangelium, & per Reliquias, quæ in iſta Sancta Eccleſia ſunt reconditæ, vt non præſumatis vllò modo ad iſtam ſanctam Communionem accedere, nec ſumendo communicare, ſi hoc vel illud feciſtis, aut conſenſiſtis, aut aliquam veritatem indeſciſtis, ſeu qui hoc egit, noſtis.

Si autem tacuerint, & nullum inde profeſſionem dixerint, accedat Sacerdos ad Altare, & communicet more ſolito: poſtea verò communicet illos. Cum autem communicant ante Altare, dicat Sacerdos.

Corpus hoc, & Sanguis Domini Noſtri IESV Chriſti ſit vobis ad comprobationem hodie.

Expleta Miſſa deſcendat Sacerdos ad locum deſtinatum, vbi ipſum examen peragatur. Deferat ſecum Librum Euangeliorum, & Crucem, & canat modicam Litaniam, & cum compleuerit ipſam Litaniam exorcizet, & benedicat aquam ipſam antequam ferueſcat, ita dicendo.

Exorcizo te creatura aquę in Nomine Dei Patris Omnipotentis, & in Nomine Ieſu Chriſti Filij eius Domini noſtri, vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem poteſtatem inimici, & omne phantaſma diaboli, vt hic homo manum ſuam in te miſſurus eſt innocens vnde reputatur, pietas Dei Omnipotentis liberet eum: & ſi quod abſit, culpabilis eſt, & præſuntuosè in te manum mittere auſus fuerit, eiuſdem Omnipotentis virtus ſuper eum hoc declarare dignetur: vt omnis

homo

homo timeat, & contremiſcat Nomen ſanctum gloriæ Domini noſtri, qui viuit, & regnat Deus, Per &c.

ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, qui es Iudex iuſtus, fortis, & patiens, & multum miſericors, per quem facta ſunt omnia, Deus Deorum, & Dominus Dominorum, qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem de ſinu Patris deſcendiſti, & ex Virgine Maria carnē aſſumere dignatus es, & per Paſſionem tuam Mundum in Cruce redimiſti, & ad Inferos deſcendiſti, & Diabolum in tenebris exterioribus colligaſti, & omnes iuſtos, qui originali peccato ibidem detinebantur, magna potentia exinde liberaſti. Tu Domine quæſumus, mittere digneris Spiritum tuum Sanctum, e ſumma Cęli arce ſuper hanc creaturam aquæ, quæ ab igne ferueſcere, atque caleſcere videtur, quæ rectum per eam iudicium ſuper hunc hominem nomine illo comprobet, & manifeſtet, te Domine Deus ſupplices deprecamur, qui in Cana Galilęa ſigno admirabili tua virtute ex aqua vinum feciſti, & tres pueros Sidrach, Miſach, & Abdenago de camino ignis ardentis illæſos eduxiſti. Suſannam de falſo crimine liberaſti. Cœco nato oculos aperuiſti, Lazarum quatriduanum à monumento ſuſcitaſti, & Petrum mari mergenti manum porrexiſti, ne reſpicias peccata noſtra in hanc orationem. Sed tuum verum, & ſanctum iudicium coram omnibus manifeſtare digneris, vt ſi iſte homo pro hac reputationis cauſa (videlicet illud, vel illud) ad præſens modo manum ſuam in hanc aquam igne feruentem miſerit, & culpabilis ex hac reputationis cauſa non eſt, hoc ei præſtare digneris, vt nulla læſio, nulla malitia in eadem manu appareat, per quam ſine culpa calumniam incurrat. Iterum te Deus omnipotens nos indigni, & peccatores famuli tui ſuppliciter exoramus, vt ſecundum verum, & rectum iudicium tuum nobis in eodem loco etiam manifeſtare digneris, quatenus hic homo ex hac reputationis cauſa, ſi per aliquod maleficium Diabolo inſtigante, aut cupiditate, vel ſuperbia, incitante culpabilis eſt in facto, vel in conſenſu, & huius probationis indicium ſubuertere, aut violare voluerit malo confiſus ingenio, manum in hanc aquam præſumptuoſus auſus fuerit mittere, tua pietas hoc declaret, vt in manu eius dignoſci queat, quod iniuſtè egit, & ipſe deinceps per veram confeſſionem pœnitentiam agat, & ad emendationem perueniat, vt iudicium tuum ſanctum, & verum in omnibus gentibus declaretur: per te Redemptor Mundi, qui venturus es iudicare viuos &c.

Item alius Exorciſmus.

Te autem Creaturam aquæ adiuro per Deum viuum, per Deum ſanctum, qui te in principio ſeparauit ab arida. Adiuro te per Deum viuum, qui te de fonte Paradiſi manauit, & in quatuor fluminibus exire iuſſit, & totam Terram rigari præcepit. Adiuro te per eum, qui te in Cana Galilææ ſua potentia conuertit in vinum, qui ſuper te ſuis ſanctis pedibus ambulauit, qui tibi nomen impoſuit Siloha. Adiuro te per Deum, qui in te Nahaman Syrum ſui lepra mundauit, dicens, Aqua ſancta, Aqua benedicta, Aqua, quæ lauas ſordes, & mundas peccata. Adiuro te per Deum viuum, vt munda exhibeas, nec in te aliqua phantaſia retineas, ſed efficiaris fons exorcizatus ad effugandum, & euacuandum, & inueſtigandum, & comprobandum omnem veritatem, vt iſte, qui in te manum miſerit, ſi veritatem habuerit, nullam læſionem in te accipiat, & ſi mendacium habet, & Iuſtitiam appareat, manus eius igne combuſta, vt cognoſcant omnes homines virtutem Domini noſtri IESV Chriſti, qui venturus eſt cum Spiritu Sancto iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Poſt hæc exuat eum veſtimentis ſuis, & induat eum, vel eas veſtimentis mundis de Eccleſia, ideſt, indumento de Exorciſta, aut de Diacono, & faciat eos, vel eum oſculari Euangelium, & Crucem Chriſti, & aſpergat ſuper eos de Aqua ipſa, & ipſi, qui intraturi ſunt ad Dei examen, det illis omnibus bibere de ipſa aqua benedicta, cum autem dederit vnicuique dicat. Hanc aquam dedi tibi (vel vobis) ad probatiouem hodie. *Deinde imponatur ignis ſubter caldaria, & dicat Sacerdos*

dos has orationes, quando ipſa aqua caleſcere cœperit.

In nomine S. Trinitatis, Deus Iudex, Iuſtus, fortis, & patiens, qui es auctor, & creator clemens, & miſericors, & iudicas æquitatem; tu iudica, qui iuſſiſti rectum iudicium facere, & reſpicis ſuper terram, & facis eam tremere. Tu Deus omnipotens, qui per aduentum vnigeniti filij tui Domini noſtri IESV Chriſti mundum redimiſti, qui per eius paſſionem genus humanum ſubuenisti, & ſaluaſti, tu hanc aquam feruentem ſanctifica, qui tres pueros, ideſt, Sidrach, Miſach, & Abdenago ſub Rege Babylonis Nabuchodonoſor in camino ignis accenſa fornace ſaluaſti, & illæſos per Angelum tuũ eduxiſti. Tu clementiſſime Dominator præſta, vt ſi quis innocens ab huius culpa, vel cauſa ſui reputationis, homicidij, adulterij, latrocinij fuerit, & in hanc aquam manum miſerit, ſaluam, & illæſam inde educas, qui tres pueros ſupradictos, & Suſannam de falſo crimine liberaſti. Ita Domine omnipotens, ſi culpabilis fuerit, & incraſſante Diabolo cor obduratum; manum in huius tui elementi feruentis miſerit, tua veritas hoc declaret, vt in corpore manifeſtetur, & anima per pœnitentiam ſaluetur, & ſi ex hoc ſcelere culpabilis fuerit, & per alicuius maleficij, aut per herbas, aut per diabolicas incantationes hanc peccati ſui culpam occultare voluerit, vel tuam Iuſtitiam contaminare, vel violare ſe facere poſſe crediderit. Magnifica tua dextra hoc malum euacuet, & omnium rei veritatem demonſtret. Per te clementiſſime Pater, qui viuis, & regnas, in Trinitate perfecta. Per omnia.

A L I A.

Oremus. Deus qui Beatam Suſannam de falſo crimine liberaſti. Deus qui Beatam Teclam de ſpectaculis liberaſti, Deus, qui Sanctum Danielem de Lacu Leonum liberaſti, & tres pueros de camino ignis ardentis eripuiſti, tu libera innocentes, & conſigna factores. Per Dominum noſtrum.

Et qui manum mittit in aquam, ad ipſum examen dicat orationem Dominicam, & ſignet ſe ſignaculo Crucis, & feſtinè deponatur ipſa aqua feruens deſuper iuxta ignem, & Iudex perpendat ipſam lapide inligato ad menſuram N. infra ipſam aquam more ſolito. Et ſic inde extrahat eam in nomine Domini ipſe, qui intrat ad examen iudicij. Poſtea eum magna diligentia ſic fiat inuoluta manus ſub ſigillo Iudicis ſignata vſque in die tertio, quo viſa ſit viris idoneis, & æſtimata.

En formulam totam, & ritualia; in quibus multa, merito Sedes Apoſtolica prohibuit. In tertium diem obuoluebatur manus: quia ſi aliquo præſtigio manus illæſa, vel illæſa fuiſſet, interea euaneſcente præſtigio, veritas appareret.

IVDICIVM AQVAE FRIGIDAE.

XXXIII Aquam frigidam Martinus del Rio eodem modo in vſu probationis verſatam putat, ac calidam: videlicet Deus, vt in feruenti innocentis manum ſeruabat ab aduſtione innoxiam, ignis actione prohibita; ſic in frigida, aliquando nocentis manum amburebat, contrariam aquæ actionem indulgens, naturali frigiditate in ſupernaturalem ardorem commutata. Coniecturam fouet Vita S. Gangulphi martyris: vbi legitur; *Interim ad quendam veniunt*

XXXIV. *fontem* Gangulphus, & vxor, *vbi his vxorem vocibus compellat. Multa quidem de te coniux paſſim feruntur fœda, & indigna natalibus tuis, & adhuc mihi quidem certo non conſtat, verenè, an falſò illa dicantur.* Tum illa etiam intrepidè iurando, falſos de ſe rumores ſparſos, ait, *nec ſe vmquam alieno concubitu pollutam.* At Gangulphus: *diuina*, inquit, *prouidentia, quam nihil fugit, vt ſe res habeat; iam certis declarabit indicijs. En fons hic propoſitus eſt, nec frigidus valdè, nec immodicè calidus, in hunc igitur immite manum, & è fundo lapillum extrahe, & ſi quidem à culpa es aliena, nihil mali patieris, ſin autem polluta es, non ſinet Deus latère ſcelus tuum.* Illa Beati viri, ſicut alios omnes, ita hos quoq; ſermones vecordiæ aſcribens, incunctanter manum inieicit in fontem. Ecce autem ſimulatq; lapillum ſecum retrahere

conata

conata eſt, membris fere omnibus obrigeſcit, & in digitis, & brachio, quouſq; aqua pertingit, abſtracta cute, nuda caro cernitur, nihilq; aliud miſera illa, niſi repentinum interitum expectat. Confirmat idem Sigibertus, & ſignificat huncillum fuiſſe fontem, quem miraculosè ex Campania Vvarenas Gangulphus tranſtulerat; conuictam adulterij vxorem deſeruit, nec diù poſt vxoris hortatu ab adultero fuit necatus.

Apud Surium 17. Maij

DIVERSITAS ORATIONVM, & CERAEMONIARVM

In iudicio Aquæ frigidæ. Ex Pantino, Iureto, & Goldaſto. Parentheſi, & Characteribus diuerſis ſignabitur.

NE antiquitatis euaneſcant veſtigia, cæremoniarum, & orationum diuerſitatem in iudicio Aquæ frigidæ inſerere libuit ſequentem.

Cum homines vis mittere ad iudicium aquæ frigidæ ob comprobationem, ita facere debes. Accipe illos homines, quos vis mittere in aquã, & deduc eos in Eccleſiam, & coram omnibus illis cantet Presbyter Miſſam, & fac eos ad ipſam Miſſam offerre. Cum autem ad Communionem venerint, antequam communicent, interroget eos Sacerdos cum adiuratione, & dicat: Adiuro vos [*omnes*] homines per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & per [*vnigenitum Dei filium, & p. S. T.*] Chriſtianitatem quam ſuſcepiſtis, & per S. Trinitatẽ, quam docuiſtis; [*deeſt, docuiſtis, ſed additur, & per ſanctum Euangelium, & per ſanctas Reliquias, quæ in iſta Eccleſia ſunt, vt non præſumat vllo modo communicare, neq; accedere ad Altare, ſi hoc feciſtis, aut conſenſiſtis, qui hoc egerint.*] & per iſtas ſanctas Reliquias, vel ſanctam venerationem, quæ in iſta Eccleſia ſunt, vt non præſumatis accedere ad hoc ſanctum Altare, nec iſtam Sacram Communionem accipere vllo modo, ſi hanc cauſam veſtræ reputationis (hoc eſt illa, vel illa) feciſtis, aut conſenſiſtis, aut ſcitis, quis hoc egit.

Si autem tacuerint, [*nullus hoc dixerit*] aut nullam profeſſionem, inde dixerint, accedat Sacerdos ad Altare, & more ſolito cõmunicet. Poſtea verò communicet illos, qui in aquam mittendi ſunt.

Cum autem communicat, dicat Sacerdos [*ante*] ad Altare, Corpus hoc, & Sanguis Domini noſtri IESV Chriſti ſit vobis ad probationem hodie. [*ad laudem, & gloriam nominis ſui, & ad Eccleſiæ ſuæ vtilitatem:*]

Expleta Miſſa, accipiat Sacerdos Crucem, & Euangelium, & Inconſum, & pergant ad locum deſtinatum, cum aſperſione aquę benedictæ, vbi probentur. Et cum venerint ad ipſum locum [*faciat aquam benedictam ipſe Sacerdos, & pergat ad locum, vbi omnes probantur. Cum autem venerit ad ipſum locum det illis hominibus bibere de aqua benedicta*] det illis hominibus bibere de aqua benedicta, cum autem dederit, vnicuique dicat. [*Litaniam faciens omnibus pro eadem cauſam Dominum deprecantibus, det examinandis bibere de aqua benedicta, & cum dederit.*]

[*Hac aqua fiat tibi ad probationem hodie per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, qui eſt verus Iudex, & iuſtus.*] In lib. Iureti magna hic in ſeqq. eſt confuſio, & vt ſupra quædam inaniter repetuntur. Ex quibus tamen videntur quædam poſſe explicari.

Hanc aquàm dedi vobis ad probationẽ hodie:
Poſtea coniuret aquam, vbi illos mittere debet dicens ita.

Nota in ſeqqu. mutilum eſſe exemplar Gotthicum, ſupplendum ex m. ſ. Iureti: quare ex vtroque continnabo, vnam formulam, Iuretiana tamen lectione inter parentheſim relata, ne confundam.

Adiuro te aqua in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te in principio creauit, [*te ſegregauit ab aquis ſuperioribus, & iuſſit de ſer. hu.*] & te iuſſit miniſtram humanis neceſſitatibus, qui etiam iuſſit te ſegregari ab aquis ſuperioribus. Adiuro [*te etiam per inuiſibile, & ineffabile nomen Chriſti IESV Filij Dei omnipotentis, ſub cuius pedibus calcabilem præbuiſti, qui etiam in te baptizaris dignatus eſt*] te per ineffabilem nomen Domini, videlicet IESVM Chriſtum Filium Dei viui, ſub cuius pedibus elementum ſe

calca-

calcabile præbuit: qui etiam baptizari ſe in te elemento aquarum voluit. Adiuro etiam te per Spiritum Sanctum, qui ſuper Dominum in te baptizatum deſcendit. [*qui te inuiſibili ſanctificatione ſacratum, ad animarum purgationem inenarrabile inſtituit ſacramentũ. Per quem olim, & pop. Iſraeliticus ſuis pedibus tranſiuit, & ex aqua ferrum, quod caſu ceciderat Heliſaus diuina virtute contra naturam natantem in ſuo manubrio redire fecit, vt in m. ſ. hunc hom. ſi in al. culp. eſt ex hoc q. i. obijcitur ſcil. aut opere, aut conſenſu, ſeu conſcientia, vel quolibet ingenio. Sed per virtutem Domini noſtri IESV Chriſti reijce ex te, & fac illum natare ſuper, quatenus cognoſcat fideles Chriſti nullum præſtigium diuina virtuti poſſe reſiſtere, quod non detectum fiat, & omnibus manifeſtum. Adiuro etiam te, per virtutem eiuſdem Domini noſtri IESV Chriſti, vt ad laudem illius, cui omnis creatura ſeruit, & cui cæleſtis exercitus famulatur clamans S. S. S. D. D. & vt nobis adiurantibus, & eius miſericordiam obſecrantibus obedias. Quis regnat, & dominatur per inf. ſ. ſ.*] Adiuro te per ſanctam, & indiuiduam Trinitatem, cuius voluntate aquarum elementum diuiſum eſt, & populos Iſrael ſiccis veſtigijs tranſire fecit: ad cuius etiam inuocationem Helias, ferrũ, quod de manubrio exierat, ſuper te natare fecit. Vt nullo modo ſuſcipias hos homines, ... ſi in aliquo ſunt culpabiles, de hoc quod illis obijciunt, ſcilicet, aut per opera, aut per conſenſum, aut per vllum ingenium, ſed facias eos ſupernatare ſuper te, & nulla poſſit contra te facere aliqua cauſa maleficiorum; nullaque præſtigia dœmonum concinnari, vt inueſtigatio Dei, vel manifeſtatio poſſit occultari. Adiurata autem. Per nomen Dei Chriſti præcipimus, tibi, vt nobis per nomen eius obedias, cui omnis creatura ſeruit: quem Cherubin collaudant, dicentes Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum: qui etiam regnas, & dominaris per infinita ſæculorum ſęcula. Amẽ.

In Gotthico exemplari immediatè ſequitur alia oratio: ſed rectius exemplar Gallicum titulum interſerit, Vt notat del Rio.

Hominis coniuratio.

Adiuro [*te, & conteſtor per Patrem, & filium, & Spiritum Sanctum, & per ſanctam, & indiuiduam Trinitatem, & per omnes Angelos, & Archangelos, & per omnes Principatus, & Poteſtates Dominationis quoque, & virtutes, & per Dei ſedilia, Cherubin, & Seraphin, & per diem tremendum iudicij Dei, necnon, & viginti quatuor ſeniores, qui quotidie laudant Deum, & per quatuor Euangeliſtas, & per ſanctos Apoſtolos quoque Martyres, & Confeſſores, necnon per ſanctam Dei Genitricẽ MARIAM, omneſque Virgines, & per cunctum populum ſanctum Dei, vel per ſanctum baptiſmum, in quo renatus es. Si tu hoc malum feciſti, ex quo culparis, vel aſſenſum, aut baiulaſti, aut in domum tuam recepiſti, aut inde conſcius, aut conſentaneus extitiſti coram omnibus dicito. Quod ſi diabolo ſuadente celare deſpoſueris, & culpabilis exinde es: euaneſcat cor tuum incraſſatum, & induratum, & non ſuſcipiat te aqua incredulum, & ſeductũ, vt dicat populus, quia Deus noſter iudex eſt, cuius poteſtas in ſæcula ſæculorum, Amen.*] te homo N. per innocationem Domini noſtri IESV Chriſti, per omnes Angelos, & Archangelos, & per omnes Sanctos Dei, & per tremendi diem Iudicij, & per viginti quatuor Seniores, qui quotidie laudant, & per quatuor Euangeliſtas, Marcum, & Matthęũ, Lucam, & Ioannem, & per duodecim Apoſtolos, & per duodecim Prophetas, & per omnes Sanctos Dei Martyres, per Sanctos Confeſſores, & Sanctas Virgines, per Principatus, & Poteſtates, per Dominationes, & Virtutes Cœlorum, per Cherubin, & Seraphin, per omnia cœleſtia Angelorum agmina: Adiuro te per tres pueros, Sidrach, Miſach, & Abdenago, & per centum quadraginta quatuor milia Martyres, qui pro Chriſti nomine paſſi ſunt, & per S. Mariam Matrem Domini noſtri IESV Chriſti, & per Populum ſanctum Dei, & per illum baptiſmum, qui te regenerauit per manus Sacerdotis. Adiuro te vt ſi de hoc furtum, aut homicidium, aut adulterium aliquod feciſti, aut conſentaneum exinde fuiſti, & ſic habes cor incraſſatum, & induratum, vt hoc approbationis Dei iudicium, per aliquod maleficium euacuari, vel euertere te poſſe facere credideris, ſi culpabilis es, euaneſcat cor tuum, & non ſuſcipiat te aqua iſta, neque

vllum

vllum malum poſſit inimicus contra hoc
elementum præualere, ſed manifeſtetur, vel
declaretur Dei virtus in iſto loco per inuo-
cationem Domini noſtri IESV Chriſti. Pro-
pter hoc obnixè te deprecamur Domine, fac
ſignum tale in homine iſto, vt ſi culpabilis
eſt reputationis cauſa, declaretur per hoc iu-
dicium tuum, rei veritas, & nullatenus eum
recipiat aqua iſta. Hoc autem fac Domine
ad laudem, & gloriam tuam, per inuocatio-
nem nominis tui, vt omnes cognoſcant,
quia tu es Deus noſter benedictus, & lauda-
bilis. Per immortalia ſæcul. ſæcul. Amen.

Poſt coniurationem autem aquæ exuat
eos veſtimentis ſuis, (& induat eos veſtimē-
tis de exorciſta, & alliget in eis ſingulariter
ſinus rectæ conſuetudinis,) faciatq; eos oſcu-
lari [*ſanctum Euang. & ſanctam Cruc. et ſan-
ctificatis omnibus aqua benedicta, cum timore,
& reuerentia Dei. Proijciat in aquam.*]
Euangelium, & Crucem, & poſt hæc aſper-
gat ſuper vnumquemq; ex ipſis de iſta aqua
benedicta, & dicat adiurationem ſequen-
tem, & proijciat eos ſtatim ſingulariter in
ipſam aquam. Hæc autem omnia facere
debet ieiunus: & neque illi antea comedant,
neque ipſi qui eos mittant.

Hoc iudicium autem petente * *D. Ludouico
Imper. conſtituit B. Eugenius, præcipiens, vt om-
nes Epiſcopi, Comites, Abbates, omniſque Popu-
lus Chriſtianus, qui infra eius jmperium eſt,
hoc iudicio defendant innocentes, & exami-
nent nocentes, ne periuri ſuper Reliquias San-
ctorum perdant ſuas animas malum conſen-*
XXXV *tientes*. Porrò quantam fidem ſupradictis
præſtes, ex ſequentibus nota. In Capitulari
Ludouici Pij, nec verbum huius edicti: imò
in *Lib. 5. cap. 34. de Sacerdotum purgatione ex
cap. Domini Caroli* prohibitum legimus, ne
alia probatione, quàm iuramenti à calumnijs
XXXVI. redimant innocentiam. Sic in *Lib. 1. cap. 8.
de examinatione S. Crucis non facienda*, quę
cum ceteris purgationibus vulgaribus in
vſu erant; *ſancitum eſt, vt nullus deinceps
quamlibet examinationem Crucis facere præ-
ſumat, ne Chriſti paſſio, quæ eſt glorificatio,
cuiuslibet temeritate contemptui habeatur*. II.
Non locus, non tempus adnotantur, vndè
edicti veritas apparère valeat. Eugenius, in
XXXVII calce edicti, petente Ludouico Pio, auctor

* Iuret. & Gold. Papa eius nomine II.

decantatur: ſed quis Eugenius? Papa. Eius
proferantur exemplaria. Porrò cur Imper.
Ludouicus Pontificem implorat, vt aquæ
iudicium laudet? forſan quia Pius Im-
perator in ſacrario manum extendere no-
luit. Agebatur de cęremonia Eccleſiaſtica;
de benedictionibus, & exorciſmis, quæ Pon-
tificem reſpiciunt, non Cæſarem. Vera: Sed
vnde ſolus abſq; Pontifice in §. 81. capitularis
ſui Ann. Sal. 826. mandauit, *vt examen aqua
frigida, quod hactenus faciebant, à Miſſis om-
nibus interdicatur, ne vlterius fiat*. Quod ab
eodem replicatum legimus Ann. 832. *in cap.
25*. Anno Imperij ipſius Ludouici XVI. *Vt
examen* (inquit) *aqua frigida, quod hactenus
faciebant, à Miſſis noſtris interdicatur, ne vlte-
rius fiat*. Aqua frigida cur primùm interdi- XXXVIII.
catur, & ſola, arcanum inuoluit. Frigida
primùm, & ſola forſan, quia pluribus inſi-
dijs expoſita: innocens cum crederetur, ni
contra naturam aquæ frigidæ cruciaretur
aduſtus. Facilius eſt vt plurimùm nocentem
haberi prò innocuo, ſi hominem facinoro-
ſum immittas in aquam frigidam, quàm
calidam. Nam in frigida haud rerum in-
uerſo ſtatu, in miraculum vertis, quod ip-
ſius aquæ natura eſt. In calida verò ſi inno-
cens eſt, quem immittis, nonniſi per mira-
culum illæſus egreditur. Facilius eſt diui-
nam etiam tentando iuſtitiam, eam in cali-
da, quàm in frigida prouocare. In frigida
namque, etſi non exaudiat, nulli faciens
iniuriam, ſuo facinora reſeruat iudicio, quę
humana præterit malitia. Ex aduerſo in ca-
lida, cum non poſſit *mater obliuiſci infantem
ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui*, durum
eſt, quod pietas patiatur diuina damnari iu-
ſtum, cruciari innocentem. Primum igitur
in prohibitione fuit aqua frigida. Inde fide-
lium frigeſcente pietate, hominumque fer-
uente malitia, viſum fuit Pontifici Stephano XXXIX.
V. Sal. Anno 885. ferri etiam candentis, &
examen aquæ ebullientis interdicere. Ratio-
nem quærenti ſatisfacit Pontifex. *Nam fer-
ri candentis, vel aquæ feruentis examinatione
confeſſionem extorqueri à quolibet ſacri non cen-
ſent canones: & quod ſanctorum patrum docu-
mento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa adinuen-
tione non eſt præſumendum. Spontanea enim
confeſſione, vel teſtium approbatione publicata*

Apud Goldaſtum.

Ibid.

Cap. 20. conſulu[illegible] 2. q. 4.

delicta , habito præ oculis Dei timore, commiſſa ſunt regimini noſtro indicare . Occulta verò , & incognita illi ſunt relinquenda , qui ſolus nouit corda filiorum hominum . Idem confirmauit *Alexander II.* Sal. Anno 998. licet per errorem *Gregorij M.* nomen irrepſerit *in c. 7. mennam. 2. qu. 4. Vulgarem deniquè* (inquit Alex. II.) *ac nulla canonica ſanctione fultam legem, feruentis ſcilicet, ſiuè frigidæ aquæ, ignitique ferri contactum , aut cuiuslibet popularis inuentionis (quia fabricante hæc ſunt omninò ficta , inuidia) nec ipſum exhibère , nec aliquo modo te volumus poſtulare , immò Apoſtolica auctoritate prohibemus firmiſſimè .* Legem porrò per abuſum deformatam , vt reſtitueret Pontifex Lucius III. Ann. Sal. 1181. mandauit iudici teſtibus iterum comprobare , quæ fuerant aquæ frigidæ præuio diſcuſſa iudicio ; nullo habito ad iudicia peregrina

In c. ex tuarum 8. de purgat. Canon.

reſpectu . *Ex tuarum* (inquit Lucius) *intelleximus continentia literarum, quod cum H. Presbyterum (quia infamabatur de homicidio) à Sacerdotali officio ſuſpendiſſes , prædeceſſoris tui literas tulit in medium : quibus apparuit cū iudicio aquæ frigida ſuam innocentiam purgaſſe , & Epiſcopum ſuis eum literis abſoluiſſe . Quia verò peregrina iudicia ſunt inhibita , purgationem quam præſtitit , ſufficere non putantes : Mandamus quatenus ſi accuſatores idonei non apparuerint , & cum ſeptima , aut quinta manu ſui ordinis , per purgationem canonicam innocentiam ſuam oſtendat , ſibi iniūgas , quam cum præſtiterit , ſuſpenſionem ſine difficultate relaxes .* Credebatur abundè prouiſum , vt Gentilium abuſus , qui longo iam tempore in Eccleſiam irrepſerat , euelleretur . Quùm Gentilitatis nouo florente ſurculo , viſum eſt eradicare plantaria. Nonniſi conſecrato ferro, vel aqua Dominum tentare audebant ; inde in Clericos exorcizantes interdictum dirigere placuit ; vt ablegato miniſtro, deportaretur & miniſterium. Sal. An.

In cap. 9 ſententiā. Ne Clerici, vel &c.

1198. Innoc. III. edidit Decretū. *Nullus quoq; Clericus purgationi aquæ feruentis, vel frigidæ, ſeu ferri candentis, ritū cuiuslibet benedictionis aut conſecrationis impendat .* Nec ſatis. Le-

XL. *Cap. 3. dilecti de Purg. vulgari.*

gem vicit abuſus, vſq; in Annum Sal. 1216. quo tempore Liuonij à Fratribus Templarijs, quum cogerentur crimina ferro purgare candenti, à Pontifice Honorio III. ſub excommunicationis pœna fuerunt exempti. Aliunde enim non videbatur excantationibus obſtandum , quæ vt Gentilium propriæ Idolatriæ maieſtatem adebant, & cum Chriſtiana Religione fortiùs de veritate certabant . Si vrgeas miracula ? peragentium merita obijciam , qui ſpeciali reuelatione , & quaſi obtorto collo manuducebantur inuiti ; & ſpiritu debachati ſuperno canebant ignota . Cui vnquam donauit Omnipotens arbitrarijs excantationibus ſupernam conſtringere iuſtitiā ? Teſtamēta reuoluas, ignis, vel aquæ non offendes iudicium . Si hominū daretur arbitrio ordinem immutare iudicij, plura daret Tribunal, quàm phęnomena Cęlum. Legum normā ne prætereas: innocentē datur per falſa damnare allegata, quem recti norma , & infallibilis iudicis anima proprio viſu probauit innocentem . Fallax, vel non, ferri, aut aquæ experimentum dicas ; redarguam, ſi fallax, cur eo innocentia agitatur ? Si infallibile ſignum , cui neceſſariò natura ipſa obediat; nec ex meritoria purgandorum hominum cauſa , ſed aliūdè humanæ voci Deus obedit; nonniſi ex pacto, vel inſtitutione ſuperna ferri , & aquæ arcana produces ? ſi ſic eſt, oſtende pactum, inſtitutionē recole. Hęc cum fugiant , in incertum omnia feruntur . Euchariſticum reuoca myſterium, vbi Deus debet de Cęlo deſcendere , licet ex ore proditoris imperium aſcendat . Operati enim non operantis merita pendet , & tamen iniquitas dummodò regularis informet , cęleſtia pandit . Accuſatus de furto , ſi priuſquam contrectet vomeres , Reliqua piacula haud purget , puta adulterium , ſacrilegia, ſi quorum verè ſit particeps , licet latrocinij innocens, vindicabit ſecurus libertatem ? vel vno polluta innocentia crimine , ſubmerſa cadet onerata nocentiæ , & innocentiæ compenſa-

tione ? Antiqui oppidò peccatis prius exo- XL.

nerabant , ponè ferri aggrediebantur iudicium . Qui verò tumidi præteritorum non horrebant culpam, inueniebant in ipſa innocentia pęnam . Hæc illa cauſa, quæ forſan fidei vim faciens; dico montibus, tranſite illuc; nec mouentur . Dixi mari , ſiſte gradum , & intrauerunt aquæ, vſq; ad animam meam . Mortuam dicit fidem , quia ſine operibus . Contingenti itaq; iudicio vitam ſubmittes

huma-

humanam? quod vel Dęmonũ illuſione, vel
XLI. herbarum ſucco, vel perfidia peccati religio-
nẽ Chriſti prouocat in diſcrimẽ? Hęſitare ne
valeas, quid humana poſſit, attende malitia.

Inter Diaconum Catholicum, & Arria-
Gregor. num Præsbyterum fidei quæſtio erat. Arria-
Turon. lib.1. de num Catholicus prouocat; *ſuccendatur* (in-
glor. mar. c. quit) *ignis aeneus, & in feruenti aqua annulus*
81. *alicuius proijciatur, qui verò eum ſuſtulerit ex*
vnda feruenti, ille iuſtitiam conſequi compro-
betur) *conditionem Hæreticus accipit. Interea*
Diaconus diffidentia quadam tentatus vnguẽ-
tis quibuſdam brachium, manumq; illinit, Hæ-
reticus negat periculum ſubire; cum Catholicus
brachium exſereret, Hæreticus vidit vnguentis
delibutum, exclamat aduerſarium magicis prę-
ſidijs confidere, non fidei, oritur altercatio.

His itaque litigantibus ſuperuenit Diaconus
alius ab vrbe Rauenna Hyacintus nomine, ſci-
ſcitanſq; quæ eſſet hæc altercatio, vt veritatem
cognouit, nec moratus extracto è veſtimentis
brachio in aeneum dextera mergit: annulus au-
tem, qui inectus fuerat, erat valde leuis, ac pa-
ruulus, nec minus ferebatur ab vnda, quã ven-
to ferri poſſet, vel palea. Quem diu multumque
quæſitum infra vnius horæ ſpatium reperit, ac-
cendebatur interea vehementer focus ille ſub do-
lio, quo validius feruens, non facilè poſſet aſſe-
qui annulus à manu quęrentis, extractuſq; tan-
dem. Nihil Diaconus ſenſit in carne ſua, ſed
potius proteſtatur in imo eſſe frigidum aeneum,
in ſumitate verò calorem teporis modici conci-
nentem. Quod cernens Hæreticus valdè confu-
ſus inijcit manum audax in aeneo, dicens: præ-
ſtabit mihi hoc fides mea: iniecta manu proti-
nus, vſq; ad oſſium internodia omnis caro lique-
facta defluxit, & ſic altercatio finem accepit.

Obijcies minimè profutura fuiſſe Diaco-
no illa collyria? reſpondeo vt de futuris nul-
lum conſilium; ita de præteritis omne iudi-
cium. Turiui Monachi hiſtoriam ne pertrã-
Ep.4. ſeas, quam recenſet Augerius Busbequius ad
XLII. Turcas Legatus Cæſareus. *Deſcendit is* (in-
quit) *in aream domus, pauloq; poſt reuertit ſub-*
lato vaſti ponderis ſaxo, quo ſibi in nudatum pe-
ctus, aliquot ictus inflixit, quibus hoc penè per-
celli potuiſſet: Hinc manum iniecit ferro, quod
in foculo ad eum vſum accenſo cãdens factum
erat. Id ori inſertum, omnem in partem aliquã-
diù verſat, non ſine ſaliuæ ſtridore. Erat ferrum
illud oblongum, ſed altero capite craſſius, et qua-
drangulum, quod ore recepit, vi ignis ſic ferue-
factum, vt à candente carbone nihil differret.
Quo facto ferramentum in ignem recondit, me-
que ſalutato, & accepto munere diſcedit. Admi-
rabantur qui circumſtabant mei domeſtici, prę-
ter vnum, qui ſe plus reliquis intelligere arbitra-
batur: & quid vos, inquit, fatui, ita miramini?
an fieri reuera creditis? præſtigia ſunt iſta, &
mera oculorum ludibria, ac ſimul ferrum, qua
parte è foculo extabat, arripit probaturus, ſine
noxa contractari. Sed non citius manu com-
prehenderat, quam reiecit: vola, & digitis ſic
aduſtis, vt pluribus diebus perſanari ægre potue-
rit: quem caſus magnus ſociorum riſus conſe-
cutus eſt, rogantium, iamne illud calere, an nõ-
dum etiam crederet; inuicantiumq; vt denuò
contingeret. Idem Turca, (*pergit Busbequius*)
commemorabat ſuum cænobiarcham vitæ ſan-
ctimonia, & miraculis clarum, conſueuiſſe in
lacum, qui eſſet cænobio propinquus extendere
pallium, in eoque ſedentem, qua viſum eſſet
ſuauiter circumuectari. Eundem excoriato,
exenteratoque veruecì nudum alligari ſolitum,
vt priores pedes brachijs, poſteriores cruribus eius
aptarentur, ita coniectum in feruentem furnũ,
manere, donec illæſus ipſe ſe promi iuberet. Non
credo, inquiens, nec ego, audita modo refero: ſed
de ferramento candente, quod vidi teſtor; Nec
tamen ea res tantam habeo admirationẽ. Haud
dubiè dum in areą ſaxum, quærere ſimulabat,
aliquo medicamento ſibi os aduerſus ignis vio-
lentiam præmunierat, qualia reperiri non igno-
ras. Nam memini me in foro Veneto videre cir- Ego ipſe
culatorem plumbum igne liquefactum contre- vidi ſe-
ctare, eoq; ſine offenſa tãquam manus lauare. mel.

Propterea Iuo agens de hac ferri igniti Ep.74.
probatione, negat conuictum adulterij mili- XLIII.
tem, cuius manus inuſta fuerat. *Cauterium*
(inquit) *militis nullum tibi certum præbet ar-*
gumentum, cum examinationem ferri canden-
tis occulto Dei iudicio multos videamus nocen-
tes liberatos, multos innocentes ſæpè damnatos.
Præterea cum talis examinatio ſit in Deum tẽ-
tatio, non eſt mirum, ſi diuino iudicio deſeritur,
cum incautè, & ſine iudiciali ſententia ab ali-
quo ſuſcipitur; quaſi ſi cautè ſuſcipiatur, iudi-
cis præuio decreto, non ſit illicita. Quod fal-
ſum, quia vel innocentia poteſt aliter depre-
hendi, vel non? Si poteſt; ergo nulla neceſſi-

tas cõfugiendi ad miracula; ergò apertè Deũ 4. *Mat.* tentat? Vade itaq; retrò Satanas. *Scriptum eſt enim non tentabis Dominum Deum tuum.*

XLIV. Si non poteſt, vt voluit Salomon, *Numquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant? aut ambulare ſuper prunas, vt non comburantur plantæ eius?* ergò iniuſtus iudex erit, qui diuino reſeruata iudicio, quia humano medio patere haud poſſunt, audet iudicare. Gentilibus ipſis fuère ſimilia experimenta ſuſpecta; Vndè eum reuocarunt ad Crucem, qui rupto laqueo ſu-XLV. ſpenſus cecidit; vel de ſaxo deiecti, ſuperuixerint licet, repetuntur ad pęnam. *Cõtrou. 3. lib. 1. controu.* Controuerſiam, quam mouet Seneca fas ſit transferibere; ſi enim credidère Romani veneficijs, ita potuiſſe corpus induri, vt ſaxa reuerberaret; cur non medicamentis, & collyrijs, vt manum armaret in flammas?

Seneca controu. 3. lib. 1. *Lex.* Inceſta de ſaxo deijciatur. *Thema Inceſti dãnata, antequã deijceretur de ſaxo, inuocauit Veſtã. Vixit deiecta, repetitur ad pęnã.*

Contra Inceſtam. *Latronis*. Hoc *expectatis, vt capite demiſſo verecundia ſe ipſa antequam impelleretur, deiecerit? id enim deerat. Vt modeſtior eſſet in ſaxo, quam in ſacro fuerat, conſtitit, et circumlatis in frequentiam oculis, ſanctiſſimum numen quaſi parum violaſſet inter Altaria, cæpit in ipſo, quo vindicabatur violare ſupplicio. Hoc alterum damnatæ inceſtum fuit. Damnata eſt, quia inceſta erat: deiecta eſt, quia damnata erat: repetenda eſt, quia, & inceſta, & damnata, & deiecta eſt. Dubitari poteſt, quin vſq; eo deijcienda ſit, donec efficiatur propter quod deiecta eſt? patrocinium ſuum vocat pereundi infelicitatem, Quid tibi importuna mulier imprecer, niſi vt nec bis quidem deiecta pereas? Veniet ad colendum Romani Imperij pignus, etiam ſi non ſtupro, vt certè carnificis manu inceſta, inuocaui, inquit, Deos. Statuta in illo ſaxo Deos nominaſti, & miraris, ſi iterum te deijci volunt? ſi nihil aliud, in loco inceſtarum ſtetiſti.* Ceſtij Pij narratio. *Quid agam? exponam quando ſtuprum commiſerit? cum quo? quibus conſcijs? Iſta quia probaui damnata eſt, quid poſtea acceſſit, quod illam virginem faceret? quod iacuit in carcere? quod ducta eſt ad ſaxum? quod inde proiecta? ait ſe innocentem, quia perire non potuit. Ita lex de Sacerdotum iure in iudicio quæri voluit, de Iudicibus, in ſupplicio? ampliatur à Iudicibus in pœnam, poſtulat, vt, cum contra pœnam cauſa tuta non fuerit, contra cauſam tuta pęna ſit. Non putas legem cauiſſe, vt perires: quæ cauit, quemadmodum perires? Exoremus te mulier, vt iterum abſoluaris. Aut tu Sacerdotium violaſti, aut Dij Sacerdotem. Malè de Dijs exiſtimas, ſi Sacerdoti ſuæ tam ſero ſuccurrunt, lata eſt ſententia, pronunciatum eſt, damnata es. Interrogo te hoc loco mulier: reſponde mihi. Sunt Dij?* Arellij Fuſci patris. *Iterum experiamur: Quid times propitios Deos? Erat, inquit, præruptus locus, & immenſæ altitudinis. Dicebam tibi. Inceſtam lex mori voluit, ſtat moles abſciſſa in profundum, frequentibus exaſperata ſaxis, quæ aut elidant corpus, aut de integro grauius impellant; inhorrent ſcopulis enaſcentibus latera, & immenſa altitudinis triſtis aſpectus; electus potiſſimum locus, ne damnati ſæpius deijciantur.* Fuluij Sparſi. *A ſuperis deiecta, ab inferis non recepta, in cuius pœnam ſaxum exſtruendum eſt.* Iunij Baſſi. *Nihil putabam amplius adijci poſſe audaciæ iſtius, quam quod in illa Cruce Veſtam nominauerat, ab ipſo enim ſupplicio in Templum vſque reuoluta, quidquid ſecundum Deos ſanctiſſimum eſt, contactu ſuo polluit; quàm à ſaxo nuſquam reuerti fas eſt, niſi ad ſaxum. Quanto minus quam in Templum reſiluit? huc potiùs venit, vbi damnatur, quam illo vbi abſoluitur.* Albutij Sili. *Si quis adhuc dubitabat de deiecta, veniat, & ſibi ipſi credat. Hæc impudentia virginis eſt: in vrbe tam beata, cum tot ſuperent Virgines, cum tot Principum filiæ ſint, poſtulat, vt præteritis his propemodum ab Inferis eruatis Sacerdotem. Quare ergo ſi inceſta ſum, viuo? neſcio: hoc vnũ ſcio, nec fieri quod non poteſt, nec portentum eſſe quod poteſt. Abſit, ne fas eſt, vt id ſaxum abſoluat, quod tantum damnatos accipit.* Argentarij Narratio. *Pęnè Iudices narrare cœpi, qualis eſſet rea, ſed quid efficiam, cum illam inceſtam probauero? nempe vt de ſaxo deijcienda videatur, iam viſa eſt. Non imitabor iſtius impudẽtiam, vt repetendo iudicium, quod factum eſt improbaſſe videar, quod exigebatur, probaui: quod iudicaſtis, exequar.* Cornelij Hiſpani. *Deos, Deos inuoco, quos priore iudicio nõ fruſtra inuocaui, inceſta quam tardiſſimè pereat, Inuocaui, inquit, numina, Quid inuocas mulier? ſi innocens es, Dij non ſunt. Videte quantũ Sacerdos*

dos peccauerit, quæ nec abſolui poteſt, nec mori. Aut tu Sacerdotium violaſti, aut uos Sacerdotē. Erras ſi ſatis ad Sacerdotium putas, perire non poſſe. Romani Hiſponis. *Ab Tarpeia ad Veſtam, cuius vitam carnifex rupit, à Templo ad ſaxum, à ſaxo ad Templum, hic pudica ſacerdotis inter ſupplicia, & vota diſcurſus eſt. Inter ſuperos, inferoſque iactata in nouam pęnam reuixiſti.* Pompeij Silonis narratio. *Quod ad rerum expoſitionem pertinet, Iudices non committant, vt Deorum immortalium vltionem morer, inceſta ſaxo deijciatur lege damnata eſt: habetis iudicium. Deiecta eſt: habetis exemplum.* Vibij Galli narratio, *breuis expoſitio rerum eſt, Aduerſariam inceſti poſtulaui, accuſaui, damnaui, carnifici tradidi: permittis iam abeam? Accuſator recede eamus ad abſolutionem tuam, ita Dij damnatam abſoluere maluere, quam Sacerdotem? Sero innocentiam damnata concupiſti, vitam deiectam.*

Altera pars *Sillij Sparſi*. Damnata deiecta eſt; abſoluta deſcendit. *Arelij Fuſci Patris.* putares puellam demitti, non cadere *Ceſtij Pij*, nullam habebat gratiam; in Templo dixerat, itaque tantum Deos inuocabat. Lex Sacerdotem non vſque ad ſaxum differret, niſi expectaret Deorum ſententiam. *Cornelius Hiſpanus* deſcripſit altitudinem montis, etiam ſecurè deſpicientibus horrendam, & adiecit, Carnifex quoque recedens impellit, nihil fecit, tamquam rea, contumax eſt innocentia, turpe putabat Sacerdos rogari, niſi Deos. *Marillij*. Mirandum eſt ſi oppreſſa eſt virgo ſine gratia? cuius enim genibus ſubmiſit manus? quem deprecata eſt, quæ tardè rogauit etiam Deos?

Diuiſio. Latro in has quæſtiones diuiſit. Vtrum lex de inceſta tantum ſit, quæ deijciatur, nec pereat: An etiam damnata. Si innocens poſt damnationem apparuit. Deijci non debeat. An hæc innocens ſit: An hæc Deorum adiutorio ſeruata ſit. *Ceſtius*, & illa ſubiunxit huic vltimę quæſtioni: An dij immortales humanarum rerum curam agant. Et ſi agunt, An ſingulorum agant, ſi ſingulorum agant, an huius egerint. Improbabat *Albutius* quod hæc non tamquam particulas incurrentes in quæſtionem tractaſſet, ſed tanquam problemata *Fuſcus Arellius pater* ſic diuiſit. Vtrum inceſtæ pęna ſic deijci, an perire, vtrum Prouidentia Deorum, an caſu ſeruata ſit. Si voluntate Deorum ſeruata ſit, an in hoc vt crudelius periret.

Color. *Hic color ferè ſententijs quas propoſui, permixtus eſt. Quid tamen Ceſtius ſenſerit, indicabo. Contra Sacerdotem qui dixerunt, videri Deos, infeſtos illi, in hoc eam ſeruaſſe, vt diutiùs torqueretur, aiebat Ceſtius, malle ſe caſu uideri factum, quàm deorum voluntate: nam ſi ſemel illos interuenire huic rei fateremur, manifeſtius erit in pęna ſeruatam eſſe Sacerdotem, quàm in pęnam actam: quæ non probabat ille.* Triarij. *Remiſſam tibi pęnam putas? ampliata eſt, & ipſa, inquit, ampliatio, quæ apud iudices fieri ſolet: & verbū in ſententia poſitum, non eſt damnantis, ſed dubitantis. Declamauerat apud illū hanc ipſam controuerſiam. Varus Quintilius, tunc Germanici gener, vt prætextatus, cùm deſcripſiſſet circumſtantem turbam dolētem, quòd tam citò oculis pęna ſubduceretur, dixit: Exaudierunt dij immortales populi vota. Inceſtam, ne citò præceps ſupplicium transferreret, reuocauerunt. Ceſtius multa contumelioſè dixit in ipſam ſententiam. Sic, inquit, quomodo quadrigas, reuocauerūt: nam & antè poſuiſti ſimilitudinem, quia & hæc de carcere exierat. Cùm multa dixiſſet, nouiſſimè adiecit rem, quam omnes improbauimus. Iſta negligentia pater tuus exercitum perdidit, filium obiurgabat, patri maledixit.* Paſtor Aretius *hanc controuerſiam apud Ceſtium iam Senator dixit, & hunc colorem optimum putauit: Sic veneficijs corpus indurult, vt ſaxa reuerberaret. Multùm Ceſtius hanc corripuit, & dixit, Hoc eſt, quare ego auditores meos inuitem ad alios audiendos ire: hoc malè mihi facit ille, qui aut athleta aut pyctes eſt. Dicebat autem in Albutium, qui illis diebus dixerat in hac controuerſia, durius ſaxo: & in Baſſum Iulium multa, qui dixerat, Virgo de ſub ſaxo. Othonem Iunium patrem memini colorem inſulſum inducere, quod minùs ferendum eſt, quòd libros colorum edidit. Fortaſſe, inquit, pœnæ ſe præparauit: & ex quo peccare cœpit, cadere condidicit.* Silo Pompeius *hunc colorem tentauit. Præſtatur, inquit, quædam dānatis ſacerdotibus verecundia, erubuimus quicquam ex damnata veſte detrahere.* Hiſpanus *dixit: Ita putaueras vna te pœna poſſe defungi, cùm tu ſaxo Deos nominaſſes?* Triarius *indignantium voces deſcripſit, & dicentium;*

Quia

Quia non potes, non vis mori. Marullius dixit: *Conſtituta in ſaxo inuocauit Deos: publica indignatio exorta eſt, audet iſta nominare Deos; audet hoc loco? Quid autem habet iam quod illos roget, niſi bonam mortem?* Diocles Caryſtius dixit: *πάλαισα καὶ τὸ δύνημιν* (ait.) *Puton* ait: *αἰεὶ ἰχθεῖν νομίζεις ἐφ' ᾧ βιβλίον*.

Zelotypiæ obijcies ſacrificium Iudæis datum, qua pęna ait *A Lapide* teſtabatur
Num. 5. Deus ſe fidei coniugalis pręſidem, vindicem,
XLVI. atque innocentiæ teſtem, & cuſtodem. II. ſe occulta ſcelera videre, notare, & prodere. III. grauiſſimum adulterij ſcelus publica, & horribili vindicandum pęna, vt mulierum coerceretur libido. Solent enim hæc adulteria in occulto committi, vt vix probari poſſint, vt
Cap. 31. n. 8. habet Iob. *Omnis homo qui transgreditur lectum ſuum, contemnens dicit: Quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me.* Inde Deus eorum ſibi arrogat iudiciũ; ne Zelotypia ad diſſidia, & cædem prouocet maritum. Hæc & maiora cum vrgeant, cur ſacrificio Zelotypiæ iam ſublato, candentis
XLVII. ferri iudicium non ſubmittitur? Reſpondeo eiuſdem eſſe inſtaurationem, & deſtructionem. Zelotypiæ ſacrificium cum antiquauerit Deus, non debet, nec valet homo remittere. Zelotypiæ ſacrificium ſi humanæ potentiæ non fuit; vnde terrena virtute poterit homo elementa ſubuertere, & rerum immutare naturam? Antiqua legalia aboleuit (& fas erat vt translato Sacerdotio, & legis translatio fieret) quæ porrò remittere voluit, & in figurato adimplere, ipſe ſua Omnipotẽtia peregit cum in baptiſmo Circumciſionem impleuit; Agnum Paſchalem in Euchariſtia vt ſimilia, quæ Apoſtolis non commiſit, ſed ipſe penè exinanitus compoſuit. Cur non remiſerit, ſciſcitanti reſpondeo: Curioſæ mentis eſſe quęſitum, vnde curioſo dicam mandaſſe Deum vt remitteret. Ceremonialia vetera, quæ pęnè innumerabilia, cur non remiſerit Deus, ſi dixeris, idẽ de politicis dicam. Quæ Hæbreorum exègit durities, non veniunt in conſeqnentiam; penès quos viſibilibus miraculis, atq; portentis fatigauit Deus legem fulcire ruentem. Viſibilia ceſſarunt ſigna, dedignatus Deus miraculorũ pretio fidem hominum comparare. Quibus petita miracula in agentis ceſſere ludibrium, non in confeſſionem veritatis. Inde fraudolentam Iudęorum promiſſionem dixit Hieronymus cum Crucifixo Domino offerrent;
Si filius Dei eſt, deſcẽdat de Cruce, & credimus XLVIII.
ei. Quid enim plus eſt, de cruce adhuc viuentem deſcendere, an de ſepulchro mortuum reſurgere? Reſurrexit, & non crediditis. Ergo etiam ſi de cruce deſcenderet, non crederetis Hebræorum itaq; exempla, nequeunt eſſe Chriſtianorum regula. Niſi, & relegatio XL. Ann. in Deſerto, & ſub Pharaone captiuitas, quæ duræ ceruicis flagellauit Populum & nobis ſint expectandæ. Zelotypię exoleuit ſacrificium non per abuſum, ſed per Legiſlatoris decretũ, in ara crucis legalia antiqua conſummantis. Tantæ figuræ ſi figuratũ habes, ſcripturæ proferas teſtimonium. Abſit hodiernis temporibus Zelotypiæ ſacrificio adulteria paterent; quot mulieribus intumeſceret venter. Ludit de equab. Hiſpanis.

Ore omnes verſæ in Zephyrũ ſtãt rupibus altis;
Exceptantq; leues auras, & ſæpè ſine vllis
Coniugijs vento grauidæ, mirabile dictu. Virg.

Sed fęminas reſpiciebat, quæ inacceſſibus incluſæ rupibus, imbre, vento, ſed maſculino concipiunt. Matronarum itaque honeſtas antiquari exigebat ſacrificium huiuſmodi; & Prouidentia ſuperna, cui deeſſe non poſſunt occulta remedia, vt ſuauiter puniat, delicta latentia. Miracula admittimus tentationem negamus, qua Deo velimus legem XLIX.
imponere. Innocentiam ſubleuandam ſi vrgeas, vel iudiciario ordine, vel extraordinario examine, iuramẽnti puta, quod Euangelica Matth. 5. n. 34.
lege prohibitum, ſed pro terminandis litibus Heb. 6. n. 16.
Apoſtolica conceſſum? Reſpondeo Iuſiurandum iudiciale numquàm lege vetitum; Imò extraiudiciale, ſi neceſſarium ſit ad fidem conciliandam, Chriſtus ipſe non abhorruit. Quid enim Chriſti verbum *Amen, Amen dico vobis?* Species eſt iuramenti. Cœterum ſuperſtitioſas purgationes ad excantanda elementa, & diuinam adiurandam iuſtitiam vt de Cœlo deſcendat; ſunt hominum deliramenta, & meritò *vulgares* purgationes dicuntur, quas cum inſaniret excogitauit vulgus. Ad has prouocaſſe Sanctos non firmat regulam, niſi velis, & reliqua imitanda miracula; eò enim ſi tendas, Paulum tibi dabo patronum. *Aemulamini chariſmata meliora*,

L E C T O R I.

B Auaris vnum fuiſſe Cæſarem, ne credas Lector, quia hoc in volumine Henricum Sanctum ſolummodò exhibeam. Solum enim expono, & quia Sancto fas non erat ſocium dare prophanum; & quia temporum Chronologia, quam in Catenà profitemur hiſtorica, obſtat ne Bauarici omnes Imperatores vno includantur volumine. Tempori itaque indulgeas, & iuxta temporum ſeriem expecta venientes.

I N D E X T I T V L O R V M

L I B R I X V.

Cap. I. Henrici Sancti Claudi, Elogium, Hieroglyphicum.	Pag. 1.
Cap. II. Catena Hiſtorica, Numiſmata, Effigies, Symbola.	Pag. 7.
Cap. III. Belli Alea.	Pag. 58.

Numiſmata, Symbola, Effigies, Hieroglyphica.

Sunt vel in fol.		4.	8.	Pag.
Ardoini Regis		1.		14.
Balduini Pulcra Barba		1.		Pag. 29.
Bauariæ inſignia		1.		Pag. 10.
Bonifacij Gonzach		1.		Pag. 31.
Chunigundæ Imper.	1.			Pag. 54.
Eliprandi V.C. Mediol.		1.		Pag. 23.
Facij Plati		1.		Pag. 23.
Henrici Sancti	1.			Pag. 2.
Eiuſdem			1.	Pag. 56.
Eiuſdem Moneta			1.	Pag. 57.
Henrici Bo. & Carinth. Ducis			1.	Pag. 56.
Plati de Platis		1.		Pag. 24.
Rotberti Gallor. Regis		1.		Pag. 52.
Saxoniæ Inſignia		1.		Pag. 10.
Stephani Hungar. Reg.	1.			Pag. 34.
	3.	9.	3.	Omnia ſunt 15.

I N D E X R E R V M.

P. Notat Paginam. N. Numerum marginalem.

A Muratus Turca quomodò Deum placaret. pag. 61. num. 22.
Angleriæ Comites proximiores Ardoini Regis p. 23. n. 67.
Arderieus Aſtenſis Epiſc. à quo electus. p. 46. n. 144.
Arma Reipublicæ neceſſaria. p. 59. n. 9. Theodoſij Crux, & Euangelium. p. 63. n. 32.
Arnulphi Archiepiſc. Mediol. origo. Pag. 14. N. 20. Orator pro Othone III. ad Græcos nu. 21. Ardoini electioni reſiſtit. n. 22. Henricum II. vocat in Italiam. p. 35. n. 105. Hugonem Comitem prælio vincit. p. 46. n. 143.
Athelbertus frater Chunigundæ ad Epiſcopatum non admittitur. p. 32. n. 90. Rebellat. ib.
Aurum neceſſarium Reipublicæ. p. 59. n. 8.
B Abel Turris cur extructa? p. 59. n. 10. an completa foret? n. 11. cur Deus reſtiterit? p. 59. n. 12.
Balduinus Pulchra Barba mouet in Henricum II. p. 28. num. 81. Effigies p. 29. reconciliatur n. 82.
Bambergæ vaticinium. p. 6. n. 33. Epiſcopatus p. 35. n. 101. priuilegia p. 43. n. 134.
Bauariæ inſignia p. 10. n. 4.
Belgrinus Capuanum Principem in deditionem recipit. p. 49. n. 154. pro eo intercedit. n. 155.
Belli cura Deorum eſt. p. 65. n. 44. Nuntij Deus n. 45. Spolia Deo debita. p. 47. n. 49.
Bellum vnde initiandum. p. 61. n. 18.
Belli Dux antequam congrediatur quid videre debeat. p. 62. n. 24. tubæ in manu Sacerdotis cur? p. 62. n. 26.
Bello victus, religionis contemptor. p. 63. n. 28.
Benedictus Papa ad Henricum confugit. p. 35. nu. 102. Germaniam petit conſecraturus Eccleſiam. p. 43. n. 134. vt Henricum moueat in Græcos. n. 136.
Benno Marchio Saxoniæ. p. 10. n. 3.
Benno Dux Saxoniæ moritur. p. 35. n. 106.
Bernardus Benonis filius rebellat. p. 35. n. 107.
Boliſlaus Polonus Budiſſinam capit. p. 17. n. 38. & n. 73.
Boliſlaus Ruffus Dux Boiemorum fœdus init cum Henrico Auſtriæ Duce. p. 17. n. 39. ſuppetias fert. p. 18. n. 46. Bauariam populatur. p. 21. n. 57. Henrico reconciliatur. p. 43. n. 133. Odam ducit.
Boleslaus Bohemus excoculatur à Boleslao Polono. p. 26. n. 77
Bonifacij filij Thedaldi Effigies p. 31.
Bruno frater Henrici II. rebellat. p. 18. n. 45. ad Hungaros confugit. p. 22. n. 58. reconciliatur. p. 22. n. 61.
Borcardus compilator canonum. p. 32. n. 94.
C Aim ſecurus ex Dei promiſſione cur timèret. p. 61. n. 22 Chriſti Lancea p. 3. n. 7.
Caroli Borromei ſymbolus p. 64. n. 39.
Cæſaris confidentia in fortuna. p. 58. n. 3.
Chriſtianorum peſſimus ſtatus. p. 60. n. 15.
Chronologia ſemper dubia. p. 17. n. 37.
Chunegunda vxor Henrici S. virgo moritur. p. 12. n. 9. Effigies. p. 54. n. 171. igne virginitatem probat. p. 55. num. 174. Eius Epiſtola ad Moniales. p. 56. n. 180.
Claudij furor optat Romam deſertam. p. 63. n. 29.
Claudiæ Rangoniæ ſymbolus p. 64. n. 39.
Clericus alienus non ordinandus. p. 37. n. 115.
Clericorum peſſimus ſtatus. p. 60. n. 16.
Clodoueus Rex Francorum Chriſti nomine vincit hoſtes. p. 63. n. 34. pro victoriæ Templum erigit. n. 35.
Conſtantinus M. hoſtes vincit ſigno Crucis. p. 63. n. 31.
D Eodericus Metenſium Epiſcopus frater Chunigundæ in ſororium rebellat p. 21. n. 56.
Dei primum attributum eſt, *Deus exercituum* p. 65. nu. 43. ſumma cura in caſtris eſt. n. 44. Ciuitatum cuſtodia Dei eſt. n. 46. Belli ſpolia Deo debita. n. 47 num. 49.
Ditmari hiſtoria qualis. p. 16. n. 36. Epiſcopus eligitur. p. 32. num. 95.
E Chardus imperio inhiat. p. 4. n. 10.
Egbertus Marchio Saxoniæ aſpirat ad Imperium. p. 15. n. 32 Occiditur n. 33.
Eliprandus Platus V. Comes Mediol. p. 23. n. 67. in Ardoinũ pugnat agnatum pro Eccleſia. ib. Effiges p. 24.
Erneſtus Henrici filius capitur. p. 19. n. 48.
Erneſtus Dux Alemaniæ in venatione occiditur. p. 43. num. 130.

130. militi peccata confitetur. n.131.

FAcius Platus pro Eccleſia pugnat. p.23. n.67. Eius origo ex Regibus Longobardis. Effigies. ib. quinto gradu conſanguinitatis cum Rege Ardoino iungitur. ib.

Francorum antiqua inſignia. p.64. n.36. Auri flamma. n.37. virtus ſanandi morbum n. 38.

Fortunæ laus p.58. n.2. Romæ alas depoſuit. p. 59. num.4. in fortunam declamatio n.5. An fortuna poſſit? n.7. Romanorum volauit ad Græcos. p.60. n.13.

GErmanorum reſponſio ad Alex. M. interrogantem, quodnam in terris timerent. p.62. n.25.

Giſela Henrici Imp. ſoror nubit Hungarorum Regi, vt fiat Chriſtianus p.5. n.21. p.34.

Giſala, vel Egidia Mater Henrici Sancti. p. 11. n. 6. Genealogia num.7.

Giſilerus Archiepiſc. iubetur renuntiare Archiepiſcopatum. p.20. num.53.

Giſilbertus Chunigundæ frater occiditur. p.25. n.69.

Godeſcaleus Epiſcopus ſuadet Henrico II. Imper. liberare Henricum Comitem. p.26. n.78.

Guſtauus Rex Suecorum Fato quodam ſub gladio incidit incerto p.65. n.50.

HArduinus Rex Italiæ æmulus Henrici p.4. nu.11. p.36. num.111. p.46. n.144. Fit Monachus p.4. n.13. Ab Italis Rex ſalutatur. p.13. nu.18. Petrum Vercellenſem Epiſcopum occidit. p.14. num. 19. Effigies. ibid. fœdus init in Henricum. p.15. n.25. Germanos vincit p.21. num.54. ad Cluſas Henrico Imper. ſe opponit. p.22. n.62. à fœderatis deſeritur p. 23. nu.64. agrum Mediolan. populatur p.35. n.105. vincitur ab Henrico p. 36. n. 110. comitatum petit ab Henrico n.112. Vercellas occupat p.45. n.141. An fundauerit Baſilicam Fructuariæ p.46. n. 145. ibi ſepultus n. 146. vt Rex ſepelitur n. 147. Oſſa eius vt polluta abſcondita; tumulo donata n. 148.

Heribertus Archiep. Colon. lanceam ſacram ſurripit. p.13. n.15. vinculis traditur n. 16. Reconciliatur Henrico Imper. p.44 n.137.

Hermannus aſpirat ad imperium p.13. n. 17. Henrico II. ſe opponit. p.17. n.40.

Henrici Sancti Imper. origo. p.9. n.1. an Bauarus. p.11. n.5. vbi natus. p.12. n.5. Sanctus. n.8. & p.56. n.181. Apoſtolus Hungariæ p.33 n.99. p.5. n.21. Claudus p.12. n.9. p.3. n.6. & n.12. ei curia cœleſtis apparet n. 9. cęlitus ad imperium vocatur n.13. inſignia arripit imper. p.13. n.14. p.3. n.7. Ab Archiep. Mediol. Imp. electus n. 15. vngitur Rex Germaniæ p.15. n.29. & n.41. remittit tributum Thuringis p.18. n.43. rebelles munere placat. p.18. n. 44. vrbem Cruſſam occupat. p.19. nu.49. Bambergenſem Epiſcopatum erigit p.21. nu.55. & n.83. Bauariam donat Henrico p.22. nu.60. Ardoinum vincit n.63. p.38. n.113. Papiæ coronatur p.23. n.67. A Papienſibus obſidetur p.24. n.68. Papienſibus parcit. p.25. n.70. S. Ambroſij Reliquias viſitat n.71. Thuſcos fœderatos recipit n.72. in Boliſlauum Bohemum mouet. n.73. Pragam ouans ingreditur n.74. An prodiderit Vdalricum p.26. n.77. Henricum Epiſcopo concionante liberat. p.27. n.78. p.4. n.15. cęlitus præſeruatur p.28. n.79. queritur Eccleſiæ ſtatum corruptum. n.80. Balduinum Flandrum vincit. p.29. n.82. Flectit coram Epiſcopo n.83. p.4. n.15. Monaſteria erigit p. 30. n.85. ei imperij prædicitur n.86. p.3. nu.8. S. Romualdi Corpus defert ad tumulum p.31. n.87. p.4. Eccleſijs imperialibus priuilegia indulget p.33. n.97. Oleo donatur n.98. Benedictum Papam protegit p.35. n.103. in Italiam vocatur n. 104. declaratur Aduocatus S. Petri p.36. n.108. coronatur Mediolani n.109. Leges publicat p.37. n.14. Romæ coronatur n. 117. Arnulphum fratrem Epiſcopum deligit n.119. Vult Symbolum in Miſſa cani p.38. n.120. p.5. nu.25. Eccleſiæ factas donationes confirmat n.121. Caſſinenſia confirmat priuilegia p.45. n.123. in Germaniam redit. n.124. ſpectacula prohibet n. 125. coronam Odiloni donat. n.126. p.5. n.26. Abbatem voluptuoſum deponit. n.127. p.6. n.27. Monaſterium Padebornenſe erigit n. 128. Fuldenſes Monacos ſuperfluis expoliat. p.43. n.129. Mouet in Heribertum Archiep. Colon. p.44. nu.138. veniam flexis genibus ab eo precatur p.45. n.139. mors ei prædicitur n.140. & nu.150. mouet in Græcos p.49. n.153. B. Romualdum honorat n.151. Amiati Abbatem deponit: Romualdo tradit Monaſterium n.152. Troadi parcit p.6. n.28. p.50. n.156. Pandulpho donat principatum. n.157. Caſſini infirmatur. n.158. S. Benedicti Corpus ei reuelatur n. 159. munera S. Benedicto offert p.51. n.160. Sacra à Iudæis redimit n. 161. Clauſtrum ingredi cogitat. n.162 cõuenit cũ Rege Gallorũ de reformanda Eccleſia. n.163. ex muneribus Euangelium eligit p.52. n.165. p.6. n.34. Synodi Moguntinæ intereſt. n.166. Religioſos ad pacem cogit p.53. n.167. Leges edit. n.168. Conradum ſucceſſorem deſignat p.54. n.169. obitus num. 170. eius geſta ab Angelo librantur n.171. p.6. nu.35. Cunegundem vxorem teſtimat virginem p.55. n.172. Cęlica voce declaratur virgo n.173. p.3. n.5. p.6. n.32. Bambergæ ſepultus nu. 175. Vaticinium in eius tumulo ſculptum nu. 176. Epitaphium. n.177. mille Eccleſias erexit n.178. militem Eucharistia armabat p.1. n.3. p.6. n.29 Eius hieroglyphicum p.2. Vxoris dotem pauperibus erogat. p.3. num.9. ſororio Epiſcopatum negat p.5. n.19. Benedictum Papam Sedi reſtituit nu. 22. Confirmat donationes Conſtantini p.24. infirmus liberatur à S. Benedicto p.6. n.30. Symboli p.56. n.79. Effigies ibid.

Henricus Auſtriæ Marchio tentat occupare Bauariam pag. 16. n.35.

Henricus Comes Bertholdi filius in Henricum II. mouet 18. n.42. Frater Brunonis p.19. n.47. ad Boliſlauum confugit. p.20. n.51. penitens cuſtodiæ tradit. p.22. n.59. liberatur p.27. n.78. rebellat p.32. n.96.

Henricus Epiſc. Vvirciburg obſtat ne Henricus Imper. Epiſcopatum Bamb. erigat. p.30. n.84.

Henrici Bo. & Carinthiorum Ducis, ſymbolus, Effigies p. 56. n.179.

Hugo Areſtinus vincitur ab Henrico II. Imperat. pag. 36. n. 112.

Hungari quando ad fidem venerint. p 34. n.100. priuilegia p.43. n.134.

IAromirus fidelis Henrico II. Imper. p.25. n.74. Pragam occupat. p.26. n.75. à S. Io: Bapt. defenſus n.77.

Iacobi in Scala fortunæ ſequaces arguuntur. p.63. n.30.

Io: Creſcentij filius oleum mittit Henrico Imper. p.33. n.98.

Ionæ cur mare iraſcatur? p.61. n 23.

Iupiter cur *ſtator* dictus? p.65. n.48.

LVderus Saxo. p.10. num.3.

MEdiolan. Archiep. priuilegium de eligendo Italiæ Rege p.15. n.23. in Epiſcopatum Haſtenſem p.46. n.142.

Moguntina Synodus p.52. n.166.

Muri ciuitatum Iuſtitia p.61. n.19.

NOes inter extructores Babel p.59. n.11.

Normannorum virtus in Sarracenos p.47. n.149.

ODa Ekardi filia nubit Boliſlao p.43. n.133.

PAcis turbator quomodo puniendus. p.37. n.114.

Pandulphus Capuanus ad Græcos deficit. p.43. n.136.

Parricidij pęna p.37. n.116.

Pomum aureum ſignum imperij. p.37. n.118.

Principum ſymbolus piſcatores p.64. n.40.

REgum præcedentia quomodò conciliandа. p.52. n.164.

Regnorum cuſtodia Dei eſt. p.65. n.46.

Regni ſymbolus mare. p.64. n.40.

Romani cur à Deo exaltati? p.61. n.20. qua auctoritate bellum indicerent. p.62. n.27.

Rodulphus Imperator deficiente Sceptro Crucem arripit. p.63. n.33.

Romani felices nato Chriſto. p.64. n.92.

Rotberti Gallorum Regis colloquium cum Henrico Imper. p.52. n.163. Effigies ibid.

SAcerdos cum tubis bellicis quid figuret p.1. n.1.

Saxoniæ inſignia p.10. n.4.

Symbolus vbi non canatur in Miſſa? p.38. nu.121. p.5. nu.25. p.38. n.120.

THeodricus Dux Lotharingiæ. p.15. n.31.

Thiedaldus Marchio ab Ardoino deficit p.23. num.65 Obitus p. 31. n.88.

Turcarum imperium quando ruiturum? p.60. n.14.

Tyrij cur Apollini catenas iniicerent? p.60. n.17.

VDalricus an traditus ab Henrico II. Imper. p.26. n.77.

Virtus an plus poſſit quàm Fortuna. p.58. n.1.

Virtutis ſequaces p.59. n.6.

Vvilligiſus Archiep. Mogunt. vngit Henricum II. p.15. nu. 29. præſidet Synodo Francofurdienſi. p.30. n.84.

Vvillelmus Turingus. p.18. n.43.

S. Vvillelmus Ardoini nepos ab Ardoino deficit p.23. n.66.

S. Vvolfangus Henrici Sancti educator p. 12. n.10. Dignitates prædicit Henrico, & fratribus. n.11.

FINIS LIBRI XV. *Sal. Anno* 1674. *VENETIIS.*